UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 2864.

I VI
31.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ITER COELI,

Sivè

Exercitia Spiritualia,

Quibus

ITVR AD COELVM.

PARS PRIMA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THEOLOGIÆ MYSTICÆ

Sivè

Exercitiorum Spiritualium

ADMODUM REVERENDI PATRIS

P. ALOYSII SIDEREI,

Collegij Soc. Iesu Paderborne 1694.

Aliàs,

VINCENTII CARAFFA SOCIETAtis IESV Præpositi Generalis

TOMVS PRIOR

COMPLECTENS

Iter ad cœlum in quatuor partitum Semitas seù partes.

&

Fasciculum Myrrhæ,

Ex Italico, Latino recenter idiomate Operâ & Studio

Fidelissimi cujusdam Interpretis donatus.

✠

COLONIÆ AGRIPPINÆ

Sumptibus Viduæ & Hæredum JOANNIS GODOFRIDI Schonvvetteri Anno 1660.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DEO TER OPT. MAX.

SACRATISSIMÆ AUGUSTISSIMÆQUE

VIRGINI DEIPARÆ

MARIÆ

Bonæ voluntatis Dei erga mortales Proœmio. *a*

Portui naufragantium tutissimo. *b*

Christianorum omnium

Patrocinio. *c*

Auroræ.

Solis præviæ, & diei noctis nesciæ. *d*

Balsamo

Mundum vniversum opinionis optimæ redolentia inæstimabiliter adimplenti. *e*

Coadiutrici

Christi in Passione, & humani generis redemptione. *f*

Diophtræ, perspectivæ,

per quam

Sedentes in tristi vmbrâ peccatorum, recipientes Solem justitiæ, mirabiliter illustrati sunt. *g*

Evæ novæ. *h*

Virtutumque EXEMPLARI Vivido, *i*

Æterni Patris prædilectæ.

a Commemor. Græc. & Glossar. Raynaud. *b* Sanct. Ephrem in laud. B. V. *c* Germ. orat. de Præs. Euthym. orat. de Zona B. V. *d* Pet. Clunia. in prosa B. V. Innoc. 3. Serm. de Assumpt. *e* Hugo de S. Vict. Serm. 47.

f Richard. à S. Laur. lib. 2. pag. 104. *g* Andr. Hierosol. orat. in Salut. Ang. Glossar. Raynaud, pag. 149. *h* Fulg. serm. de laud. B. V. *i* Joan. Geo. hym. 3. de B. V.

Filiæ. [a]

Gazophylacio

Thesauri, quo de cruenti prædonis comparati sumus servitio. [b]

Horto deliciarum,

in quo

Consita sunt vniversa florum genera, & virtutum odoramenta. [c]

Universali Angelorum & Hominum

Imperatrici. [d]

Lampadi Lucentissimæ, [e]

Cujus splendore inventa est drachma perdita, [c]

Magistræ Magistrorum,

Gentium, Apostolorum, Virtutum, Religionis ac fidei [f]

Nutritoris omnium

Nutrici. [g]

Miraculorum, vnitatumque inter se Naturarum.

Officinæ. [h]

Ponti,

per quem

Deus descendit ad hominem, & homo ascendit ad Deum, [i]

Quadrigæ Eliæ

Virtutibus trahentibus concitæ [k]

a Laur. Just. Ser. de Nat. B. V.
b Pet. Dam. Serm. 2. de Nat. B. V.
c Sophrō. Hom. de Assump. Philip. Abb. lib. 4. in cant. cap. 25.
d Goffrid. vindon. serm. 8.
e Eebert. indeprec. ad B. V.
f Rup. lib. 1. in cant. S. Aug. ser. 6. de temp. Laur. Just. ser. de Nat. B. V.
g Philip. Abb. lib. 1. in cant. Joan. Geom. hym. 3. de B. V.
h Damasc. orat. 1. de Dorm. Nat. B. V. Proclus orat. de Nat. Dom. i Proclus orat. de Nat. Dom. k Joan Geom. hym. 1. de B. V.

Rosæ
Ex spinis Judaicis ortæ,
Quæ Divinâ fragrantiâ perfundit omnia, *a*
Soli mystico. *b*
Speculo
Sanctitatis perlucido, *c*
Thesauro
Dispensationis planè arcano, *d*
Gratiarumque Dei
Thesaurariæ. *e*
Virginum Virgini,
Ab ipso Conceptionis suæ exordio, *f*
ac deinceps
Ante partum, in partu, & post partum
Semper immaculatæ, semper illibatæ,
Nec primam similem visæ, nec habere
sequentem.

a Dam. orat. de Nat. B.V.
b Hugo de S. Vict. serm. 65.
b Philip. Abb. lib. 6. in cant.
Richar. à S. Laur. lib. 7.
c Laur. Just. serm. de Nat. B.V.
d Ephiphan. orat. de laud. Deip.
e Raym. Jordan. in prologo. *f* Rup. lib. 1. in cant. post Sedulium. Guerr. serm. 1. de Annunc.

CASTISSIMO ATQUE INTEGERRIMO
VIRGINIS DEIPARÆ
SPONSO,
S. IOSEPHO
Patriarcharum Principi.
CHRISTI
In terris Angelo tutelari & Nutritio.
Nec non
Nutricis Coadjutori
Fidelissimo.

Duobus item Cherubinis propitiatorium tegentibus,

Seque & illud mutuò respicientibus,

SS. IGNATIO

&

FRANCISCO XAVERIO.

Inclytæ Societatis JESU Patriarchæ & Fundatori.
Oratissimo virtutum omnium Incenso.
Nominis Divini Hæredi.
Alabastro charitatis effuso.
Triumphantis Ecclesiæ Civi & Incolæ.
Tubari nitidissimo Ecclesiæ militantis.
Orci, Hæresium, vitiorumq; debellatori strenuissimo.

NEC NON

Facundissimo Indiarum Apostolo.
Religionis; fideique Catholicæ Propagatori.
Amore Martyrii ardentissimo.
Nuncio Evangelicæ pacis.
Chinensis Ecclesiæ Prodromo.
Imponensium Paulo.
Secundo Vasi electionis portanti nomen JESU coram gentibus.
Christianæ doctrinæ virtutumque Propugnaculo.
Olympi Senatori Laureato.

Pro-

Proloquium Interpretis

Ad

Candidum ac benevolum Lectorem,

ALterum, en Lector benevole, exhibeo Angelum itineris ac peregrinationis tuæ ducem & comitem, naturâ disparem, officio parem, vitæque sanctitate non multum absimilem ei, qui ab ortu nativitatis in custodiam tui deputatus est. Enimverò nulla est pars itineris cœlestis, tractatus nullus, in quo non ritè rectèque munere fungatur Angelico, illuminat, instruit, docet, *Fidem, Misericordiam, Iustitiam, Castitatem. His enim itineribus*, inquit S. Ambrosius serm. 74. *pervenitur ad salutem.* Et ut loquar cum Gersone, *astat, fulget, pulsat, jubet, solvit, educit, liberat*, in eum denique collimat scopum, ut te benevolum Lectorem salvum, sanum, incolumem dotibusque cælestibus prædivitem, æternique sponsalitij nexu copulatum jungat cælesti patriæ. Officio offero parem Angelo Tobiæ junioris duci & socio, quod enim is *corde piscis accenso*, abegerit Asmodæum, id Author, ut sollicitus itineris tui comes præstat quartâ parte itineris cœli, doctissimè exponendo, quâ ratione *Corde Christi in Cruce assato fugatus sit diabolus, & per amaritudinem fellis illuminatus sit Mundus.* Attentâ lectione singulos percurre tractatus, & post cujuslibet decursum cum Apostolorum

Tract. sup. mag.

S. Aug. Serm. 4. de SS. Petro & Paulo.

principe quasi à somno excitatus, & è tenebricoso eductus ergastulo exclamare cogèris. *Nunc scio verè, quia misit Deus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis*, nempe diaboli, *& de omni exspectatione plebis Iudæorum*, id est, sociorum. Hinc est quod nullum ferè in Vrbe seu potius Orbe Romano religiosarum præsertim Virginum extet Cœnobium, ubi cum perfectâ observantiâ non vigeat quoque venerabilis hujus Authoris lectio. Quod si teste Sidon. mens pateat in libro, sicut vultus in speculo, & ex ungue liceat dignoscere leonem, facilè perspicies eximiam vitæ ejus sanctimoniam, zelumque animarum, quem passim comprobant ipsius opera, quæ quamvis doctissimè fuerint composita, & in doctrinâ D. Thomæ & SS. PP. majori ex parte fundata, ut non immerito Typographi Itali pro eorundem impressione certatim supplicarint; nihilòminus devotissimus Author, uti sui contemptus erat studiosissimus, ita &, quæcunque composuerat, vilissima & vix typo digna existimabat: unde magnâ cum difficultate è manibus ejus extorqueri potuerunt, quæ alias lucem jamdudum aspexissent.

Porrò non eandem partium itineris ad cœlum servavi methodum & ordinem; quartam enim partem, quæ agebat de virtutibus tum in genere, tum in specie, subrogavi in locum tertiæ, tertiam verò pertractantem de Christi Redemptione, de Sacramento Eucharistiæ & Sacrificio Missæ in locum quartæ, ut sic quatuor itineris cœli partes, ac proindè hæc Theologia mystica toti Summæ D. Thomæ veluti suo fundamen-

damento & basi correspondaret. Nec temerè credas velim id factum, idem namque consilium priùs proponere volui Authoris hujus dignissimo Successori, moderno, inquam, ejusdem celeberrimæ ac nunquam satis laudatæ Societatis Præpositro Generali, qui ut legitimum approbaret hunc ordinem, me dignatus est responso sequentis tenoris.

Admodum Reverende Pater.

Mitto P. Vestræ petitum libellum (hic unicus desiderabatur) *qui est inscriptus la seconda parte del Camino del cielo sub nomine P. Aloysii Siderei, & opto ut quem fructum se percepisse significat P. Vestra ex aliis opusculis ejusdem Authoris, ex hoc etiam percipiat. Quod verò velit transferre hæc opuscula in linguam latinam, laudo pium consilium assumendi laborem cessurum in multorum utilitatem. In titulo communi, quem constituit præfigere, nihil occurrit, quod addendum aut tollendum videatur. De ordine partium inter se potest P. Vestra liberrimè statuere. Is, quem proposuit, non est incongruus. Divina Bonitas impertiat P. Vestram cumulatissima donis cœlestibus benedictione, & ipsa retineat quæso constantem memoriam mei in SS. suis Sacrificiis atque precibus.*

Romæ 12. May. 1657.

P. Vestræ.

Servus in Christo

G. Nickel.

Cæterum innumeram errorum mendarumque, quæ ex solitâ Typographi negligentiâ & incuriâ irrepsere, ut vidi multitudinem enormitatemque, haud exiguo animus meus amarore tactus fuit, & eò magis, quò ampliùs non dabatur correctioni seu emendationi locus. Esto mihi non incumberet correctoris officium, id tamen lubens præstitissem, nihil aliud jussisset obedientia. Qualis cruciatus & tormentum, videre fœtum innumeris dirisque plagis saucium, sed incurabilem! Tantisper nihilominus temperat hunc amarorem ordinarius mundi hujus cursus, qui talis est, ut, quò res longiùs à suo recedunt principio & origine, eó magis etiam à suâ primitivâ sibique ingenitâ abstrahantur perfectione: Vina optima ad remotiores provincias è loco suo nativo deducta paulatim corrumpuntur vel nautarum malitiâ, seu incuriâ, vel aeris intemperie: monetæ aureæ argenteæque quamprimum è manibus monetarij elabuntur integræ, circumciduntur à manibus aliàs circumcisioni perperam addictis, suoque valore unà cum pondere orbantur, destituuntur: agri summo etiam labore & industriâ primitus exculti urticas successu temporis proferunt & lolia; ideoque nisi continuam agricola adhibeat curam, innumera in iisdem succrescunt zizania; Hinc Virgilius Georg. 2. *Redit agricolis labor actus in orbem.* Aquæ fontanæ terræ, quam alluunt successive imbibunt saporem, fontis sui, è quo originantur, virtutem saporemque sensim exhalantes: Denique *qui in Solem venit*, inquit Seneca Epist. 108. *licet non in*

hoc venerit, colorabitur: qui in unguentaria sederunt, & paulò diutius commorati sunt, odorem secum loci ferunt

Perpulchre totum hunc rerum statum exprimebat celebris illa Nabuchodonosoris statua, cujus caput erat ex auro optimo, pectus & brachia argentea, venter & fœmora ex ære, tibiæ ferreæ, pedum pars alia ferrea, alia fictilis. Et verò appositè hæc statua repræsentabat hominum literatorum opera: cum enim à suo primario Authore prodeunt summâ cum industria elaborata, bene elimata, verè aurea sunt, dum transeunt ad brachia interpretum, fiunt nonnunquam argentea; quamprimum verò typo typographorumque subjiciuntur ruditati & potestati, nativa sua auri argentivè spoliantur specie, ac ferream luteamque induere coguntur, ut propterea & Author, & Interpres justam conquerendi ansam habeat cum Propheta; *quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? filij inclyti & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum figuli?* Melius hinc cum nostro intellectu actum iri quorundam judicium est, si res ipsæ nobiscum non per voces vicarias colloquerentur; aut saltem si more Angelico, vel omnia per species nobis innatas intelligeremus; at hujusmodi vota hoc rerum statu vana sunt, & prorsus inefficacia, Dan. c. 2.

Non immerito tamen indignè fertur à pluribus prudentioribus, arguiturque singularis quidam impostor, nomine tenus religiosus (proprio parco nomini ob reverentiam ordini suo debitam) arguitur, inquam, non injustè veluti temerarius & arrogans Sycophanta, ob

insig-

insigne, quod non semel dedit, temeritatis & arrogantię suæ testimoniũ, dum proprio posthabito honore, & omni excussa religiosa modestia potestatem sibi assumpsit aliena Interpretum opera censendi & damnandi, approbandi propria, perindè ac si authoritate Platonem apud Græcos, aut eloquentia Ciceronem inter Romanos æquaret. Sed dimittite eum cum Semei, ut maledicat, sinite eum tricare & latrare, qui mordacis instar & degeneris canis latrare amat. Non enim, teste D. Greg. in Ezech coloris derogatio est, sed commendatio, si cœci de illo mentiantur & judicent falsum. Nec etiam Medici diffamatio, sed commendatio est, si phreneticus ei maledicat; sicut nec vineæ derogatio, sed commendatio est, si odorem ejus serpentes & virulentæ viperæ sufferre nequeãt Nec denique lucis derogatio aut diffamatio est sed commendatio, si eam fugiant vespertiliones. Neque temerè omninò suspicantur nonnulli, hunc calumniarum mercatorem in eandem navigasse cymba, in eundem collimasse portum, in quem quondam collimabat quidam alius Impostor invidus, sed ridendus: qui ut alienarum ædium obstaret venditioni, quosdam lapides scabrosos, & malè compositos ab ædibus venalibus avulsos emptoribus obtulit, & in speciem circumtulit, quo astu ad propriæ domus venditionem emptores allectum iri sperabat. Aut fortassis suæ editioni satis tenui adhuc deerant aliquot folia, quibus feras arundinis (Sic cum Augustino in psal. 67. appellatim scripturientes malè feriatos) bestialem sa-

2. Reg. 16.

pien-

pientiam non ad sobrietatem sapiendo, per cãlamos imprudenter, imò infœliciter ac exitialiter adhibitos illinere opus erat. Eum nihilominus existimaverim nonnullo præmio & laude dignum: cum enim hujusmodi delectetur studio & officio addensandi & coacervandi mendas & errata aliorum librorum, magno sublevabit labore eos, quotquot deinceps sua in lucem edituri sunt opera. Quamobrem singulorum tractatuum errores & mendas, quæ omnes ad integrum sufficerent conficiendum libellum, annotare nolui nè in hujus Cavillatoris messem, quam sibi soli reservare videtur, falcem meam mittam. Nec dubito, quin tibi, benevole lector, vel unicum hoc meum motivum, esto non desint alia, sufficiat. Ne de tua quoque benevolentiâ & eruditione dubitare videar, sic enixè te rogo, si pateris, & finio cum S. Bonaventurâ libro suo confessionali sequentes præfigente versus.

Sis mihi Corrector resecando superflua Lector,
Veraque digneris, quæ desunt, jungere veris.

Constitueram insuper hoc postremo loco quorundam titulorum, quos R^mus Author Beatissimæ Virgini ex SS. PP. attribuit, & post alios Hæreticos nonnulli Scioli in controversiam recenter vocarunt, specialem ponere expositionem ex R. P. Raynaudi Glossario depromendam, nimirum, quâ ratione Sanctissima Virgo dicatur *Mater gratiæ, Causa salutis nostræ, &c.* Verùm id præstabo alio commodiori loco, nempe

pè in indice Secundæ partis itineris ad cœlum, quæ ſpecialiter tractat de exercitio devotionis erga SS. Deiparam, & varias ejuſdem exponit prærogativas & privilegia. Ad eùm igitur locum Lectori curioſo recurrendum erit.

Ad Zoilum quendam celebrem.

NOva, en Zoilorum Magiſter, prodit verſio latina, non adultera, ſed innumeris ad nauſeam adulterata mendis In poſtremâ legis, quâ jubentur adulterini mulctari errores, executione evidens perverſi Judicis Schema dediſti duo namque patraſti peccata ſat enormia, & tali ac tanto viro, qualis videri exoptas, prorſus indigna. Primum eſt, ſaxis obruiſti innocentem & reum illæſum abire feciſti, incuſaſti Interpretem, excuſaſti Typographum, nimirum:

Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas, invida. Alterum, præteriiſti Chriſti monitum: *Qui ſine peccato eſt* (ita præcipit ipſa Veritas) *mittat in illam lapides.* Juſtè rectèque juſtitiæ non modo Judicem; ſed etiam executorem egiſſes, ſi ſontem lapidaſſes, & tu ipſe eâdem labe reſperſus non prodijſſes; ſed tibi palpo, alijs Cato fuiſti, alijs medens, & ipſe vulneribus ſcatens; quid turpius, cum redarguit culpâ cenſorem? Conſultiùs à longè ſtetiſſes tundendo pectus tuum cum Publicano, & dixiſſes: Deus propitius eſto mihi peccatori, quàm quod tacite teipſum cum ſuperbo Phariſæo jactaſſes: non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, injuſti, adulteri, velut hic Publicanus. Malo nodo ſimilis poterat quæri cuneus, ſed convitium convitio regere

eſt

est lutum luto purgare. Silere prorsus constitueram secutus monitum D. Chrysostomi: Si vis ulcisci, sile, & funestam dedisti plagam. Monendus tamen eras, ne instar maligni Scribæ deinceps dilatares phylacteria tua, magnificares fimbrias cum tanto famæ proximi detrimẽto: ut scires falsis tuis impostoris seu mendaciis nullum prudentem deceptum; sed ea authori suo fuisse mentita; mendacia etenim, juxta oris aurei eloquium, si non habent, quem decipiant ipsa sibi mentiuntur: ut denique exutis furiosi & degeneris canis moribus, mores & naturam indueres religiosi canis ardentem boni exempli facem ore gestantis, qualem tua præ se ferunt insignia.

Liber impressus ad eundem Zoilum.

NUnquid, Zoile, bonum tibi videtur, si calumnieris me, & opprimas me opus manuum illiteratorum hominum? Cur contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam nominis tui, liberè sinistrèque nimis debachando in alienos libros? Et stipulam siccam persequeris, & consumere me vis peccatis impressionis meæ? An quià figulus figulum odit, oculusvè tuus nequam est, & livore invidiæ tabescit? Optimum en recipe & collyrium, quod Author meus 3. parte itineris cœlestis suggerit superbo ac invido homini ut efficacissimum: spernere nullum, spernere sese, spernere sperni. Tu primo, nec non secundo utere tibi apprimè necessario, eodemque invidiæ super-

superbiæque tuæ pessimo medere catarrho postremum mihi reservo & applicabo à te spretus. Vale.

Typographus Italus Lectori Italo S.

Ad Lettore.

LA negligenza d'ogni artefício ti farà ageuolmente conoscere, che la presente Operetta non nacque per comparir' in questi tempi alla luce del publico, doue con tanta pompa, e tante gale si veggono tutto giorno vscir'opere Italiane. E vaglia il vero, se s'attendeva il consenso dall' Autore, sarebbe stata perpetuamente sepolta, non auuedendosi la modestia di lui, ch' vna tal' Opera più luce haurebbe recata, che riceuuta dalle stampe. Mà volle Iddio, che capitasse, non sò come, alle mani di persona, la quale, accortasi, ch' in pochi fogli erano colla brevità dello stile raccolti molti volumi, abbondante pascolo di chi hà più fame di pensieri, che di parole; si risolse, cosi qual'era, di stamparla. Perdonarà l'Autore all' ardire di questo fatto, e scuserà il Zelo, di chi per publico bene commise il furto, Tu intanto, o Lettore, ti disporrai ad intrare nel Cammino, che qui ti s'apre: e basti per invitarti & allettarti, ch' egli è Cammino del Cielo.

Facultas

Facultas R.mi P. Præpositi Generalis.

Mutius Vitellescus Societatis IESV Præpositus Generalis.

CUM opusculum, cui titulus est Fascetto di Mirra, P. Aloysii Siderei, nostræ Societatis Theologi, quibus id commissum fuit, recognoverint: facultatem concedimus, ut typis mandetur, si Illustrissimo & Reverendissimo D. Vicesgerenti, & R.mo P. Magistro Sacri Palatii videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostrâ subscriptas & sigillo nostro munitas dedimus. Romæ Kalendis Januarii 1638.

MUTIUS VITELLESCUS
Loco † Sigilli.

Facultas RR. PP. Provincialium.

CUM Opuscula, quibus titulus est Camino del Cielo, P. Aloysii Siderei nostræ Societatis tres ejusdem Societatis Theologi, quibus commissa fuerunt, recognoverint, ac in lucem edi posse probaverint, facultate nobis facta ab Adm. R. P. N. Muno Vitellesco Præposito Generali facultatem concedimus, ut typis mandentur, si iis videbitur; ad quos editio spectat. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas & sigillo nostro munitas dedimus. Neapoli 3. Octob. 1639. 25. Novembris 1642.

HIERONIMUS MARCHESIUS *Soc. IESV in Prov. Neapolitana Provincialis.*

NICOLAUS BERZETTUS *Soc. IESV in Provincia Neapolitana Provincialis.*

PER commissione del R.mo P. Fr. Nicolò Riccardi Maestro del Sacro Palazzo, hò letto il Fascetto di Mirra del P. Luigi Sidereo della Compagnia di Giesù: e non v'hò ritrovato cosa alcuna contraria alla santa Fede, ò à buoni costumi. Anzi mi è parso vn'Fascetto di fini sentimenti & affetti delle tre vie, Purgativa, Illuminativa, & Vnitiva, contenuti nella Sacra Scrittura e Santi Padri: & atti ad illuminare ed infiammare di Amor Divino gli animi de' divoti letteri. Nel collegio Romano.

17. *Gennaro.* 1638.

Gio. Battista Rossi della Compagnia di Giesu.

†† *Impri-*

Imprimatur,

Fr. Nicolaus Riccardius Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædic.

Imprimatur.

Fr. Vincentius Fanus Mag. & Soc. R.mi P. F. Vincentii Candidi Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædicat.

Iterùm Imprimatur,

Fr. Raymundus Capiſuccus Mag. & Soc. Reverendiſſ. P. F. Vincentii Candidi Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Præd.

CENSURA ORDINARII.

NOn vulgari ſpiritus complacentia evolvi opuſcula ſpiritualia in duos Tomos partita, quibus titulus: THEOLOGIA MYSTICA, ſive EXERCITIA SPIRITVALIA. Primum ab A. R. P. Aloyſio Sidereo Societatis JESU, aliàs à R.mo P. Vincentio Caraffa Italicè compoſita, nunc per interpretem fidelem Latina loqui juſſa; Quæ ſicut doctrinæ ſanæ aut bonis moribus nihil repugnans offerunt, ſic obvium animæ Chriſtianæ ſubminiſtrant pabulum, cujus præſidio per ſteriles mundi Regiones religioſus Viator & peregrinus ultimam metam apprehendit: devoto namque inſtructus eſt calamo, atque ab illius ingenio fœcundato, qui Societatis JESU Præpoſitus, Prædeceſſoris ſui S. P. Ignatii ſpiritum ſuſcitare contendit, Hinc luce & latinâ linguâ dignißima typis edi concedo. Coloniæ 3. Apr. 1660.

Adrianus de VValemburch Metrop. Eccle. Colon. Presb. Can. & Cenſor Libr. Ordin.

EXERCITIUM PRIMUM

Divinæ Præsentiæ.

VAriis modis Divina præsentia considerandа venit: Undè triplex potest assignari & distingui præsentia Dei: prima essentialis, ratione Immensitatis Divinæ: secunda habitualis, ratione habitus gratiæ: tertia actualis, ratione actualis unionis cum Deo, quæ fit mediante cognitione & amore. Prima est communis omnibus, etiam peccatoribus. Secunda competit justis. Tertia iis Dei filiis propria est, *qui spiritu Dei aguntur*, & est, ut definit S. Bernardus, *Iugis Dei memoria, continua intelligentia, affectio indefessa.* Sive pro ut asserit Albertus Magnus, est perfecta quædam unio animæ cum Deo, in quâ *anima Deo imprimitur, ut cera sigillo, & illuminatur ad cognoscendum Deum, qui est prima Veritas: ad amandum Deum, qui est summa Bonitas: ad quiescendum in Deo, qui est summa Fœlicitas.*

Rom. 8 1. S. Bernar. ad fratr. Alb. Mag.

Denique, secundum dilectum Discipulum, dulcis quædam conversatio est cum sanctissimâ Trinitate, in quâ animæ essentia sanctificatur Divinitatis præsentiâ: memoria præsentiâ Patris: intellectus præsentiâ Filij: voluntas præsentiâ Spiritus Sancti: undè anima tota est in Deo, & Deus totus in animâ.

Ioan. cap.

Porrò primam & secundam præsentiam Dei, suprà allegatam seponemus, acturi solum de tertia, quò ad necessitatem, quò ad utilitatem, & quò ad modum eandem exercendi tàm in genere, quàm in specie.

CAP. I.

De Necessitate Præsentiæ Dei.

QUàm necessaria sit animæ actualis unio & vita præsentia Dei, efficaciter ex hoc solo motivo elicitur & probatur: quod absque eâ supernaturali gratia vitâ vivere nequeat anima; gratia siquidem dependet præsentiâ Dei in esse, in operari, & quò ad ultimum suum complementum & perfectionem.

Psal. 83. *S. Tho. 1. 2. q. 12. art. 1.* Primò dependet in esse, quià *Gratiam & gloriam dabit Dominus*, producendo illam (*Solus Deus potest Deificare communicando consortium Divinæ Naturæ, sicut solus ignis potest ignire*) præservando & defendendo illam à suo destructivo, quod est peccatum; etenim sine actuali auxilio Divinæ præsentiæ hostium nostrorum tentationes vinci & superari nequeunt: *Vnde ad non peccandum gratia Dei adjutorium est necessarium.* *1. 2. q. 109 art. 8. ex Aug.*

Secundò dependet etiam in operari: quià opera nostra non possunt esse ordinis supernaturalis, & vitæ æternæ meritoria, nisi Deus præsentiâ suâ Divinos iisdem communicet influxus: *Vt caput influit in membra & vitis in palmites*, veluti nos docet Concilium Tridentinum. *Trid. sess. 6 cap. 16.*

Tertiò denique dependet in suâ perfectione: etenim quemadmodum alicui rei corporeæ, quò perfectè illuminetur, non sufficit *intrinseca dispositio coloris*, verùm etiam requiritur *exterior claritas superveniens*; pari ratione ad perfectionem animæ non est sufficiens lumen habituale gratiæ, *ut nitor intrinsecus*; sed etiam splendor actualis Divinæ præsentiæ illuminans & inspirans, *quasi fulgor exterior*, necessarius est. *1. 2. q. 89 art. 1.*

Neces-

Necessitas ergò Divinæ præsentiæ fundata est in necessitate gratiæ. Quantùm Divinam æstimas gratiam, tantundem appretiaberis Divinam præsentiam.

In hanc necessitatem Sancti collimantes, mentisque dirigentes aciem, summa instantia commendarunt pium sanctumque Divinæ præsentiæ exercitium. S. Petrus, ut refert S. Clemens Alexandrinus, docebat Christianos *in omni loco Deum respicere.* S. Paulus ad Timotheum ait: *Exerce teipsum ad pietatem*, quæ nil aliud est, quàm Divina præsentia, uti declarat S. Bernardus. S. Basilius quotiescunque, quid ad salutem & perfectionem animæ consequendam foret necessarium, interrogabatur, *hoc unum ad singula respondebat: Præsentia Dei.* S. Ignatius Martyr, hoc idem Heroni, ne peccaret, dedit consilium: *Memento Dei, & non peccabis.* Eandem doctrinam S. Dorotheus Discipulo suo Dositheo tradidit, & cum hac sola quinque annorum spatio tantam hic attigit perfectionem, ut post mortem suam inter beatiores paradisi incolas visus fuerit cœlesti donatus gloria non exigua.

S. Clemens Alex.
ad Tim. 1.
S. Bern. ad frat. de Mont. Dei.
S. Ignat. Mart.
S. Doroth.

Verùm, quousque virtutis hujus sese extendat necessitas, videamus. Necessaria est Divina præsentia in omni loco, tempore & actione. In omni loco, in ipso etiam Paradiso, respondet S. Ambrosius. Propterea bono latroni dixit Christus: *Hodie mecum eris in Paradiso. Quorsum additur illud, Mecum? Quasi diceret: Noli timere, ne & tu cadas de Paradiso, sicut cecidit Adam; sed audi, Mecum eris, quo præsente cadere non poteris.* Est necessaria omni tempore, respondet Chrysostomus: *& omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc te reputa perdidisse.* In omni etiam actione necessaria est, ait S. Augustinus: *ne, si subtrahatur suavitas contemplationis, opprimat necessitas actionis.* Est necessaria denique, respondent omnes Sancti, veluti præsentia animæ corpori, mundo præsentia Solis: *In eâ vivimus, movemur & sumus.*

S. Ambros.
S. Chrysost. lib. 2. de claustro animæ.
S. Aug. de Civit. Dei lib. 2. c. 19.
Act. 17.

Hac igitur suppositâ veritate, ò anima mea, *In omnibus viis tuis respice illum, & ipse diriget gressus tuos.* *Prov. 3.*

Associa te semper Deo, cum Patre, Filio & Spiritu Sancto tua sit conversatio: *Sit societas nostra cum Patre & Filio ejus Iesu Christo.* Recordare, documenti illius D. Augustini: anima nequit esse sola & sine ullius comitatu, si non admittit præsentiam Dei, Dæmonii admittet præsentiam & consortium: *Qui non dat locum Divinæ inspirationi, dabit locum diabolicæ suggestioni.* Undè optimè dixit Diocles instruendo Palladium: *Cùm discedit anima à Dei præsentiâ, statim vel Diabolus, vel bestia efficitur:* subitò enim prolabitur in affectum aliquem inordinatum sensualitatis aut superbiæ.

1. Ioan. 1.

Aug. in Psal. Invit. P.P.

CAPUT II.

De Vtilitate.

INter alios quamplurimos & penè innumeros fructus, quos in animâ progenerat præsentia Dei, tres solùm, utpotè principaliores, recensebuntur. Primus est mortificatio affectuum. Secundus acquisitio virtutum in summo gradu & perfectione. Tertius est pax & quies animi imperturbabilis.

Quòad primum, quemadmodum, ut effrenis dometur equus, necesse est, inquit D. Augustinus, inquiratur homo, qui eum domet; non enim à seipso, sed alterius virtute & industriâ equus domari potest: pari ratione, ut inordinatus quidam refrenetur & reguletur animus, unicum supereſt remedium recursus ad Deum: siquidem à seipso homo dirigi nequit: *Vt dometur equus, quæritur homo? ergò, ut dometur homo, quæratur Deus: sicut equus non se domat, ità nec se domat homo.* Quarè concludit idem S. Doctor: *In Deo spem nostram ponamus.* Totam spem nostræ perfectionis in Deo fundare & collocare debemus, ut Divinâ suâ præsentiâ juxta beneplacitum suum nos illuminet, inflammet & moveat: idque constanter & perseveranter, adeò, ut, *donec domemur & perdomemur, id est, perficiamur, domitorem feramus.*

S. Aug. tom. 10. serm. 4.

Secun-

Secundus effectus præsentiæ Dei est totalis perfectio & sanctitas. *Finis*, namque, *totius perfectionis est*, veluti docet Cassianus, *ut omnis nostra conversatio, omnis cordis volutatio, una & jugis efficiatur oratio, quæ est imago futuræ Beatitudinis, veluti arrha cœlestis conversationis.* Quod fit continuâ unione & præsentiâ Dei. *Collat. 10. cap. 6.*

Rationem hujus reddit Albertus Magnus: quia præsentia Dei *statum efficit Deiformem, vitæ æternæ præambulum, transfert in Nunc æternitatis per intraversionem & sursumductionem*: & facit, ut anima certo quodam modo *incipiat esse per gratiam, quod Deus est per naturam.* Sicuti forma, dùm communicatur subjecto, constituit & reddit ipsum tale, qualis illa in se est (albedo facit album, lux lucidum &c.) ita Deitas, veluti Divina quædam forma, communicata animæ, ipsam Deificat: & præsentia Divina, quæ est sanctitas per essentiam, participata sanctificat, & quâcunque ex parte perfectum reddit subjectum, ubicunque reperitur. *Alb. Mag. de adhær. Deo.*

Tertius fructus præsentiæ Dei est pax & quies. *Dat pacem in negotio, & occupationem in otio.* Inquirit S. Chrysostomus: *Quomodò fieri potest, ut per medias urbes in tumultibus habitantes soli simus?* Et respondet: *Quandò pravas & corruptas non loquimur cogitationes; sed quiescimus.* q. d. tunc in summâ pace quis vivere poterit etiam in medio tullio civitatis & in tumultibus, quandò in corde suo non habebit præsentiam creaturarum, sed Dei: quandò silentium imponet suis passionibus, & in oratione loquetur Deo. Cujus ratio est, quia mediante præsentiâ Dei *omnes appetitus animi referuntur in unum, id est, in verum & finale bonum, quod est solus Deus.* Quapropter optimè consulit D. Augustinus: verâne & solidâ pace in hac vitâ gaudere desideras? ambula in præsentiâ Dei: *ibi mens, & hic quies.* Habita in Deo cogitatione & affectu, & in hac vitâ habebis pacem & quietem. *S. Aug. Apud Anar. Ep de grad. in Bibl. P. P.* *S. Tho. 2 2. q. 19. art. 3.* *S. Aug.*

CAP. III.

De modo exercendi & practicandi in gene praesentiam Dei.

VAriis modis explicant Sancti Patres praxin exercitium adeò excellens & Divinum præsent Dei.

De simil. c. 163. S. Anselmus tribus modis docet hanc praxin habe posse: *Intellectu, Amore & Visu. Et per intellectu sapimus, per amorem justificamur; per visum beatifi mur.* Per viam cognitionis, amoris & gaudij: cogn scendo, amando & gaudendo Deo. Et correspond tribus actibus beatificis: Visioni, Amori, & Gaudi quos Beati exercent in cœlis.

Ad frat. in eremo. S. Bernardus alium producit modum præcedenti n absimilem. *Tribus modis se exhibet anima coram De cogitatione, affectione & intentione: ut cogitatio sit sa cta, affectio pura, intentio recta.* Triplici via incede debet anima coram Deo, cogitatu sancto, affectu pur & intentione rectâ.

Qq. comp. explic. q. 80 S. Basilius fundat præsentiam Dei in exercitio du rum virtutum: in vigilantia rerum spiritualium, & temperantia rerum temporalium. Interrogat S. Doct *Quare deficiunt menti cogitationes bonæ*, quæ Deu animæ præsentem efficiunt? Et respondet: *quia d ficit illuminatio.* Et subjungit: *Quare deficit illu minatio? quia dormitat, quod illuminari debu* Inquirit ulterius: *Quare dormitat?* & tandem re spondet? *Quia anima oculus non est vigilans & sobrius non est vigilans ad spiritualia, & sobrius ad temporalia* Hæc præsentia, juxta mentem & consilium ejusdem Sancti Doctoris, debet esse pura; *ne vanis cogitatio nibus eam conspurcemus*: quod fit, secundum Nazian zenum, *Divinas species & imagines purus nullis terrenis formis permistas semper in se circumferendo.*

Orat. 1. Apol.

lib. 9. conf. S. Augustinus docet modum reperiendi præsentiam Dei in creaturis: *Si quis audit, dicunt hæc omnia*

Non ipsa nos fecimus, sed fecit nos, qui manet in æternum. Qui habet aures apertas audiendi, audiat, omnes omninò creaturas in has prorumpere voces: non sumus à nobis, non ipsas nos fecimus; sed à Deo, qui vivit inæternum, productæ, creatæque, sumus, & conservamur in esse.

Quod si deinde petas ab eodem D. Augustino, quomodò Deus sit in creaturis, & creaturæ in Deo; triplici respondebit similitudine: primò id ostendit similitudine spongiæ: *Sicut parva spongia plena immenso mari.* Secundò, solis: *Tanquàm globi vitrei per totum lumine diffuso.* Tertiò, animæ rationalis: *Quæ spiritualis ubique tota in corpore, & dat illi esse & operari.* Ita Deus est in mundo, &c. *lib. de cogn. vera vita c. 25. De civit. li. 22. c. 29.*

S. Ignatius Loyola, qui in tam sancto & Divino præsentiæ Dei exercitio fuit eminentissimus, quinque modis Deum sibi reddebat præsentem. Primò, tanquàm Judicem, ac propterea singulis horis *receptui canebat*, diligentissimè examinando potentias suas in lumine sibi communicato à præsentia Divina. Secundò, contemplabatur Deum veluti Patrem, de cujus paterna providentia in summis etiam tribulationibus gaudebat: *In unius Dei recordatione & quasi amplexu per summam delectationem quiescebat.* Tertiò, recognoscebat Deum tanquam primum principium omnium creaturarum, & visa quacunque re creata etiam minima, *confestim in Dei cogitationem amoremque rapiebatur: & in singulis creaturæ rebus Creatoris Potentiam, Sapientiam, Bonitatem agnoscebat.* Quartò ad Deum, ut ad ultimum finem, cunctas suas dirigebat actiones: *Omnes suas cogitationes, verba, opera in Deum tanquàm in finem referebat, ad Deiæ ac Dei gloriam honoremque destinabat: atque hoc veluti symbolum (ad majorem Dei gloriam) semper habebat.* Quintò, assiduis ferventibusque desideriis ad claram ac intuitivam summi Boni visionem aspirabat: *Et tanto desiderio tenebatur ex hoc carcere & vinculis evolandi ad Christum; ut, quoties de morte sua cogitaret, temperare sibi à lachrymis præ lætitia non posset: dissolvi enim & esse cum Christo multò melius sibi existimabat.* Et hisce desideriis addebat ardentes preces jaculatorias, uti erant illæ: *Maffeius lib. 3. c. 1.* *Ex relatione Pontificia.* *Ribad. lib. cap. 1.*

Nihil præter te, Domine. O si te homines cognoscerent! Amore amoris tui morior, qui amore amoris mei dignatus es mori.

CAPUT IV.

De Præsentiâ Dei per viam luminis naturalis.

BIno mediante lumine Deum nobis præsentem facere possumus: lumine rationis naturalis, & lumine supernaturali fidei. De primo dicetur hoc capite: De secundo in sequenti.

Præsentia Dei mediante cognitione naturali hoc modo in praxin redigenda est. Primò, cognoscendo creaturas non absolutè; sed relativè in ordine ad Creatorem, cùm sint tot Divini Solis radij: *Prodierunt creatura à Deo tanquam radij à Sole*, asserit Nazianzenus. Et quemadmodum Sol (& est exemplum D. Thomæ) duobus modis cognosci potest, nempe: *in suâ substantia, & in suâ irradiatione*: ita Deus per seipsum, & per creaturas.

Orat. in Christi Nativit.

1. 2. q. 93. art. 2. 1. part. q. 2. art. 3.

Quinque viis, veluti docet Angelicus, nos conducunt creaturæ ad Creatorem. Primò per viam causalitatis. Secundò per viam motus. Tertiò per viam possibilitatis. Quartò per viam limitationis. Quintò per ordinem totius Universi: omnes etenim creaturæ sunt effectus dependentes, mobiles, possibiles, limitati, ac cum ordine, mediisque convenientibus diriguntur in suum finem: ergò danda est una prima causa, à quâ dependent: unum primum principium movens & non motum, à quo moventur: unum primum principium necessarium, à quo possunt recipere esse: unum esse infinitum & illimitatum, à quo sint participatæ: & una prima mens, quæ summa providentia & sapientia eas gubernet, fortiter & suaviter ordinando & dirigendo eas in suum finem.

Secundò,

Secundò, hac suppositâ cognitione, varios elicies amoris actus: gaudendo & complacendo tibi, quod Deus sit talis, qualis in se est, independens, immobilis, ens necessarium, imparticipatum, infinitum & prima mens. Quod si obviam habeas aliquam creaturam, eamque deprehendas variis ornatam perfectionibus, noli in eadem persistere & hærere; sed transi ad Creatorem, & dic cum S. Augustino: *Qui fecit hæc pulchra, pulchrior: qui fecit bona, melior: qui fecit hæc sancta, sanctior est.*

Hæc pulchritudo & ornatus in creaturis est dependens; in DEO est independens, est enim prima causa. In creaturis est potentialis: in Deo est actus purus, quia est primum movens. In creaturis est contingens, & potest non esse: in Deo est necessarius, non potest non esse. In creaturis pulchritudo est participata: in Deo est per essentiam & imparticipata. In creaturis est limitata: in Deo est infinita & illimitata. In creaturis est in ordine defectibili? in Deo est indefectibilis, quia ipse est prima mens.

Sit igitur benedicta ac laudata semper illa causa causarum, prima causa ac independens ab omni causa, quæ infinita sua potentia, sapientia ac bonitate nos creat & conservat. Benedictus sit primus motor, qui semper promovet creaturas suas ad id, quod melius & perfectum est, ad novas formas novasque perfectiones. Benedicta sit illa necessitas essentialis Dei, quæ nostram sustentat contingentiam. Benedicta, infinita Bonitas, quæ tam copiosè & abundanter creaturis suis sese communicat. Benedicta infallibilis illa Sapientia, quæ tanta convenientia, tam stabili ordine voluit & gyrat cœlorum orbes, movet elementa, variat & distinguit anni tempora, providet necessitati omnium creaturarum juxta cujuslibet capacitatem & naturam: & præ cæteris singulari providentia specialem gerit curam hominis, ordinando ac dirigendo ipsum per proportionata media ad ultimum finem æternæ beatitudinis.

Varios insuper elicies actus desiderij, e. g. Quando effectus redibit ad suam causam? quando idæatum

Apud Durand in Rationali lib. 4. c. 4.

repeteret suam Idæam ? *quandò filius ascendet ad Patrem* (sic precabatur Hugo) *& spiritus ad eum, qui fecit illum*, quandò omnis omninò in me cessabit motus, & potentia mea tua replebitur actualitate, à Deus meus quandò humana hæc spoliabor contingentia, ac Divinæ me vestiam necessitate ? quando transibo ab esse limitato ad esse infinitum & illimitatum, quod habebo in

S. Aug. Deo ? *Quando obliquitas mea*, dicebat S. Augustinus, *tuæ rectitudini poterit adæquari* ? Quando in omnibus & per omnia possidebor & gubernabor à te, O Domine, qui es prima mens & intelligentia, movens & gubernans hoc totum universum.

Hisce & similibus affectibus anima, quoties cunque inspicit & considerat creaturas, exurgere & sublevari debet in admirationem & contemplationem Creatoris, considerando & amando Deum in omnibus creaturis tanquam causam in suis effectibus : & omnes creaturas in Deo veluti effectus in sua causa : ad eum planè modum, quo utuntur sancti Angeli, qui creaturarum cognitionem connectunt cognitioni, quam habent de

Aug. de Civit. cap. 19. Deo : *Et cognitio creaturæ, quæ advesperascit*, unitur cum cognitione Dei, *lucescit & recurrit in matutinum*. Beata illa anima, quæ benè novit legere in hoc libro Universi, & *utitur* creaturis in illum finem, ob quem eas creavit Deus, *& non abutitur. Omnia transeuntia sunt*, ait Apostolus, & explicat S. Thomas : *Vel ad usum, vel ad intellectum. Et versus Dei amator*, subjungit Richardus, *creaturis pro speculo utitur, & in omni, quod cernit, Dei amatoris sibi recurrit memoria. Et utimur illis*, ita monet S. Augustinus, *non mansoriâ delectatione, sed transitoriâ, tanquàm viâ & vehiculo, non tanquàm termino.*

1. Cor. 3.

l. 1. de Doct. Christ.

Tertiò, ultra cognitionem & amorem præsentiæ Dei operationem tuam consecres, recognoscendo Deum tanquàm ultimum finem, & quodcunque perfeceris, dirigas & ordines ad ejus gloriam, necesse est.

CAP. V.

CAP. V.

De Præsentiâ Dei per viam luminis supernaturalis Fidei.

PRaxis modi hujus in tribus consistit exercitiis: primum est illud fidei: firmiter & indubitatè credendo, quod Deus & Sanctissima Trinitas, ratione immensitatis suæ in omni loco præsens existat cum Natura, Attributis & Personis, Patre, Filio & Spiritu Sancto, idque tribus modis; per essentiam, præsentiam & potentiam.

Secundò, præsuppositâ præsentia Dei intellectiva exercebis affectivam, quæ exercitii hujus pars est principalior, varios eliciendo actus amoris, desiderij, resignationis, &c. additis diversis orationibus jaculatoriis *per motus ignitos, & aspirationes flammigeras*, ut loquitur D. Bonaventura: e.g. complaceo mihi, Domine, & amo infinitam tuam pulchritudinem: quando concedetur mihi, ut eam reverear, eaque fruar & gaudeam detracto velamine? O si cuncti homines ejusdem haberent notitiam! O utinam non una duntaxat mihi esset vita, sed millenæ, quas in tuum obsequium & servitium expone possem! totum me resigno Divinæ voluntati tuæ: dispone de me, pro ut vis & tibi placet juxta Divinum tuum beneplacitum. Deinde te convertes ad Divinas Personas, eas benedicendo & laudando, eisque æternas & infinitas referendo gratias, repetendo frequenter hunc versiculum: *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.* Gloria potentiæ Patris, gloria sapientiæ Filij, gloria bonitati Spiritus Sancti. Gratiæ Patri, gratiæ Filio, gratiæ Spiritui Sancto. *De myst. Theol. fol.* 548.

Et pro exercitij hujus complemento semper in corde habebis hæc sanctissima nomina, Jesus & Maria: *Hæc sancta oratio Jesu & Maria*, inquit Thomas de Kempis, *brevis est ad dicendum; sed fortis ad juvandum, dulcis ad consolandum, potens ad perducendum ad vitam æternam. Jesus & Maria sint mecum semper in viâ, in omni loco, & in omni tempore, pro bona custodia. Amen.* *In valle li.* cap. 13.

Insuper

Insuper Christum contemplaberis præsentem in cœlo in throno gloriæ, in Eucharistia, in throno Crucis, & in corde tuo, tanquam in throno amoris, quando sacramentali aut spirituali te reficies communione: amando & benedicendo eum cum sanctissima Matre sua, æternasque ei agendo gratias.

Neque Fidei etiam desunt media seu modi inveniendi Deum in creaturis, imò nobiliorem habet modum, quam lumen naturale, in quantum illas considerat veluti symbola, figuras & similitudines Dei & Christi; quemadmodum in Sacra Scriptura ultra sensum litteralem reperiuntur alij sensus, mysticus, videlicet, & spiritualis: ita Magnum hoc volumen totius universi, præter illud, quod repræsentat sensui, demonstrat intellectui varia mysteria: etenim *est liber scriptus intus* Apoc. c. 5. *& foris.*

Si cœlum suspicias stellis exornatum, in sensu allegorico repræsentabit tibi Divinitatem, aut Humanitatem Christi cum ornamentis suarum perfectionem. In sensu morali tibi significabit animam variis adornatum virtutibus. In sensu anagogico demonstrabit tibi cœlum Divinæ Essentiæ, qua fruuntur Beati in gloria.

Ulterius. Omnis creatura aut te delectat, aut mœrore afficit: si te delectet, ideò Deum illam creasse recordaberis, ut tibi sit symbolum & figura gaudij Paradisi: si te mœrore afficiat, ad considerationem pœnarum infernalium te excitat. Antiqui SS. Patres *omnes* 1. Cor. 10. *sub nube fuerunt* & sub figura, in ordine ad statum S. T. 1. p. q. gratiæ: & nos sub figura quoque sumus in ordine ad 1. art. 10. statum gloriæ.

Præterea, omnis creatura *est ad documentum*, quia inseruit pro tua instructione, *& ad mysterium*; etenim creata est propter gloriam Christi. Ex omnibus igitur & singulis stude elicere fructum spiritualem pro anima tua, pro gloria & amore Christi. Verùm inter omnes affectus præsentia Dei per viam desiderij nobilissima est, cæterisque perfectior. Hanc exercebat Apostolus, 2. Cor. 5. quandò dicebat: *Bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum.* q. d.

eligerem

eligerem potiùs esse separatus à corpore proprio, quam à Deo: mallem aspirare ad præsentiam beatam claræ visionis Dei, quærere & desiderare pulchram Dei faciem.

Huic sancto exercitio vacabat Regius Propheta, quandò dicebat: *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum, quandò veniam, & apparebo ante faciem Domini.* Psal. 31. Hoc idem consulebat & suadebat illis verbis: *Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem ejus semper. Et quæ est facies Dei*, ait D. Augustinus, *nisi præsentia Dei? Charitas invenit eum per fidem, & eum quærit habere per speciem.*

Hæc est occupatio & professio eorum, qui sunt veri servi Dei, subjungit S. Bernardus; *Hæc est professio nostra, fratres, quærere faciem Dei Iacob, quærere faciem ejus semper.* Adeò necessarium est hoc desiderium alterius vitæ, & claræ visionis Dei, ut, qui illius non habuit curam in hac vitâ, puniatur, non quidem sensus, sed damni pœnâ in purgatorio, quod ideò nuncupatum est, *Purgatorium Desiderij*, Purgatorium purgans defectum desiderij. Causa hujus defectus alia non est, nisi defectus alterius cujusdam præsentiæ, nimirùm, propriæ cognitionis & humilitatis. Una siquidem cognitio attrahit alteram, cognitio propria trahit cognitionem Dei. Quapropter si præcelsum Divinæ præsentiæ gradum attingere desideras, sedulò stude humilitati & profundæ tuiipsius cognitioni. Dices cum Prophetâ David: *Exquisivit te facies mea; faciem tuam Domine requiram.* Psal. 26. Facies mea, mea, videlicet, cognitio quærit & reperit faciem & cognitionem Dei.

S. Bern. ad frat. de monte.

Bloss. Monil. spir. c. 13.

Tertiò, post actus internos cognitionis & amoris sequitur actus externus operationis. Et hic quoque perficiendus est in præsentiâ Dei ad laudem & gloriam ipsusmet Dei, ut animam pariter & corpus, tàm per cultum interiorem, quàm exteriorem, tanquam perfectum consecros holocaustum, *in odorem suavitatis*, Sanctissimæ Trinitati, Patri, Filio, & Spiritui Sancto, sanctissimisque nominibus Jesu & Mariæ.

Adhæc, per viam imaginationis formare potteris p
sentiam Dei similem illi, quam S. Joannes in Apocal
describit. Primò itaque præsens comparebis ante Th
num sanctissimæ Trinitatis, Patris, Filij & Spir
Sancti. Secundò, ante Thronum Humanitatis s
ctissimæ Christi, *qui ostendit Vulnera*, & sanctissi
Matris ejus, quæ *ostendit Vbera*. Tertiò, circa il
imaginaberis omnes Angelos, totiusque Curiæ cœle
Incolas, qui sunt prostrati *in facies suas in conspe*
Apoc. 7. *Throni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum*
& musicis instrumentis deferunt gloriam & honore
Domino, dicentes: *Salus Deo nostro*, id est, à De
totam nostram salutem & gloriam recognoscimu
Qua propter, *Benedictio & claritas & sapientia & gra*
rum actio: honor, virtus & fortitudo Deo nostro in sæcu
sæculorum, Amen.

Quod si igitur omnes Sancti & Beati in facies su
prostrati Deum adorant & laudant; quanta eum m
jori humilitate & propria tui confusione hoc idem à
præstandum est? Qua de causa, propriæ mem
egestatis, instar mendici ante regiam Altissimi aula
constitutus postulabis gratiam & misericordiam: &
potentia Patris virtutem & fortitudinem: à sapient
Filij lumen: à bonitate Spiritus Sancti amorem: u
benè sanctèque operari, cognoscere & amare valea
idque per merita Jesu & Mariæ, *per Vulnera Filij &*
Vbera Matris.

Concludam hoc caput quadam Ecclesiastici senten
Eccles. 14. tia: *Beatus homo, qui in sensu cogitat circumspectionem*
Dei. Beatus ille, inquit Spiritus sanctus, qui semper
contemplatur Deum, & considerat se respici à Deo
Videt Deum præsentem & respicientem. Etenim scri-
Gen. 17. ptum est: *Ego Dominus omnipotens, ambula coram me*
& esto perfectus. Omnipotens, in Hebræo legitur
Sadai, quod significat: *Qui sufficit*, nam *continet*
omne bonum. Et hoc est lucrum illud quod reportabis
ex præsentia Dei: *omne bonum.* Unde Dominus Deus,
quo Patriarchæ Abrahamo majorem adderet stimulum
ambulandi in præsentia sua, dixit ei: *Ego omnipotens,*
Ego Sadai, Ego omne bonum: me habebis, qui *sum omne*
bonum.

bonum, habendo meam præsentiam. A contrario, inquit S. Augustinus, miserille, quicunque à præsentia Dei alienus reperitur : *Magna hominis miseria est, cum illo non esse, sine quo non potest esse : & tamen si ejus non meminit, eumque non intelligit, ac diligit, cum illo non est.* Quare meritò idem S. Doctor dolebat, quod Deus fuisset ei præsens, at non ipse Deo : *Mecum eras, & ego tecum non eram.* Quoties, anima mea, hoc idem Deo dicere poteris : *Mecum es, & tecum non sum ? Mecum es*, quia continuò me consideras, amas, conservas in esse, *& tecum non sum*, non cognoscendo, amando & laudando te. *Da mihi, Domine, assistricem Sapientiam, quæ mecum laboret*, mihi assistat, me regat & gubernet, sis mihi præsens, quemadmodum ego tibi : habeam te continuò præsentem in memoria, de recogitando : in intellectu te contemplando : in voluntate te amando : in lingua de te loquendo : in manibus pro te operando. S. Aug. lib 10. conf. cap. 27.

Et hæc sufficiant de modo in praxin deducendi sanctum hoc exercitium præsentiæ Dei intellectivæ, affectivæ & operativæ per viam luminis & rationis naturalis, per viam fidei, & per viam imaginationis.

CAP. VI.

De Præsentiâ Dei in interiori domo animæ.

UT de præsentia Dei breve quasi exhibeatur compendium omni die exercendum : sequentem praxin cum gratia Dei observare procurabo.

Construam interiùs in corde meo domum quandam mentalem tria in se comprehendentem cubicula. Primum erit meum : secundum Christi Crucifixi : tertium Dei. Unde intra me tres continuas habebo præsentias : *Præsentiam mei. Christi crucifixi, & Dei.* Prima ordinabitur ad mortificationem : secunda ad contemplationem : tertia ad amorem.

Domus

Domus interioris animæ Cubiculum primum.

In primo cubiculo, cujus inscriptio erit: *Cubiculum Veritatis*, tres aderunt foveæ profundissimæ: quarum una intra & infra aliam constituta erit.

Prima appellabitur *Fovea annihilationis*, & ibidem erit meum nihilum.

Secunda nominabitur *Fovea confusionis*, & in hac erunt omnia mea peccata.

Tertia vocabitur *Fovea desperationis*, & hæc continebit infernum cum pœnâ, quam ibidem promereor.

Luc. 23. Propositum. Quod cum patientiâ cunctas sustinere velim adversitates, dicendo cum sancto Latrone: *Nos quidem justè, nam digna factis recipimus.* Propter peccata mea, hæc & plura alia pejora promereor, cùm ipsum merear infernum.

Cubiculum Secundum.

In secundo cubiculo, cujus inscriptio erit: *Cubiculum sanctitatis*, morabitur *Iesus Crucifixus* in sanctissimo Sacramento, & *Maria* Virgo pedi crucis adstans ubi curabo, ut cor meum sit instar pyxidis aureæ, quæ asservetur hic Divinus Panis simul cum memoria sanctissimæ Passionis ejus. Et pro devotione hujus SS. Sacramenti sæpè de die spirituali me reficiam communione, dicendo cum S. Bernardo: *Desidero te millies, Mi Iesu, quandò venies? Me latum quandò, facies? Mi de te quandò saties?* Et in actuali exercitio hujusmet communionis quatuor formabo actus: primum fidei, dicendo: *Panem cœlestem accipiam*: secundum spei, subjungendo: *Et nomen Domini invocabo*: tertium humilitatis, subdendo: *Domine non sum dignus, &c.* quartum charitatis, cum hisce verbis: *Corpus Domini nostri custodiat animam meam in vitam æternam, Amen*: desiderando recipere Christum sub sacratis speciebus, &c.

Pro

Pro devotione vero Passionis D. N. quinque hæc observabo puncta.

Primò, *Aspice*, Christum crucifixum præsentem, & cum S. Bernardo *Suspira & gratias age:* corde simul & ore dicendo: Gratias tibi ago, Domine, humillimèque à te peto veniam.

Secundò, *Abstine*, ab omni sorte & specie consolationis.

Tertiò, *Sustine*, mortificationes, quæcunque tibi obveniunt.

Quartò, *Gaude*, in spe Sanguinis Christi.

Quinto, *Trahe*, alios ad eandem devotionem, &c.

Propositum, quod in hoc perficies cubiculo, erit, ut vivas cum Christo crucifixus, dicendo cum Apostolo: *Christo confixus sum Cruci: Vivo ego, jam non ego; vivit verò in me Christus.* Ad Gal. 2.

Cubiculum Tertium.

In tertio cubiculo, cujus inscriptio erit: *Cubiculum Deitatis*, erit Sanctissima Trinitas cum cœlestio paradysi gloria. Hîc considerabo Deum intimè cordi meo præsentem: primò *per Essentiam*, cum Divinitate, Attributis & Personis: secundò *per Præsentiam*, cum infinita sua cognitione, qua omnes meas perscrutatur cogitationes, affectus & passiones: tertiò *per Potentiam*, cum sua omnipotentia, qua mihi dat esse, singulisque horis & momentis me conservat.

Hac stimulatus consideratione vitam agam tanta cum reverentia & vigilantia, ut cum auxilio Divinæ gratiæ ne tantillum patraturus sim, quod perspicacissimos Divinæ Majestatis oculos offendere possit, ac taliter me geram, ac si Deus solus & ego, absque alterius creaturæ comitatu, essemus in mundo.

Propositum hujus cubiculi erit attendendi ad perfectũ amorem. Primò ad amorem Dei: eliciendo varios actus fidei, spei, charitatis, humilitatis, obedientiæ, &c. Secundò ad amorem proximi: nullam prætermittendo occasionem, quâ ipsi succurrere possim, memor verborum Christi: *Quamdiu fecisti uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecisti.* Matth. 25.

EXERCITIUM SECUNDUM

Divini Amoris.

S. Bern to. 2. de nat. Divini Amoris c. 1.

ARS *est artium, Ars amoris,* ait S. Bernardus: ars artium est, excedens & superans cunctas alias artes; etenim, si cujuslibet artis nobilitas desumatur à fine, & quivis alius finis infinitè sit inferior fine Amoris Divini, nullus alius ei æquiparari, multò minus eundem superare potest. Ars amoris, ut docet Areopagita:

De Divin. Nom. c. 4.

Est vis motiva, quæ nos elevat ad Deum:
Est vis unitiva, quæ nos conjungit Deo:
Est vis conversiva, nos convertens & transformans in Deum.

Si in totâ hac rerum universitate inveniretur ars aliqua, tanta pollens vi ac virtute, ut in aurum converteret lutum, lapides in gemmas, totam maris aquam in pretiosum balsamum, quanti hæc ars æstimaretur? quanto cum labore mundi sectatores artis hujus studerent exercitio?

Hujusmodi vis, quæ nulli arti, nulli industriæ, nec ulli virtuti humanæ inest, competit & communicata est arti & exercitio sancto amoris Divini: *Est enim Divinus amor excessum extasimque faciens: amatores sui juris esse non sinens; sed in ea quæ amant, penitùs transferens.* Transfert amantem animam in Deum amatum, & modo quodam mirabili, intimo, & unitivo *Unus Spiritus fit cum Deo.*

S. Dion. de Div. Nom c. 4.

1. Cor. 3.

Ars Divini amoris, non Divina duntaxat, sed Deificans docens modum, quo creatura revertatur ad suum Creatorem, imago ad suam idæam, ac Spiritus creatus, veluti absorptus in Increato, ab eodem ultimum suum recipiat complementum & perfectionem. *O Amor, veni in nos, posside nos. Hic est finis, hæc est consummatio, hæc est perfectio, hæc est pax, hoc est gaudium.*

S. Bern de Amore Dei c. 4. 5.

Hujus

Hujus ergò Divini Amoris exercitium breviter perstringemus. Ac primò dicetur de cognitione, quam supponit. Secundò de objecto. Tertiò de actibus illius. Quartò de modis variis exercendi eos.

CAP. I.

De Cognitione, quam supponit Amor Dei.

QUamvis ad perfectionem amoris non sit adeò necessaria perfectio cognitionis, eò, quod perfectè aliquid amari possit, quod perfectè, distinctè, ac secundum omnes suas partes non cognoscitur : unde fit, Deum perfectius amari à simplici idiota, quàm à pererudito & doctissimo etiam homine, tametsi ab illo non ita perfectè cognoscatur Deus, veluti à Theologo quodam cognitus est, modò vivâ quadam fide solum apprehendatur, ad eum, videlicet, modum, quem eadem tradit fides, veluti objectum quoddam summè & infinitè bonũ & bonificativum, infinitè perfectum & perfectivũ, quod nos ipsos perficere bonosque efficere potest. *S. Th. 1. 2. q. 29. art. 2.*

Nihilominus certissimum est, ad quemcunque amorem necessariò requiri præviam aliquam cognitionem, juxta dictum illud D. Augustini: *Sciri aliquid potest, & non diligi: non verò diligi, & non sciri.* Cujus ratio est, quia intellectus independenter à voluntate habet objectum suum cognoscibile, ubi voluntas absque ope intellectus, qui ei bonum proponat amandum, non habet objectum proprium amabile. Supposita igitur doctrinæ hujus veritate, priusquam proponatur praxis amandi Deum, ostendamus praxin cognoscendi ipsum. *S. Aug. li. 3. de Trinit. c. 4.*

Surrepsit vice quadam menti D. Augustini cogitatio & desiderium singulas mundi hujus adeundi creaturas, ab eisque pariter inquirendi, nùm quæpiam earum sibi indicare posset, quis & qualis esset suus Deus: Circuivi, inquit ille, *per vicos & plateas Civitatis hujus Mundi. Misi nuncios meos, omnes sensus exteriores,* *Soliloq. c. 31.*

ut quærerent Deum meum. Et sensus respondent nihil ad ea, quæ à nob serquiris, respondere possum. *Deus enim per nos non intravit.* Non est res sensibi *Respondent oculi: non est color. Respondent aures, non sonus: nares, non est odor? gustus, non est sapor: tactus, n est corpus.*

Ab exterioribus sensibus excluſus S. Augustinus, terioribus animæ potentiis & sensibus cœpit interro re creaturas, num sibi significare possent, qui & qu suus Deus esset: *Interrogavi terram, si esset Deus mu interrogavi mare & abyssos: interrogavi aërem: inter gavi cœlum, solem, lunam & stellas: & respondere creaturæ voce grandi: Non sumus nos. Quæ super n ipse fecit nos.* Ex hoc responso S. Augustinus in qualem devenit cognitionem Dei: *Qui est supra n ipse est, qui fecit nos.* Est quoddam esse, seu ens perfect simum essentialiter & infinitè excedens cuncta ent

S. Anselm. in Menol. creata: *Quo majus nec esse, nec cogitari aliquid pot* Immensum pelagus perfectionis in se cunctas continet perfectiones increatas, creatas & creabiles modo quo dam nobilissimo & eminentissimo absque ulla prorsu imperfectione.

Verùm relinquentes creaturas descendamus ad spe cialiora magisque particularia, simulque inquiramus a Scripturâ Divinâ quid sit Deus. Et respondet Divinum

Exod. c. 3. Oraculum: *Qui est.* Ille, nimirùm, qui est ipsum esse universale & indeterminatum; etenim complecti tur omne esse, omnemque perfectionem absque ullius imperfectionis admixtione. Quapropter Christus D. N. manifestaturus se Deum hoc idem sibi appropriavit nomen in S. Joanne: *Nisi crediderit is, quia ego sum, morie*

1. Ioan. c. 8. S. Thom. 1. cõtra gent. c. 23. *mini in peccatis vestris.* Et eodem in loco dixit: *Antequàm Abraham fieret, ego sum.*

Quarè nomen explicans proprium esse propriamque naturam Dei *est ipsum Esse.* Quod est idem dicere: *Ens à se, ens primum, ens per essentiam, ens necessarium, ens infinitum, actus purus, unum & omnia.*

Et esse Dei, quod essentialiter est ipsummet esse, sequitur Primò, quod est *ens à se*, & non per dependentiam à causa superiori. Secundò, quod est *ens primum,*

primum

primum principium & prima causa cujuscunque alterius esse. Tertiò quod est *ens per essentiam*; siquidem omnes Dei perfectiones sunt essentiales, & nulla accidentalis est. Quartò, quod est *ens necessarium*; ipsi enim repugnat non esse. Quintò, quod sit *ens infinitum*, cùm nullum sortiatur finem. Sextò, quod sit *actus purus*, quia non est in potentia ad aliquam perfectionem. Septimò, quod sit *ens*, *& omnia*, *unum & omnia*; etenim, cùm in se sit unus singularissimus & determinatissimus, dicit omnia, aut per continentiam, aut per æquivalentiam.

Hujusmodi ergò conceptum de Deo formare debemus, hæcque Altissimi cognitio supponenda est, hanc mirabilem doctrinam tradidit Christus Dominus S. Catharinæ, dicens ei: *Si noveris filia, quid ego quid tu; beata In ejus vitâ. eris: Ego qui sum, tu quæ non es.*

Hîc admiraberis hominum mundanorum vesaniam & cœcitatem, quod, cùm Deus sit, qui est, imò qui solus est (*Est enim suum & omnium esse*, inquit S. Ber- *S Bern. 5. de* nardus, *ac per hoc quodammodò solus est, quia quidquid consid.* *est, vel Deus, vel Dei est*) cùmque creatura ex natura sua talis sit, quæ non est (*substantia mea tanquàm* *Psal. 38.* *nihilum ante te*) dicebat Propheta) tàm facilè nihilominùs se avertant à Deo, totoque affectu sese tradant in prædam vanæ creaturarum amori.

Et hæc quæ diximus, sufficiant de cognitione Dei, quæ, ut sit lumen, quod simul splendeat & accendat, non solùm illuminet, verùm etiam inflammet, uti docet Angelicus, necesse est, sit cognitio quædam intensa & *Opusc. de* continua, similis (quantum fieri potest) cognitioni *charit.* Beatorum in cœlis. Et rationem hujus reddit, quia *intensa meditatio unius objecti inhabilitat intellectum ad alia objecta*: cùm enim intellectus finitæ sit virtutis, hoc ipso, quo sese intensè ac totaliter applicat considerationi Dei, impotens efficitur ad considerandà alia, quæ sunt extra Deum, nec sunt propter Deum. Ut quis verò continuam hanc attingat cognitionem Dei, medium practicum, juxta D. Augustinum, est continua simplus cogitio: quemadmodum contingit in Angelo,

qui ex continuâ suiipsius cognitione, quæ est re
1. p. q. 56. art. 3. speculum *Divinam similitudinem repræsentans*, ad
tinuam sese erigit cognitionem Dei. Quapropter
pria suiipsius cognitio à sanctis Doctoribus appell
scala, qua ascendimus ad Deum.

Quandò ergò in tuiipsius occupatis consideratio
quid sis, quod esse purum nihil est, fatere, Deum
ipsummet esse. Pari consideratione occupaberis
alia attributa: dependentia creaturæ supponit in
pendentiam Dei, esse secundarium supponit esse
marium, esse per participationem supponit esse per
sentiam, esse contingens supponit esse necessarium,
finitum supponit infinitum, & non esse creaturæ
supponit omne esse Dei.

Sufficiat hoc de cognitione Dei, quam suppo
amor. Supereſt nunc, ut dicamus de objecto ip
amoris.

CAPUT II.

De objecto Divini Amoris.

S. Dionys. Areop. de Div. Nom. c. 4. p. 1. AMor est Boni & Pulchri desiderium. Unde o
jectum Divini amoris est Divina bonitas & in
nita pulchritudo, quæ, ut conjunctæ sunt voluntat
causant deindè infinitam quandam suavitatem & dulc
dinem. Hic igitur est finis amoris, amare, admirar
gustare: amare infinitam bonitatem, admirari Di
nam pulchritudinem, gaudere & gustare æterna
Isai. c. 60. suavitatem & dulcedinem: *Videbis & afflues: mirabitu & dilatabitur cor tuum.* Quando Divino confort
tus & illustratus lumine videbis Divinam essentiam
Afflues, vi Divinæ bonitatis: *Miraberis*, ex
visione Divinæ pulchritudinis: *Dilata-
beris*, virtute Divinæ sua-
vitatis.

CAP. III.

De Bonitate DEI.

UT ab infinitâ exordiamur bonitate Dei, dicamus cum Divino Theologo: *O Bonum, quod est summum Bonum! Informe Bonum, & formans Bonum, immutabile Bonum, & convertens omnia in Bonum! Bonum, quod omnia appetunt, in quo omnia subsistunt, ex quo omnia consistunt.* S. Dionys. de Div. Nō. c. 4.

Considera infinitam Bonitatem, quæ, quantum est in seipsa perfecta, tantùm ad extra est communicativa, conversiva & glorificativa. Nam secundùm doctrinam Areopagitæ: *Amor est circulus sempiternus de bono in bonum, ad bonum & propter bonum.* Amor, inquam, Divinus est perpetuus circulus incipiens à bonitate increata, quæ se communicat creatæ, ut eandem perficiat & convertat ad se propter gloriam suam. Quemadmodum Sol communicat lumen suum terræ, non ut in ea persistat & maneat; sed ut è terra vapores ad se attrahat, eosque reddat adeò pellucidos, ut alterius instar solis compareant, quo virtutem influxusque luminis sui demonstrat. Igitur bonitates creatæ tot sunt veluti radij è summo Sole Divinæ bonitatis prodeuntes; sunt veluti tot rivuli aut fluvij scaturientes è vastissimo Divinæ Benignitatis oceano; sunt veluti tot favillæ & scintillæ ex ardentissima amoris Divini fornace prosilientes. *ubi sup.*

Objectum ergò voluntatis nostræ, amorisque nostri terminus & bonitas increata, simulac creata; at prima amabilis & appetibilis propter seipsam, secunda, in quantum est effectus, participatio & medium ad assequendam primam. *Quid vagaris ergò post multa bona?* (resumit S. Anselmus) *Quære unum bonum, quod est omne Bonum, & sufficit tibi.* Quo fine insequeris bona creata & terrena apponendo eis cor tuum, inquire Bonum tale, S. Anselm.

quod est omne Bonum, Bonum increatum ad te quantandum satiandumque sufficientissimum.

Quando diligis creaturam aliquam, scito bonum illud esse effectum, participationem, & umbram quadam infiniti & increati Boni. Bono igitur oblectari noli illud quærere in creatura, quære illud in Creatore. Audi S. Augustinum: *Quære; sed non ubi quæ*. Etenim in creaturâ reperies illud limitatum, transitorium, nec non cum infinitis imperfectionibus; in Deo verò infinitum, æternum & sine ulla prorsus imperfectione, imò cum omni perfectione. Quare omnia bona, quæ in cunctis creaturis divisim investigare vales, quære in Deo, ubi reperitur omne bonum *æquivalenter, excedenter & eminenter*. Ipse enim Bonum tale est, quod æquivalet infinitis bonis creatis: est Bonum, quod infinito excessu superat omne aliud bonum: est Bonum, quod est purum Bonum nullius mali & imperfectionis admittens unionem. Toto igitur cordis affectu in hæc prorumpes verba: *Deus meus & omnia, æquivalenter omnia: Deus meus & omnia, excedenter omnia: Deus meus & omnia, eminenter omnia*. Refuto, desero, relinquo cuncta terrena bona, renuncio omni bono creato & creabili, habeo namque Deum, qui *est mihi omnia, est vice omnium: Deus, qui est omnia, est mihi omnia*, & infinito cum excessu *est super omnia & in omnibus*. Eminentissimus, perfectissimus & remotissimus ab omni imperfectionis umbra & macula.

Tract. in Ioa. & epis. 102.

Deus debet esse finis, ultimus finis & solus finis. Ama crearuras; *sed non ibi finis. Si ibi finis, finiris; sed non finiris, ut consumaris.* O quanta diversitas finium? exclamat D. Augustinus, unus finis perfectivus; destructivus alter: datur finis, qui dat vitam, & æternam vitam: datur quoque finis dans mortem, & æternam mortem. Si Deum habueris pro fine, consequeris finem perfectionis tuæ, beatitudinis tuæ, & gloriæ tuæ; ast si pro fine elegeris creaturam, finem attinges, qui est omnis veri boni privatio cum æterna damnatione & miseria.

S. Aug. loc. sup. cit.

Et

Et hoc sufficiat de Bonitate, ad Pulchritudinem Dei nunc transitum faciamus.

CAPUT IV.

De Pulchritudine DEI.

PUlchritudo Divina objectum quoque est Amoris Divini. Unde asserit Areopagita : *Pulchritudo græcè dicitur à vocando, quia omnia ad se vocat & trahit.* *De Divi. Nom. c. 4.*

Quod si in Naturâ magna notatur pulchritudo, major in Gratiâ, & longè major in Gloria ; quanta qualisque erit Divinæ Essentiæ pulchritudo : pulchritudo infinita : pulchritudo incomprehensibilis : pulchritudo, quæ simplici aspectu & intuitu quemcunque efficit beatum & fœlicem, qui ipsam, ut in se est, intuetur.

De Divino illo Esse tradit & docet idem Sanctus : *Est pulchrum simul & pulchritudo. Pulchrum supersubstantiale, & supremè pulchrum, Pulchrum, quod est semper pulchrum & uniforme pulchrum, & per omnia, & omnibus, & in omnibus pulchrum. Primum pulchrum, & causa omnis pulchri, exemplaris, finalis & effectiva.*

Quod si pulchritudo corporalis consistit *in debita proportione membrorum cum suavitate coloris, in gratia actionum, in affabilitate sermonis.* Quanta & qualis erit proportio & correspondentia perfectionum & attributorum Divinorum inter se comparatorum ? quanta erit illa gratia operationum ad intra in processionibus Divinarum Personarum : ad extra in creationibus, ubi stupenda & mira deprehenditur varietas perfectionum, Naturæ, Gratiæ, Gloriæ & Unionis ? & quænam affabilitas attinget supremam illam verbi Divini affabilitatem, quæ *est ipsum Verbum spirans amorem.* *Philosoph.* *S. Tho. 1. p.*

Verum, & conceptum aliquem efformemus de immensa & ineffabili Dei pulchritudine, hac ipsam declaremus similitudine.

Considera cunctas terræ pulchritudinis form elementorum depositionem, varietatem mixtor stellarum decorem, florum amœnitatem, nob tatem & venustatem humanorum corporum. C sidera totam cœli pulchritudinem, multitudinem gelorum diversitatem specierum officiorum varie ornamentum gratiæ, splendorem gloriæ in omni Angelis ad primum usque & summum Seraphion perfectissimum, utpotè, speculum Divinum re tans fulgorem & decorem.

Considera insuper pulchritudines creatas, creabil & possibiles, quæ sunt in mente Divinâ, ac in luce prodire possunt per omnipotentem manum Altissim quarum non est numerus, & una altera pulchrior cum diversitate & excessu essentiali & infinito. H omnes simul capies pulchritudinis formas, naturales supernaturales, creatas & creabiles, easque coadunab redigesque in unam solam pulchritudinem, ita ut sit luti quinta essentia omnium creatorum creabilumqu pulchri bonique speciem habentium.

Ex hac consideratione transibis ad aliam. Consi dera animirum, stellas firmamenti cum tanta perfectio & magnitudine, ac si unaquæque Solis attingeret magn tudinem & splendorem: ipsum verò Solem de facto existentem adeò perfectum & magnum, & magnitudi ne sua cunctas excedat stellas ipsius Solis perfectionem attingentes. Considera insuper, quodcunque Omni potentia DEI procreare potest; infinitos etenim alios Soles, & unum lucidiorem alio sine termino & mensurâ efformare potest. Et eodem modo totam lucem in stellis illis ad magnitudinem solis redactis dispersam, & in uno illo Sole ac in aliis infinitis possibilibus coadunatam, rediges componesque in unicam solam lucem, ita, ut sit quasi infinita quædam lux cæterisque omnibus æquivalens, sitque fons & principium omnis lucis.

Considerabis denique, quod si hæc lux tàm excessivo, uti dictum est, dotata splendore præfatam illam illuminaret pulchritudinem, eique identificaretur

aut

aut incorporaretur, ita ut in unam & eandem rem coalescerent, quis considerare posset, quantum decoris gradum pulchritudo illa attingeret, & in quantam luce suâ traheret admirationem intellectum tam humanum quàm Angelicum? Nihilominus creatura hæc in tam eminenti constituta gradu & pulchritudinis, & lucis, non esset comparabilis cum pulchritudine Divinâ: Nam, ut docet Angelicus, *non sunt ejusdem generis*; sed pulchritudo Dei *est extra & supra omne genus*. Unde pulchritudo illa creata respectu Divinæ pulchritudinis nulla esset: & lux illa creata in comparatione luci increatæ potiùs tenebræ & umbra æstimanda esset quàm lux. 1. p. q. 4. art. 3.

Quod si igitur Divina pulchritudo talis ac tanta est. Quid mirum, si Sancti & Justi pro eâ obtinenda *omnia arbitrati sunt ut stercora*, proscripserunt cunctas mundi consolationes, sibiipsis crudele & arduum indixerunt bellum, voluntario animo sustinuerunt cuncta Tyrannorum tormenta ac mortem ipsam, ut hac ratione securos & certos se redderent de cœlesti visione Divinæ pulchritudinis? Et hæc de Divinâ pulchritudine dicta sufficiant. veniamus ad praxin. Philip. c. 3.

CAP. V.

De Modo contemplandi Divinam pulchritudinem.

THeologus Divinus scribit de spiritibus cœlestibus, quod extra seipsos rapti sine intervallo aut interruptione ulla *æternis Pulchri fulgoribus conjunguntur*: nimirùm, perpetuâ quâdam & indissolubili unione per viam contemplationis & gaudij Divinis uniuntur splendoribus è Divino vultu emicantibus. S. Dionys. De Divi. Nom. c. 4.

Triplici genere motus & cognitionis in Divinâ occupantur præsentiâ: *Circulariter, per rectam lineam, & reflexè.*

Primus

2.2. q. 180. art. 6. Primus motus, videlicet, actus intellectus & luntatis appellatur motus *circularis*; nam sicut eſt motus uniformis & ſimplex *circa ita centrum*; Spiritus Angelici *per ſimplicem intuitum informa occupantur circa idem objectum* æternæ pulchri dinis.

Secundus motus vocatur *rectus*, & eſt, quando oc pantur in executione Divinæ Providentiæ, in miniſtr creaturarum.

Tertius eſt *reflexus & obliquus*, compoſitus ex mot recto & circulari: etenim per occupationem exte nam non interrumpunt, nec intermittunt interna occupationem Divinarum illuminationum in præſe

S. Greg. tia Dei: nam ut ait D. Gregorius: *Intra Deum cu runt Angelici Spiritus, quocunque mittantur.* Ne Angeli ſancti gaudent duntaxat pulchritudine Dei, ve rùm etiam exultant in viſione pulchritud nis Chri

1. Pet. 1. *In quem deſiderant Angeli proſpicere.* Quapropter vidi eos Joannes in Apocalyph, quod *ſtantes erant an Thronum, & in conſpectu Agni.* Siquidem per vi ſionem Divinitatis ſimulac Humanitatis Chriſti per ficitur & completur noſtra Beatitudo: *In conſpectu*

B. Laur. Iuſt. *Agni*, veluti aſſerit S. Laurentius Juſtinianus, *de lectabiliter intuebantur Humanitatis illius elegantiam, præclaram formam, radiantem faciem, imperiale decus, & honorabilem ſtatum.*

Opuſc. de Beat. Idipſum Angelorum exercitium eſt in cœlis. Hoc idem, conformiter docet & ſuadet Angelicus Doctor, imitari debent homines in terris, ut, nimirum, in Divina ſeſe conſtituant præſentiâ inſtar alicujus mendici coram Divite, inſtar Diſcipuli coram ſuo Magiſtro, inſtar Filij coram Patre ſuo, audiantque, *quid loquatur*

Pſal. 84. *Dominus Deus.*

Hic eſt ultimus perfectionis ſtatus, præſentare ſe coram Deo, delectari & gaudere in contemplatione Divinæ pulchritudinis. Quia ſicut in motu locali,

2.2. q. 24. art. 4. *primum eſt, receſſus à termino: ſecundum, appropinquatio ad alium terminum: tertium, quies in termino*; ſimiliter in motu ſpiritualis perfectionis, *primum eſt, recedere à malo: ſecundum proficere in bono: tertium,*

Deo

Deo inhærere & frui, cupiendo dissolvi & esse cum Christo. At in hac vitâ *adest duplex deformitas* perfectam impediens quietem animæ, & causans, quò minus ejus intuitus sit uniformis & simplex erga Deum : videlicet, *deformitas sensuum, & discursus* (dependet in intelligendo ab objectis sensuum & à discursu) sed in altera vita intuitus ejus erit purus & simplex in Deum independens ab aliâ potentiâ & operatione ejus. 2. 2. q. 180. art. 6.

Imitari quoque debemus sanctos Angelos in aliâ perfectione motus reflexi, motum rectum uniendo cum circulari, vitam, nimirum, activam cum contemplativa, agendo & conversando cum proximo ; sed *in Deo & intra Deum.*

Insuper imitemur eos in ultima perfectione, præsentiam Dei conjungendo cum præsentia Christi : demirando Divinam pulchritudinem, eaque gaudendo non in seipsa duntaxat, verùm etiam in adæquatâ ejus imagine Humanitatis, in qua, uti affirmat S. Hieronymus, *igneum quid & sydereum radiabat ex oculis, & fulgor ipse & majestas Divinitatis occultè relucebat in facie.* Et si unicus solus Christi digitus monstratus S. Theresiæ fuit sufficiens ad eandem pertrahendam ac indissolubili unione alligandam amori Christi : quid fiet contemplanti non duntaxat unum digitum ; sed totam manum, brachium ac totum corpus, splendorem vultus, majestatem aspectus, compositi gressus modestiam, affabilitatem verborum? *A splendore illius pulchritudinis*, consulit Augustinus, *nostros oculos non avertat infirmitas carnis. Nobis credentibus ubique Christus pulcher appareat.* Infirmitas carnis non impediat oculum mentis à visione Christi : aperiatur oculus fidei, & in omni loco intendat in pulchritudinem Christi : siquidem non solùm pulcher est ; verùm etiam spectatores & amatores illius pulchros efficit : *Sumus pulchri amando Deum, qui semper est pulcher : & quantum crescit amor ; tantum in te crescit pulchritudo.* Non habet hanc vim & virtutem pulchritudo creata, communicando enim speciem suam non communicat suam pulchritudinem. Quapropter concludamus cum eodem : *O quàm felicissimum bonum, & quàm vulgò fœli-*

lib. 1. in Matt. c. 9. & lib. 3. In vitâ S. Theresiæ.

In Bal. 44.

S. Aug. sup. 1. epist. Ioa.

S. Aug. lib. de salutar. Document.

fœlicissimum est splendidam Christi pulchritudinem re, & radiantibus ejus fulgoribus pectora nostra illus

S. August. Manual. c. 10. *& omnem obscuritatem peccati à nobis expellere! Da Domine Deus meus, speciose pra filiis hominum, ut derem te, ut amem te, quantum volo, & quantum & totus flammâ charitatis tuæ vaporatus diligam ti minum meum dulcissimum & pulcherrimum ex toto meo, ex totâ animâ meâ: habens te semper in co in ore, & pra oculis meis semper & ubique.* An Hucusque de pulchritudine: dicamus modò de dul dine & suavitate Dei.

CAP. VI.

De Contemplatione Suavitatis Dei.

DUlcedo & suavitas Dei, utpotè Divini amor propria passio, pariter infinita est, sicut Bonitas Pulchritudo: *Spiritus enim meus super mel dulcis, hæreditas mea* (quæ est Christus Filius meus) *super & favum.* Est dulcedo talis, ut totam penetret Natu ram Dei, & ipsamet Essentia Dei essentialiter suavis & dulcedo est: *Substantia Dei Dulcedo Dei est.* Merit propterea à S. Augustino Dulcedo Divina appellari primò *Dulcedo ameris*, & Amor Divinus *Amor Dulc dinis*, quia dulcedo nil aliud est, quam objectum amor & amor est desiderium dulcedinis. Secundò dicitur *Dulcedo inebrians*, quia per illam *perditur quodammod mens humana & fit Divina: & est sobria ebrietas, quæ non evertit mentem, sed rapit sursum, & oblivionem præ stat omnium terrenorum.* Tertiò vocatur *Dulcedo omnia ad se trahens. Pro hac dulcedine ibant Apostoli gaudentes* inter Tyrannos & tormenta. *Pro hac emenda Bartholo meus propriam pellem dedit. Pro hac gustanda venenipo culum intrepidus Ioannes potavit.*

Eccles. 24. Sap. 16. S. Aug. S. Aug. Ps. 35. & lib. de Agon. Christi.

S. Aug. *O Divinam Dulcedinem! O inexhaustam, immensam, interminabilem, ineffabilem! Vnam stellam hujus Dulcedinis gustavit Petrus, & clamavit quasi ebrius: Bonum est nos hic esse. Quid putas, dixisset, si magnam illam & multiplicem Divinitatis Dei Dulcedinem gustasset, quam absconsit timentibus se?*

Inter

Inter alios Divinæ Dulcedinis effectus duo sunt stupendi, mirabiles, videnturque sibi esse contrarij: ea nimirum dulcorantur *amara*, & amaricantur dulcia. De primo effectu ait D. Augustinus: *Tu solus, Domine, dulcis appareas anima meæ, quia es dulcedo inæstimabilis, per quam cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo lapides Stephano dulcoravit, tua dulcedo craticulam Laurentio dulcem fecit.* Idem.

De secundo idem asserit: *Bonus est Deus, & non cessat amaritudinem miscere fœlicitatibus hujus sæculi.* Cujus ratio est, *quia bonus est Deus*, & per solas consolationes mundi ab amaritudine depurgatas *oblivisceremur Deū*, & anima ad eundem minimè recurreret Idem in Ps. 93.

Hæc est Divinæ Providentiæ dispositio, ut provideat diviti & pauperi: pauperis dulcorando paupertatem, & divitis amaricando opulentiam. Et hoc innuere volebat Psalmista, quando dixit: *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* q. d. plurima pauperi præparasti incommoda & tribulationes; at *in dulcedine tua*, cum communicatione & participatione dulcedinis tuæ, vi cujus amaritudo paupertatis dulcescit, Multa etiam bona præparasti diviti; ast benè dici potest; *in amaritudine tua*, admiscendo dulcedini illi multum amaritudinis: veluti in pluribus quotidiana edocet experientia. Psal. 67.

Sed ut ad praxin descendamus, considera, qua ratione omnes creaturæ sint effectus Divinæ Suavitatis, omnes participent guttam aliquam immensi illius torrentis Divina dulcedinis, sintque tot veluti beneficia & dona è benignissima ac liberalissima Altissimi manu procedentia. Ac propterea, quocunque te vertes, Divinam contemplaberis & gustabis dulcedinem. Si dulcis est aër te vivificans: si dulcis cibus te sustentans: si dulcis sanitas, vita quoque si dulcis est, perennis illius torrentis & fluvij guttulæ sunt & immensi illius Oceani Divinæ dulcedinis stellæ existunt: è rivulis bibe, at in proprio fonte, noli persistere in suavitate donorum, ad Donatoris transi dulcedinem, & in eâ quiesces & satiaberis immersus eidem.

Apis

S. Aug. de substantia Dilectionis

Apis cape exemplum iuxta D. Augustini consi
Ecce quàm exigua angustæque faui cellæ includan
se immergat suauitati mellis, adeò vt nonnisi me
gat, videat & gustet. Eodem modo, ô anima de
facies: *Suge, suge, & bibe Dominicæ dulcedinis inex*
bilem suauitatem: immergere & replere: adhære &

Richard.

re: summè & fruere. O fœlix cor, quòd hoc mille
tur! (exclamat Richardus) *& quòd totus mundi*
non satiat, huius dulcedinis gutta plenè inebriat. Ve

Prou. 14.

aduerte, quòd *in gaudio eius non miscetur extranei*
eodem corde conuenire nequeunt voluptas cæle
terrestris, vera dulcedo Diuina & apparens dulc
sensus.

Impediunt quoque Diuinam dulcedinem super
externæ occupationes. Quâ de causa consulit S.
nardus, ut tali cum moderamine admittantur, *vt*
trahat humana necessitas, non omninò excludatur Di
suauitas: coniungendo simul & semper necessitatis
dorum contemplationis suauitatem. Talis era

De natura Diuini amoris.

S. Franc. Xauerius

Franciscus Xauerius, qui in medio populi tumultu
stabat delitias cœli, & præ multitudine & abund
dulcedinis Diuinæ coactus erat dicere: *Sat est, Dom*
sat est: Quemadmodum Sanctus ille, qui, à Diuina
consolationum superabundantium absorptus tore
precabatur Dominum, vt sibi, veluti impotenti ad
tam sufferendam dulcedinem, subtraheret manu

S. Arsenius

Contine, Domine, dulcedinis tuæ copiam, quia sustin
non valeo. Concludamus hoc punctum, instantiss
petendo à Iesu suauissimè mediante, Matre eius dulc
sima hanc Diuinæ dulcedinis gratiam, tanquàm pote
tissimum scutum, veluti magnus ille asserabat Anton
ad superandos omnes inimicorum assultus & tentati
nes, ad deuincendas cunctas sensus adulatrices consol
tiones efficacissimum. Dicamus cum S. Augustino
Dulcis Christe, bone Iesu, accende me totum amore tu
suauitate tua, iucunditate & exultatione tuâ, voluptat
& concupiscentiâ tuâ: & scribe digito tuo in pectore me

1. sup. par. 4

dulcem memoriam tui melliflui Nominis nullâ vnquam
oblitione delendam.

Ex hucusque dictis in hoc capite euidenter colligi
tur

ur, quantum à recto devient tramite illi, qui sensuum oblectamentis decepti in objectis sensibilibus terræ totum suum collocant amorem & affectum; minimè advertentes, non quodcunque bonum; sed infinitum & increatum bonum: non qualemcunque pulchritudinem, sed Divinam: non quamcunque dulcedinem, sed æternam esse objectum amoris. Passio amoris donum à Deo datum est, ut eodem anima *summum bonum diligeret, diligendo possideret, possidendo quiesceret, quiescendo frueretur.* Expurga igitur; O Christiane, *amorem tuum, & aquam fluentem ad cloacam converte ad hortum.* Putifica cor tuum, amorem tuum à sordibus terræ ad delitias cœli transferendo: *Vita cordis, amor est. Vnde sine amore anima humana esse non potest. Et si fœliciter amat, fœliciter vivit: & ille solus fœliciter amat, qui Deum amat: & tantò fœlicius, quantò amplius.* Quicunque alius amor creaturarum, sicuti non excludit omnem miseriam; ità nec vitam nostram efficit fœlicem.

Magist. Sēt. S. Aug.

Idem.

CAP. VII.

De Naturâ Amoris DEI.

Essentia amoris Divini, Sanctorum Doctorum calculo, nil aliud est, quàm unio animæ cum Deo; unio animæ amantis cum Deo amato. Unio est non mortua; sed viva & vitalis: quia est cum Deo vitæ nostræ principio: non otiando, sed semper pro Deo operando. Est unio conformativa, quæ ab Angelico dicitur: *Coaptatio affectuum*: quia *habet idem velle, & idem nolle* cum Deo. Est etiam unio transformativa, quia anima vi amoris exit à se, & intrat ad Deum: moritur sibi, & vivit Deo: & moritur secundùm vitam intellectivam, non cogitando, nec amando *quæ sua sunt, sed quæ IESV Christi*: & quandòque etiam secundùm vitam sensitivam & vegetativam cum defectu sensuum & propriæ vitæ.

Dionys. de Div. Nom. c. 4. Aug. 15. de Trin. c. 18. S. Tho. 2. 2. q. 180 ar. 6.

Phil. c. 2.

Ratio hujus est, quia, cum homo duplici gaudeat vitâ, humanâ & Divinâ, nec simul utraque vivere possit, æquum & justum est, ut moriatur vita humana & vivat vitâ Divinâ, moriatur sibi, & vivat Deo.

Gal. c. 1. *Vivo ego jam non ego, vivit verò in me Christus*, ait Apostolus.

Ultra hanc unionem voluntatis & intellectus, adhuc natura amoris petit unionem realem & præsentiæ: quia perfecta amicitia utramque exigit præsentiam, intentionalem, scilicet, & personalem: nam perfectus amor est *conversio amantis in amatum, quantum possibile est.* Unde à D. Augustino vocabatur amicus ejusdem, *Dimidium animæ suæ, & una anima in duobus corporibus habitans, & alter ego.* Verùm, quia hoc fieri nequit per veram & realem unionem & transformationem, ideò hoc ipsum præstatur per unionem voluntatis & præsentiæ. Quare, ut amor Dei sit perfectus, hæc secunda unio addenda est, veluti desiderio Apostolus: *Desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo*, non solùm mediante fide, sed media præsentiâ & clara visione Christi.

S. Aug. l. 4. confes. c. 6.

Philp. c. 1.

Insuper hæc amoris unio, ut ultima sua constituatur perfectione, debet esse actualis cum actuali amandi operatione: veluti amor in Deo est, qui non est potentia nec habitus, sed purissimus actus: & in Beatis habitualis Charitatis semper conjunctus est cum actuali amore. De hoc dicetur capite sequenti.

CAP. VIII.

De Actibus Divini Amoris.

PRincipales sunt, amor, gaudium, desiderium, laus, conformatio, transformatio & pax.

Et ut exordiamur à primo, dico, amorem Dei esse duplicem: primus appellatur amor appretiativus & amor excellentiæ: quando, comparando Deum cum creaturis omnibus in genere & in confuso, aut cum omnibus in particulari, eligeremus potius, & mallemus renun-

nunciare rebus creatis quàm Deo. Hoc est amare Deum super omnia *appretiativè*, æstimare plùs Deum, quam propriam salutem, honorem & vitam. Et perfectio hujus amoris non in eo duntaxat consistit, quod omni proprio commodo præferamus gratiam Dei; sed etiam quod plutis faciamus minimum Dei beneplacitum, quàm qualemcunque aliam rem creatam.

Alter amor, quo amamus Deum, vocatur amor complacentiæ, qui nil aliud est, quàm voluntas quædam & complacentia, quod Deus talis sit, qualis est, eminentissimus & perfectissimus in seipso. Unde si nostrum velle esset efficax, veluti est velle Dei, amare Deum, certo quodam loquendi modo, idem esset, ac dare esse Deo. Et in hoc fundatum est illud commune Sanctorum dictum: *Amor solo amore pensatur*. Amor Dei amantis compensatur solo actu amandi ipsummet Deum: nam si Deus amando nos, seipsum nobis donat; nos quoque, vigore voluntatis & affectus illius modo jam explicato, amando Deum donamus Deum Deo. Hic amor complacentiæ est effectus alterius cujusdam actus, qui vocatur amor unionis, & est causa cujusdam alterius, qui appellatur amor benevolentiæ, & est velle bene rei amatæ. Amor unionis primus & principalis virtutis Charitatis actus est: siquidem juxta Angelicum, *amor essentialiter est unio affectiva connotans realem*, desiderando illàm, quantum possibile est: & est similis unioni substantiali, quæ intercedit inter materiam & formam, & inter corpus & animam: etenim sicut corpus *facit unum cum animâ*, appetitque animam tanquam totale & substantiale suum complementum ac perfectionem; ita anima nostra *facit cum* cum Deo, *in ratione perfectibilis & perfectivi*, appetitque Deum, veluti spiritum & animam suam, a quo recipit totalem ac Divinam suam perfectionem. O stupendam ac mirabilem vim amoris Divini! merito exclamat S. Bernardus: *Magna res est amor, si tamen ad suum recurrit principium. Si non ex æquo, saltem de simili potest suo Auctori mutuam rependere vicem.* Quis explicare vales virtutem verbi hujus (*Amo*) quantæ utilitatis, quantæque efficaciæ sit hic actus.

1. 2. q. 18. art. 1.

S. Bern. Cant. 8.

Quid aliud est, amo Deum super omnia, nil
unionem cum Deo ? complaceo mihi in esse
volo Deo omne bonum, & intrinsecum à sepi
extrinsecum à creaturis ? sit quid aliud est bon
honor extrinsecus Dei, nisi bonum & summa
intrinseca creaturarum ? Ergò, si amando Deum
omne bonum extrinsecum Dei, volo etiam omn
num intrinsecum, summamque gloriam creatu
(juxta cujuslibet capacitatem) quæ est ultima
perfectio. Ex dictis intelligetur definitio amor
per D. Dionysium : *Amor est unio amantis cum am*
ubi vox illa (*unio*) intelligitur *objectivè*, etenim
jectum amoris non est quodcunque bonum ; sed
unitum & possessum : & ad hoc bonum tanquà
proprium objectum terminatur unionis amor
amorem unionis sequitur amor excellentiæ,
morem excellentiæ amor complacentiæ, &
amor benevolentiæ, uti dictum est, ac tan
amorem benevolentiæ amor beneficentiæ ; nam
amor non duntaxat affectivus, verùm etiam effect
esse debet.

2.2 q.28. art.1. Secundus actus est gaudij, *vel propter præsen
amati, vel etiam propter hoc, quod ipsi bono amato
prium bonum inest & conservatur*, & sicut præsentia
& cognitio perfectionum ejus perfecta erit in cœlo,
etiam ibidem perfectum erit gaudium.

Aug. li.14. de Civit. Philip c.1. Cassiod. Tertius actus est desiderij perfectè possidendi su
mum bonum amatum : *Amor inhians habere, q
amatur, desiderium est*, quemadmodum experieba
Apostolus, cùm dicebat : *Cupio dissolvi, & e
cum Christo.*

Quartus actus est laudis, *quæ procedit*, juxta Cassio
dorum, *ex nimio fervore charitatis, & ex nimiâ de
lectatione ad Deum.* Ex gaudio, quod anima per
cipit in Deo, prorumpit in laudem ejusdem, dando
gloriam & honorem.

Quintus actus est perfectæ conformitatis voluntati
nostræ cum Divinâ.

Sextus est actus transformationis, quo voluntas no
stra quasi transmutatur in voluntatem Dei, adeò,
ut

t non sint duæ voluntates moventes; sed una movens, quæ est Divina, & nostræ solùm exequitur. De utraque conformitate uberiùs tractabitur praxi sequente.

Ultimus est actus pacis, quæ consistit *in triplici unione*: cum nobismetipsis, propter perfectam subordinationem appetitus sensitivi ad rationalem: & cum Deo, *omnia, quæ facimus, referendo ad unum, scilicet, ad Deum*: & cum proximo, conformando nos in rebus convenientibus cum voluntate ejus, nam *in re amicabili unum ponitur. identi as electionis* 2.2 q.28. *Arist. Eth. c.4.*

Hæ sunt Divinæ operationes sanctæ animæ à Divino amore possessæ. *Agitur & agit: & tunc perfectè agit, cum agitur.* Amat, & amando gaudet, & gaudendo desiderat, & desiderando magis gaudere objecto, quo gaudet, jubilat in Divinis laudibus, in perfecta unione, transformatione & pace summi Boni. Divinæ operationes sunt, quæ *in nobis Divinum statum efficiunt.* Exercitium beatum. *præludio vitæ æternæ.* Semper igitur & corde & ore dices, anima mea: Amo Deum meum, tanquam perfectivum meum & summum perfectivum; tanquàm primam & summam veritatem & intellectus mei perfectivam: veluti primam & summam bonitatem voluntatis meæ perfectivam: ac veluti primam & summam fœlicitatem meæ memoriæ perfectivam: & tanquàm infinitum bonum infinitè perfectum in omni perfectionis genere solum ac summum perfectivum totius animæ cum omnibus suis potentiis totiusque corporis cum omnibus sensibus & membris. O summum meum Bonum *veni in me, & perfice me* perfectione supernaturali, cœlesti & Divinâ. Verùm adverte, O anima mea, principium perfectivum esse quoque destructivum. Si te Divino esse vestire desideras, necesse est, te totum spolies humano, quod contradicit Divino. *Rom. c.8. S. Augst.* *S. Dionys.*

Ab amore transi ad secundum actum gaudij, dicendo: in te, O Deus meus, gaudeo & lætor, quia summus, infinitus & æternus existis, in Essentia tua, in attributis tuis, in Divinis tuis Personis: & gaudendo in te,

gaudeo & lætor quoque in me ipsó, sicuti corpus
etiam in se de bono animæ suæ, in quantum hoc
num & perfectio ejus.

De gaudio descendes ad desiderium : etenim
amor non nisi in præsentia & perfecta possessio
amaræ quiescit. Et interea, quo hoc tibi mini
cessum est, hoc idem præstabis & facies, quod fac
Divinâ ejus præsentia ; quod est exercitium actu
q entium : laudis, videlicet, conformationis,
formationis & pacis : semper Deum laudando,
dicendo, & gratias ei agendo in omnibus rebus,
formando & conformando te ipsi tam in pros
quàm in adversis juxta Divinum ejus beneplacitum
servando te semper in quiete & pace imperturbabi
S. August. star quiescentis *in sinu Dei*, utpotè finis & scopi om
cogitationum & desideriorum.

Ephes. 5. Hæc est via regia, anima mea, quam inire deb
via amoris: *Ambulate in dilectione*, monet nos Apost
Hæc est vera Ecclyptica veri servi Dei, imitando sc
qui nunquàm deviat à Zodiaco, sed intra illum ser
cursum suum perficit, tametsi non semper sub ide
ita servus Dei semper progredi & perseverare deb
via amoris, esto non semper in iisdem amoris actib
1. Ioan. 2. sed variando illos *sicut unctio docebit*.

O fœlix anima, quæ vivit & moritur in socie
amoris : O beata societas, cùm te semper alle
Divino & actuali amori, nec unquàm ab eodem
S. Methild. lib. 1, c. 6. cedis aut devias. De sancta quadam Persona l
tur, quod vice quadam digna facta fuerit vid
Divinum Amorem in forma humana, pulcherrim
& fulgentissimum, cui simul cum sanctissima Virg
assistebat puerulus Jesus veluti recenter natus in no
Natalis Domini, dixeritque Sancta illa Divino Amo
Amor dulcissime, doce me, quid faciam pro Parvu
Respondit : *Accipe me in socium tuum, & quacun
agis, mecum agas, & in mea unione illi offeras.* N
diligenter verba illa : *Quacunque agis, mecum agas*, qu
est idem dicere : omnis tua actio aut erit amor, aut pr
pter amorem, aut te occupabis in amando Deum, a
operaberis propter amorem Dei, cum quo semper co

vell

versaberis, actualiter amando Deum, veluti Angeli in cœlis, vel amore elicito, vel imperato.

Hucusque de actibus Divini amoris, agamus nunc de modis exercendi illum.

Varij Modi Divinum exercendi Amorem.

CAP. IX.

De primo modo exercendi Divinum amorem per viam petitionis.

PRimò & præ reliquis omnibus pro obtinendo puro ac Sancto amore necessariũ est, ut instanter & continuò illum postules à Deo, *à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum* Omnia siquidem dona omnes gratiæ, & in particulari hoc donum habuisti, quod est donum donorum, gratia gratiarum nullam aliã agnoscit causam quàm ipsum Deum *Iacob. 1.*

S. Apostolus docet modum postulandi donum amoris: *Per orationem, petitionem, obsecrationem* Primò, *per orationem, quæ est ascensio mentis in Deum*: sublevando se per considerationem æternarum mansionum in cœlis, ubi cœlestes incolæ, ab omni amore terreno remoti, ardent purâ flammâ Divini amoris. Secundò, *per petitionem*, cum omni humilitate & submissione, *unam petere à Domino, hanc requirere*, Sanctum, videlicet, & purum amorem. Tertiò *per obsecrationem*, quæ adjungit petitionis medium, ut, nimirùm illum petas per merita Sanguinis Christi, ejusque sanctissimæ Matris. *1. Tim. 2.* *S. August. in Soliloq.*

Accedes igitur instar alicujus pauperculi & mendici, orbatus sancto amore, & quocunque alio spirituali bono & dono, propriis duntaxat repletus imperfectionibus & peccatis, ostiatim mendicatum ibis per amplissima cœlestis paradisi palatia, ab omnibus Angelis & electis Dei ad thronum usque sanctissimæ Trinitatis postulabis sanctum & purum amorem per Sanguinem Christi & gratiam Mariæ Virginis.

Precaberis cum S. Augustino : *Da, Domine, quod jubes, & jube quod vis. Fac me, Domine, sentire affectum, quod sentio per intellectum.* Et cum Francisco : *Amore amoris tui moriar, qui amoris mei dignatus es mori.* Et cum S. Ignatio Lojola : *Amorem tui solùm cum gratia mihi dones, & dives sum satis, nec aliud quidquam ultrà posco.*

Verùm, quia petitionis instantia dependet ab æstimatione rei, quæ petitur, æstimabis hanc gratiam eamque appretiaberis supra omnes alias gratias, supra omnes creaturas, imò ipso infinitè majorem, cendo cum Sapiente : *Proposui illam regnis & sedibus & divitiis nihil esse duxi in comparatione illius.* Sap. 7.

Is fuit petitio cujusdam Sancti, *Optavit & data est illi spiritus : invocavit, & venit in eum spiritus sapientiæ.* B. Henr. Suso. sap. 7. Sicuti petiit Divini amoris gratiam, sic tinuit. Comparuit huic Beato sanctus Amor formâ cujusdam juvenis infinito coruscantis splendore & decore, cujus in facie scriptum erat, *Claritudo* : in capite, *Æternitas* : in ore, *Suavitas* : in veste, *Fœlicitas* : in manibus, *Rerum omnium abundantia.* Prov. 23. Et conversus ad Beatum dixit ei : *Fili, præbe mihi cor tuum.* Ex quo aspectu & alloquio adeò accensus fuit in amorem Dei, ut cultello, quem manu tenebat, scripserit (fundendo magnam sanguinis copiam) in proprio pectore sanctissimum nomen JESU, & è pectore, gratiâ Dei singulari operante, scriptura illa transiit ad cor, cui nomen hoc sacratissimum adeò firmiter insculptum & impressum fuit, ut semper Jesum habuerit præsentem, nec de alio cogitare aut loqui poterat, quàm de suo perdilecto & dulcissimo JESU.

CAP.

CAP. X.

De secundo modo per viam cooperationis.

ULtra petitionem necessarium est ad consequendum sanctum Amorem, ut quis operetur & cooperetur Diviæ gratiæ.

Hæc cooperatio consistit in duobus, nempe, in negatione cujuscunque alterius amoris, & in frequenti exercitio Divini amoris: quæ duo à Divo Augustino vocantur: *Sæculi renunciatio, & ad Deum conversio.* S. *Aug. lib. Hom.* 37.

Primò necessarium est exacuare cor ab omni alio amore: veluti vas, explicat idem S. Doctor, adimpleri nequit uno liquore, nisi primò evacuetur ab altero: *Vis, ut intret mel, unde acetum nondum fudisti? Funde, quod habes, ut capias, quod non habes.* q. d. si cor repletum tenes acerbo mundani amoris aceto, quomodo illud adimplere poteris prædulci melle Divini amoris? effunde vanum amorem, ut replearis vero amore.

Explicat idem S. Doctor exemplo manus, quæ, quamdiu rem aliquam apprehendit & tenet, omninò incapax est alterius rei capiendæ, nisi primò deserat illam, quam tenebat: *Putate amorem hominis, quasi manum animæ. Si aliquid tenet, tenere aliud non potest: unde si amat sæculum, Deum amare non potest, occupatam habet manum.*

Quænam esset istius vecordia & dementia, qui, manum repletam habens pulvere, ne pulverem proiiceret, non caperet sceptrum & coronam auream, quæ illi porrigeretur? Major est hominis Christiani cæcitas, qui *occupatam habet manum*, nempè, amorem, in pulvere & vanitate mundi, & ne ab illa abstrahatur, non amat, nec desiderat coronas & sceptra, quæ ei promittuntur in cœlis.

Secundum, in quo consistebat cooperatio, est amoris exercitium. Quia juxta Philosophum, citium & actus sunt causa habitus, & habitus vi acquiruntur ex frequentatis actibus; ipse verò juxta doctrinam S. Thomæ considerari potest dum intensionem; durationem & multitudinem. tensio triplex est: vehemens, vehementior, mentissima. Triplex quoque est duratio: diu diuturnior, diutissima. Multitudo pariter est tri frequens, frequentior, frequentissima.

Opusc. de dilect. c.10.

1.Timot.4. Proponit S. Thomas consilium Apostoli: Exe ad pietatem, ad amorem Dei, in actibus cordis, operis. Amando Deum, loquendo de Deo, ope propter Deum actibus intensis & continuis. nequeant esse continui per identitatem, sint co per multiplicationem, multiplicando sæpè eu actum, quomodò Sancti Seraphini faciebant, q quoties repetebant Sanctus, Sanctus, Sanctus. C sidera, quomodò intensissimum illud Divini am incendium, quo Deus amat, & in seipso ardet, non mittit, ut ametur à creaturis actibus frigidis & remi Unde defectui huic Beda attribuit casum Adami Pr parentis nostri, quià remissè agebat & conversabar Deo: Adam, quia remissus fuerat in pulchritudine gr quam conceperat, amisit eam.

Quod si in hoc sancto exercitio actibus intenti vehementibus cooperatus fueris Divinæ gratiæ, D num consequeris amorem.

CAP. XI.

De Tertio modo per viam exempli.

PRimò Deum imitaberis in amore. Deus primi infinitâ & comprehensivâ suâ cognitione cognos infinitam suam Bonitatem & Pulchritudinem. Dein ex hac cognitione pullulat amor quidam pariter infin tus, appretiativus, & intensivus infinitæ cujusdam æst mationis & intensionis. Tertiò ex hoc amore nascit

com

communicatio, quâ se communicat creaturis, donando nobis, quantum dare poterat: *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. Omnia vestra, sive superiora ad fruendum, quibus fruimur sanctissimæ Trinitate, Patre, Filio & Spiritu Sancto: sive æqualia ad convivendum, sit convivium Sanctis & Angelis: sive inferiora ad utendum,* idque, uti exponit S. Thomas, *ad usum vel realem,* juxta necessitatem vitæ humanæ: *vel mentalem,* secundum cognitionem, nam ex cognitione creaturarum ascendimus ad notitiam Creatoris. S. Thomas opusc. de dilect. Dei. 1. Cor. 3. S. Augustin.

Et quidem in particulari per quinque gradus, veluti docet S. Thomas, descendit ad nos Amor & Benignitas Dei: primus gradus est Naturæ: secundus Gratiæ: tertius Gloriæ: quartus Unionis: quintus Missionis Spiritus Sancti; Etenim elargitus est nobis dona Naturæ, Gratiæ, Gloriæ, Unionis: ac insuper dedit nobis proprium Filium, propriumque Spiritum. Et hæc est prima Idæa Amoris Dei.

Imitaberis igitur Deum in cognoscendo Deum, imitaberis in amando ipsum, imitaberis quoque, cum gratitudine correspondendo donis Dei. Quapropter per eandem scalam, per quam ad nos descendit charitas Dei, ascendere debet amor noster ad Deum.

Primò, per primum gradum Naturæ, amando in illa Authorem Naturæ: *Si ipsa diligis, ut subjecta dilige, ut famularia dilige ut arrham Sponsi, ut munera Amici, ut beneficia Domini, & non propter se, sed propter illum dilige.* S. Aug. lib. de dilect. Dei.

Secundò, per secundum Gratiæ, semper operando propter finem supernaturalem, & filiorum adoptionis instar amando Deum: siquidem participamus de propriâ ejus Natura mediante gratia.

Tertiò, per tertium gradum Gloriæ, desiderando semper amare Deum, amore perfectissimo, sicuti in gloria.

Quartò, per quartum gradum Unionis, desiderando nos unire & conjungere suæ Divinæ Majestati.

Quintò, denique, si nobis dedit proprium Verbum & Amorem, & nos vice versa eadem ipsi offeramus compensantes tantam gratiam & favorem.

Secun-

Secundò imitaberis amorem Christi. Sancti
Christi anima ab instanti creationis suæ amavit D
summo & intensissimo amore, idque triplici ti
primò, quia perfectè cognoscebat infinitam Dei b
tatem per seipsam infinitè amabilem. Secundò pr
summa dona gratiæ & gloriæ, quæ à liberalitate De
ceperat. Tertiò, quia mediante unione cum Per
Verbi à Deo receperat quoddam esse Divinum, q
videlicet, sit verus Filius naturalis Dei & verus De
Ex hac cognitione & amore nascebatur in Christo
tius actus perfectissimæ correspondentiæ & confor
tatis cum Divinâ voluntate. Et quia vidit voluntat
Patris esse nostram sanctificationem; totum se de
nobis quantum dare poterat, fundendo etiam propri
sanguinem pro salute proximi. Quemadmodum p
quanto cum majori impetu percutit parietem, ta
cum majori vehementiâ resilit & reflectitur: tanqua
petra quædam, quantò magis ascendit in altum, ta
cum majori velocitate redit in terram: veluti radius so
ris, quantò directiùs ferit speculum, tantò intensius
flectitur in seipsum: non absimili ratione amor Chri
quia intensissimè ferebatur in Deum, eadem cum inte
sione descendebat ad bonum proximi.

Quo ad hunc amorem conemur imitari Christum
Amemus Deum, & Christum in Deo toto cordis affe
ctu, tùm ratione illius, quod est in seipso, nempe sum
mè bonus & amabilis, tùm etiam ratione illius, quod
est in nobis, quia, nimirùm, est causa tot tantarumque
gratiarum, conformando nos propterea in omnibus cum
Divinâ ejus voluntate, exponendo etiam propriam v
tam pro gloriâ ejus, & salute proximi.

Tertiò, imitari quoque debemus, tanquam secun-
dum post Christum exemplar, amorem Matris Dei
Suarez 3. disp. 8. erga Deum. Qui fuit continuus sine interruptione,
intensissimus sine diminutione, & purissimus sine
S. Bernard. serm. 51. alio amore. Primò erat continuus: quia si hæc per-
fectio concessa fuit Angelis, qui ab exordio conver-
sionis suæ ad Deum nunquàm cessarunt ab actuali Dei
amore, multò magis ea concedenda est B. Virgini, quæ
in esse gratiæ cunctis Angelis longè superior erat,

æque

neque ab actionibus externis, in quibus *non interrumpebat*, sed *aliquantò remittebat* actualem amorem, impedita erat, neque etiam per somnum avocebatur, quia alam scientiam, aliasque habebat species sibi à Deo infusas, quibus independenter à sensibus operari poterat. Secundò omnis actus amoris in ipsâ erat intensissimus: tùm quia perfecto gaudebat Dominio suorum actuum, unde involuntariè distrahi non poterat, sed voluntariè semper eligebat actualiter occupari cum Deo; tùm quia nullum habebat impedimentum, neque fomitis, neque malæ inclinationis, neque intrinsecarum dæmonis tentationum: tùm denique, quia dotata erat omnibus mediis & auxiliis gratiæ, auxiliisque supernaturalibus ad perfectissimas operationes disponentibus. Tertiò erat purissimus amor ille sine alterius amoris mixturâ. Talis quoque erat amor naturalis in B. Virgine; etenim idem ille, quem naturaliter amabat tanquam filiũ, erat etiam Deus, & *ad amandum Filium*, uti benè notat Anselmus *non solùm gratiæ, sed etiam naturæ impetu ferebatur*. Et causa tàm eminentis charitatis fuit, *Quia habuit gratiam sufficientem ad statum*, tanta enim ei communicata fuit gratia & charitas, quanta competebat statui & dignitati Matris Dei. Unde sicut hæc dignitas, cùm sit *superioris ordinis*, cætetas omnes superavit dignitates & officia aliorum Sanctorum etiam Angelorum, ita amor solius virginis sine comparatione major extitit charitate omnium aliorum Sanctorum comprehensis etiam Angelis. Sed de hoc excessivo amore B. Virginis uberiùs agetur in secunda parte.

De excell. B V. c.1. S.T. p. q.7. art.10.

Ad hanc charitatis perfectionem cor nostrum sese sublevare debet per imitationem. Et si eundem charitatis actum continuare nequeat, suppleat eundem per frequentiam & multiplicationem diversorum actuum: & si noctis tempore, quo corpus dormit, haudquaquàm tibi concessum est, ut mens vigilet ad Deum, somnus ad minus sit propter Deum, cunctique respirationis actus, tot velut actus amoris, offerantur ad gloriam Dei, qui eos sic acceptabit, uti cuidam sanctæ Personæ revelavit, dicens: *In veritate desiderium ejus adimplebo. In veritate ut tales illos acceptabo.*

B. Methil. Blos. Monil. c.6.

Quò

Quòad intensionem actuum, imitaberis B. Virg. semovendo omne impedimentum, & totali applica occupando te in Deo ac in puritate amoris, exclud omnem alium amorem.

S. Dionys. de Angel. Hier. c. 7. Quartò imitaberis Seraphinos cœlestes, qui tale pellantur ab incendio amoris, ac suo uos docente plo quinque Divini amoris proprietates, & sunt: *Sem mobile. Interminabile, Calidum Acutum, Semper f dum.* Ipsi enim semper sunt in actuali amore Dei, & termino & mensura vel intensionis, vel temporis perceptione vitali Divinæ dulcedinis (*Amor* nam *Richard.* ut ait Richardus, nil aliud est, quàm *dulcedo amo* & penetrando intima Dei, in ipsummet Deum sese formare nituntur.

S. Thomas quatuor alias Seraphici amoris assig *Opusc. de dilect. Dei.* conditiones: prima, est *in materia nobilis*, quia q tatur solùm in Deo: secunda, *in forma cognoscibili*, q cognoscunt & vident suum amorem: *tertia, in qua tate magnus*, juxta magnitudinem cognitionis: quar *in pondere stabilis*, nam semper idem est in intensione in fervore.

O Spiritus cœlestes, Seraphini cœli, militiæ cœlest Principes, veram ardentis vestri amoris impetrate nobis imitationem, agite, ut cor nostrum sit *Semper mobi* à Deo, in Deum, in motu Divini amoris: *Inter minabile*, sine termino, at semper cureat in amore cre cere & proficere: *Calidum* calore vivifico & vitali moris experimentalis Divinæ dulcedinis: at vel *Acutum*, penetret intima Dei per transformationem: & tanquàm *Semper feruidum*, ut fiat idem cum Deo. Impetrante nobis, ut materia & objectum amoris nostri sit aliud: atque moraliter simus certi, quod stemus in gratia sanctâ Dei, sit amor noster intensus, liber ab omni offensâ Dei, ac semper stabilis in suâ perfectione & fervore.

Quintò, capies quoque exemplum amandi Deum à *Rom. 6.* vano Mundi amore: *Humanum dico, sicut exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, ita nunc exhibete servire justitiæ.* Hoc dixit Apostolus humanæ condescendendo fragilitati. Si imitari nequeamus sanctum amorem

amorem Angelorum, ad minus ab amore hominum capiamus exemplum, & eodem fervore, quo homines mundani inserviunt creaturis, easque diligunt, diligamus nos Deum: *Nihil absurdum*, docet Climacus, *vel iniquum facere videbimur, si ab humanis rebus amorem Dei exempla cœperimus.* Unde concludit: *Beatus, qui tali in Deum fervet amore, quali turpis amator in eam mulierem, quam diligit, flagrat.* Hoc idem affirmat S. Joannes Chrysostomus, dicens, amatorem Christi debere se gerere mundani instar amatoris vano turpique obcæcati amore: *Sicut procus, qui non spectat nisi amasiam, & amasia, sit ei omnia.* Considera, quomodò talis amans de alio non cogitet, non loquatur, nihili æstimet divitias, sanitatem, imò propriam vitam; & talis esse procura erga Deum: *ne filij hujus sæculi prudentiores sint filiis lucis*, ne filij hujus sæculi diligentiores sint in quærenda sua perditione, quàm nos simus in procuranda salute nostra.

Clim. grad. 30.

S. Chrys.

Luc. 16.

CAP. XII.

De quarto modo amandi Deum per viam desiderij.

AMor nil aliud est, quàm desiderium unionis, qua aquis intimiori possibili modo unitur rei amatæ. Unde Apostolus vocat amorem Dei *Desiderium dissolvi & esse cum Christo.* Hunc amorem exercere debemus erga Christum:

Philip. 1.

Considera Christum, quomodò sit *Totus desiderabilis, Finis desideriorum, Electus ex millibus.* Considera eum uti vitam nostræ vitæ, cordis nostri centrum, finem nostrorum desideriorum. Ut famelicus desidera Panem veræ vitæ; ut sitibundus accurre ad fontem aquæ vivæ: ut miser, pauper & omni orbatus bonò anhela ad eum, qui solus te beare potest.

Cant. 5. S. Aug.

Tale fuit exercitium sanctum & continua occupatio Sanctorũ, vivere in desiderio Christi: *Mihi vivere Christus est*, dicebat Apostolus: vita mea est desiderium Christi;

vita

vita mea sustentatur per desiderium Christi, re[...] vitæ meæ nonnisi desiderium Christi est. Inter[...] S. Petrus cur continuò lachrymaretur, respondit: [...] *dero Dominum.* Et nostri S. Patris unicum e[...] derium *evolandi ad Christum*: unde magna cum [...] tia alloquebatur Dominum cum Prophetâ: *E[...] custodia animam meam ad confitendum nomin[...]* Ama igitur Christum, O anima mea, pe[...] desiderij. Considera primò, quantum bon[...] Christus, & deindè corde & affectu desidera, & [...] ad Christum. Dic cum mellifluo Bernardo: *De[...] te millies, Mi Iesu, quando venies? Me lætum quando [...] Me de te quando saties.*

S. Ignatius lojola in ej⁹ vita.

S. Bernard.

CAP. XIII.

De Quinto modo praxis amoris Dei p[...] viam gaudij.

S. Aug. lib. de virgin. c. 27.

G*Audium servorum Christi*, asserit Augustinus, *de Christo, in Christo, cum Christo, post Christ[...] propter Christum.*

De Christo, cibando nos de Christo in Sacram[...] altaris. *In Christo*, habitando in Christo. *Cum Chr[...]* conversando cum Christo. *Post Christum*, per im[...] tionem. *Per Christum*, per merita ejus. Propter Christ[...] propter gloriam Christi.

Cujus adducit rationem, quia *accedendo ad Christ[...] illuminatur ignorantia, corroboratur infirmitas: [...] sibi, & intelligentiâ, quâ videat, & charitate, [...] ferveat.* Cùm anima appropinquat ad Christum, [...] cenditur lumen intelligentiæ in intellectu, ac charita[...] fervor inflammatur in voluntate.

Christus ergò veri gaudij objectum est, & medi[...] conducens ad Christum est crux & tribulatio. Qu[...] propter dicebat Apostolus: *Gaudete in Christ[...]* gaudete in Domino & infinitis ejus perfectionibus. Gaudeo & lætor, O Deus meus, summum Bonum meum

Phil. 3. & 4

meum, te esse infinitum & incomprehensibilem in teipso, infinitum in Essentia, infinitum in Attributis, infinitum in Personis. Tu solus potentissimus, sapientissimus, optimus: *O gaudium meum! Gaudium super gaudium, vincens omne gaudium, extra quod non est gaudiū! quandò intrabo in te, ut videam te?* Secundò subjunxit Apostolus (*semper*) etenim gaudium debet esse continuum, sicuti causa ejus continua est, immutabilis, & invariabilis, quæ est Divina Bonitas in seipsa; & est continuum, notat S. Bernardus, in sua causa, quæ est amor & complacentia Divinarum perfectionum in seipsis, esto non sit continuum in passione consequente, quæ est lætitia & gaudiū. Tertiò repetit Apostolus: Iterùm dico gaudete: videlicet in occasione tribulationum & crucis: unde idem dicebat: *Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.* Nam ut docebat S. Franciscus fratrem Leonem, vera lætitia non consistit in altis & sublimibus revelationibus; sed in multis tribulationibus & injuriis patienter & spontè perpessis propter amorem Dei. Ergò, Christiana anima, gaude & lætare in Christo, gaude in cruce Christi, at propter gloriam Christi, hæc enim via est, quæ conducit ad Christum. Hic est modus gaudendi continuò & in omni tempore tam consolationis, quàm tribulationis. Quandò aliqua reficeris consolatione, gaude in Christo: quando opprimeris tribulatione, gaude in cruce Christi: O vita beata, vita gaudij, participatio æterni gaudij! O duplicatum gaudium in Christo & in cruce Christi!

S. Aug. solil. cap. 35.

1. 2. q. 21. art. 6.

S. Bern. serm. 5. de quadrag.

2. Cor. 7.

Chron. li. 1. c. 48.

CAP. XIV.

De sexto modo per viam laudis.

MAximum opus, quod Christianus homo præstare potest, teste D. Augustino, est laudare Deum: *Summum hominis opus non est, nisi laudare Deum.* Laus est amoris effectus; siquidem qui amat, desiderat manifestari & publicari rei amatæ excellentiam, quod sit mediante laude: unde ait D. Augustinus: amare est laudare: *& si semper Deus amatur, semper à nobis laudatur.*

Ps. 44. & 86.

S. Aug. ubi sup.

Psal. 86. O Beatum exercitium continuæ laudis Dei! *beati qui habitant in domo tuâ, Domine! in sæcula sæculorum laudabunt te. Vnde beati?* petit Augustinus, *habendo aurum? habendo argentum? habendo honores? Vnde beati? In sæcula sæculorum laudabunt te. O beatum otiosum negotium. Laudare Deum, hoc erit totum negotium nostrum, sine defectu, Alleluja.*

Sub triplici titulo Deus à nobis laudandus est: primò, propter id, quod est in se; secundò, propter beneficium Creationis: tertiò, propter beneficium Redemptionis. Ad eum modum vidit S. Joannes Angelos laudantes Deum in Paradiso: primò, propter id, quod in se est: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens: qui erat, & qui est, & qui venturus est.* Secundò, propter Creationem: *Dignus es, Domine, accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.* Tertiò, propter Redemptionem: *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem & Divinitatem, & Sapientiam & fortitudinem & honorem, & gloriam & benedictionem.* Et progrediendo ulteriùs in laude dices: Benedicta sit semper sanctissima Trinitas, Pater, Filius & Spiritus sanctus. *Laudabilis, & glorioſus, & superexaltatus in sæcula.* Laudatus sit Pater in suâ potentiâ: *Laudabilis & glorioſus, & superexaltatus in sæcula.* Laudatus sit Filius in suâ sapientiâ: *Laudabilis, & glorioſus, & superexaltatus in sæcula.* Laudatus sit Spiritus sanctus in suâ bonitate: *& laudabilis, & glorioſus, & superexaltatus in sæcula.*

Apoc. c. 4. & c. 6.

Dan. 3.

Benedictus Deus in donis suis, & Sanctus in operibus suis laudabilis & glorioſus & superexaltatus in sæcula.

Benedictus sit in cœlo, in terrâ, in Angelis, in Hominibus, & in omnibus Beatis & Sanctis paradisi: *Laudabilis, & glorioſus, & superexaltatus in sæcula.* Benedictus sit in sua sanctissimâ Passione: *Laudabilis, & glorioſus & superexaltatus in sæcula.* Benedictus in suâ sanctâ cruce, in clavis, in flagellis & spinis: *Laudabilis, & glorioſus, & superexaltatus in sæcula.* Benedictus in suâ morte, in Resurrectione, & Ascensione ad cœlum ad dexteram Patris: *Laudabilis, & glorioſus*

superexaltatus in sæcula. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.

Et quia Deo super omnia summopere placet bonitas & sanctitas, laudabis Divinam ejus Majestatem in iis dem perfectionibus decantando canticum illud Seraphicum: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum: plena est omnis terra gloria ejus. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Domine IESV Christe, Tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus, Iesu Christe.* Subjungendo deinde cum S. Bonaventurâ: *Sancta, Sancta, Sancta, Maria, Dei genitrix, Mater & Virgo. Pleni sunt cœli & terra Majestatis fructus ventris tui.*

Hoc igitur sit principale tuum negotium. Ama Deum corde quodam Seraphico, Dei amore inflammato, in Divinis excellentiis illuminato, & laudem Dei connecte amori.

CAP. XV.

De septimo modo per viam Conformationis cum voluntate Divinâ.

PErfectissimus modus amandi Deum est per medium unionis & conformitatis cum sanctissimâ ejus voluntate; eo ipso enim quo voluntas nostra se conformat Divinæ, applicat amorem suum eidem objecto summi Boni, quod est proprium Divinæ voluntatis objectum. Unde talis modus conformandi nonnisi amare est: quia est conformitas in amore, cùm voluntas nostra idem amet objectum, quod amat Divina. O conformitas perfectissima! O conformitas sanctissima, conformitas amoris! quæ nos in amando comparat & assimilat Deo, nostrumque amorem similem efficit Divino, nam sicut Amor Dei *vult se & omnia propter se.* Ad eundem modum amor noster vult Deum, & quod est extra Deum vult propter ipsum Deum. S. T. 2 p. q. 19. art. 9. S. T. 1. p. q. 19. art. 1.

Amemus igitur Deum, conformando nos voluntati Dei. Hoc sit totum desiderium nostrum, ut quæramus cognoscere & exequi voluntatem Dei. Quemadmodum cervus,

S. Climacus grad. 15. inquit S. Climacus, *æstuat ad aquarum fon*[...] *servus Dei ad Divinam Voluntatem agnoscend*[...] *quendam.* Tale erat desiderium S. Francisci X[...] hanc solam gratiam postulabat mediante suo P[...] tio: *Divinæ voluntatis agnoscendæ & exequend*[...] *tem.* Lumen ad cognoscendam, & facultatem [...] quendam Divinam voluntatem: super omn[...] creatum opum, honorum, vitæ, minimum etiam [...] re beneplacitum Divinæ voluntatis: & è contr[...] omne malum etiam mortis & inferni odisse m[...] offensam etiam levissimam & venialem Bonita[...] næ voluntati Dei contradicentem.

Pro praxi semper corde & ore dices: *Fiat, D*[...] *voluntas tua, sicut in cœlo & in terra: non mea* [...] *voluntas fiat.* Fiat voluntas tua à nobis in terra [...] perfectione, quâ fit ab Angelis & Sanctis in [...] *in re, in modo, in fine, in causâ.* Sive id, q[...] S.T.1.2.q. 28.art.10. sponis, vergat in meam consolationem, sive [...] mortificationem: sive id executioni mandand[...] diante vita, sive morte: *Non mea; sed tua volun*[...] cum majori possibili perfectione: cum omnibus [...] circumstantiis: propter finem summæ bonitatis [...] jorisque gloriæ. Idque totum propterea, quia tu [...] & ego *super omnia bona* æstimo velle tuum, sup[...] sanitatis, opum, honoris, ipsiusmet etiam vitæ [...] illud præpono, æstimoque *super omne malum*, el[...] potiùs omnia sufferre mala, quàm habere mal[...] tui, cui valdè familiaris est elongatio à Divinâ [...] luntate, in cujus comitatu omne malum (malo [...] excepto) induit rationem boni, omne incommo[...] transmutatur in consolationem, & omnis pœna [...] vertitur in gaudium.

Hic erat vivendi modus S.S. Apostolorum, qui [...] per immobiles hærebant in Divinâ voluntate: hic [...] rum respondendi mos & consuetudo erat in omnibus [...] Act. 21. bus: *Domini Voluntas fiat.*

Ioan. 8. Hæc eadem Christi vita erat, dicentis: *A meipso fa*[...] Ioan. 14. *nihil; sed sicut mandatū dedit mihi Pater, sic facio: & Des*[...] Ioan. 6. *de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus, qui m*[...] Ioan. 4. *me, donec dies est,* per totum tempus vitæ meæ.

Ea

Ecce me, Domine, promptissimum ad exequendam
per Divinam tuam Voluntatem, in omni tempore,
in omni loco, in omni occasione: *in prosperis & in ad-*
versis: in vitâ & in morte: in tempore & in aeternitate.
Ecce me facere voluntatem tuam, quia vita mea (gratiæ *Psal.* 142.
& gloriæ) *in voluntate tua est:* in cognoscenda volun- *Psal.* 29.
tate tuâ, & in eadem adimplenda.

Denique huic seriò attende & invigila, ut voluntas Dei magnes tuus, & dux in omnibus actionibus tuis: & a Deum exequendo semper voluntatem Dei.

CAP. XVI.

De octavo modo per viam pacis.

PAx consistit in quiete cordis, quando cor non divi- 2.2.q.29.
ditur in multas res, sed quiescit in unâ solâ: & hæc quies reperitur in Deo, quando mediâ charitate cuncti ostii appetitus, omnia desideria referuntur ad Deum, & in eo solo uniuntur. Quam ob causam Deus appel- *Rom.* 15. & atur ab Apostolo: *Deus pacis*, quia, ut notat S. Thomas, *alibi.* *solus Deus auctor est pacis.*

In praxi, amabis Deum per viam pacis, præcludendo ostium cordis omni desiderio creato, & aperiendo illud unico desiderio Dei. Dices cum Regio Propheta: *Domine, ante te omne desiderium meum.* Omnia mea *Psal.* 17. desideria, Domine, non nisi in te, ut in scopum suum collimant.

Totum hoc Universum percurre & obambula: inspice, perspice & respice cunctas creaturas, in nullâ reperies pacem, nulla tuæ creationis finis est. Considera ex unâ parte omnia terræ bona, ex alterâ solum Christum: ad primum intuitum dices cum S. Ambrosio: *S. Ambros.* *Abrenuncio tibi Munde. Abrenuncio* divitiis tuis, honoribus & voluptatibus. *Abrenuncio tibi Caro*, cunctisque tuis oblectationibus & commoditatibus, quas desiderare potes. *Abrenuncio tibi Sathana*, omnibus dignitatibus & pompis, quas mihi promittere potes. Ad intuitum Christi dices: *Conjungor tibi Christe*, tibi, *Idē ubi sup.*

O Christe unicum meum bonum, pax cordis me trum animæ meæ, meorumque desideriorum mentum, inseparabili æternaque unione mec Nec unquàm cogites aut credas te per aliam via ram pacem pertingere posse, nisi per totalem acim bilem omnium creaturarum renunciationem.

In ejus visâ. De Beato Laurentio Justiniano legitur, quod ventute sua struebat insidias mundi hujus volup & pompis ut ibidem reperiret pacem; unde apo cœlestis Sapientia Divini amoris *vultu splendidi Sole splendidior*, dixitque: *Adolescens, cur cor tuũ Quod quæris, apud me est: si me sponsam accipere de pacem, quam quæris, certissimè polliceor. Et dum gaudens, ut videbatur, discessit.* Placuit Beato lescenti hæc invitatio, ut hac frueretur pace, quoddam monasterium, sumens ibidem Religiosi bitum. Considera, Divinum Amorem hoc ide dicere: *Quod quæris, apud me est*, quæris pacem mitte creaturarum amori, suscipe amorem meum, curè eandem invenies.

CAP. XVII.

De nono modo per viam Orationum Jaculatoriarum.

S. Aug. S. Chrysost. ORationes jaculatoriæ à Sanctis Aspirationes v les appellantur: quia sicut corpus vivit per *inspirationem*; ita anima per *Divinas Aspirationes*, Tri

Cassiod. col. 9. de or. c. 36. conditionibus, secundum Cassiodorum, debent esse structæ: *Sint breves, frequentes, raptim jaculata.* Quem admodum respirationes corporis sunt breves & frequentes; tales quoque debent esse aspirationes animæ. Su

Zach. 9. etiam ardẽtes: *Exibit, ut fulgur, jaculum ejus*, puta, ora jaculatoria subitò attingens scopum; verùm advertẽd quod Divina aspiratio supponat cœlestem inspiration Divinæ gratiæ, quæ excitat & movet animam ad Deum & hæc supponit purificationem cordis liberi ab om affectu & amore creato: *Sicut stuppa* (& est exemplum

De myst. Theol. p. 3. D. Bonaventuræ) *radio solari exposita statim accenditur, sic anima per istas aspirationes accendit ad Dei amorem.*

q. d.

d. ficut arida stupa, Solis expositæ reflexioni, subitò cenditur; ita anima in seipsa purificata, & exsiccata omni humore terrenæ affectionis, posita in præsentiâ vini Solis, mediantibus hisce orationibus brevibus & dentibus, in se subitò cõcipit flammam Divini amoris. Ut igitur sancto huic exercitio apti & habiles evadamus, efficacissimum medium est puritas cordis: cor omni creaturarum amore vacuum, totumque sancto Dei more replecum fornacis instar igne Divino accensæ cosas diffundit amoris scintillas, totum se transformando, & quasi convertendo se in cor Divinum.

Verùm accedamus ad praxin & modum exercendi has Divinas aspirationes. Ipsum docet S. Bonaventura, & contingentes actus: *Meditari, Amare, Aspirare.* *Loc. cit. de Myst Theolog.*

Primò, præcedat Meditatio proprietatem vocabuli ad sensum anagogicum transferendo. Secundò, ad amorem illum reducat. Tertiò in Deo afficiatur. Exemplifica hanc praxin in Oratione Dominica: & in prima voce, *Pater*, considera meditando, qua ratione non solùm sit Pater per creationem, verùm etiam per adoptionem: siquidem non tantùm dedit tibi esse naturale; sed propriam quoq; suam Naturam Divinam mediante gratia: ac propterea ipsam tanquam Patrem adeò liberalem & amantissimum amare & revereri debes. Et quia amor est impatiens moræ & absentiæ boni amati, Affectibus amore turgentibus, dulcibusq; aspirationibus ad perfectam ejus unionem & visionem beatam aspirare debes, intimo dicendo corde: *Quando ero verè filius tuus? Quando te vero amore cõstringam? Quando te diligam intimis visceribus meis?* Eundem modum servabis in aliis vocibus *Pater noster.*

Hæc est interior occupatio, qua anima se præsentare debet coram Deo, totam se occupãdo in Divino amore.

Hac meditãte, inquit D. Augustinus, anima certo quodam modo se sustollit ad statũ fœlicem vitæ beatæ: *Deum credere & ad illum ardenter aspirare, quodammodo illum cernere, atque tenere est*, quemadmodum illum vident & possident Sancti in æterna beatitudine. *lib. med.*

Et ut magis descendamus ad particularia, suppeditabimus exempla quædam exercendi has orationes per omnes charitatis actus supra enumeratos.

Oratio Iaculatoria Amoris. Primò, dices cum S. Augustino: *Amem te, Pulchritudo infinita, Bonitas aterna, Majestas immensa.*

Gaudij. Secundò, *Gaudeam de te, gaudium meum: gaudeam pro te, tota suavitas mea.*

Desiderij. Tertiò, *Desidero te, Deus meus; inhio ad te, vitam animæ meæ, in quâ vivo, per quam moveor, quam suspiro.*

Laudis Psal. 145. Quartò, *Lauda anima mea Dominum: & omnia intra me sunt, nomini sancto ejus.*

Conformationis Trãsformationis. Quintò, *Non mea, Domine, sed tua fiat Voluntas.* Sextò, *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus.*

Pacis. Septimò, *In pace in idipsum, dormiam & requiescam.* In Deo, qui solus per essentiam omne meum bonum, semper quiescam.

Et maiori cum brevitate, conformiter suggerit Spiritus sanctus, dicere poteris: *Amem te, Domine, Gaudeam de te. Cupiam te, & Laudem te conformatus & transformatus in te, requies mea, & pax mea Deus.*

Proderit quoque habere jaculatorias aliquas id est alias familiares, easque frequenter repetere, veluti more habebant plurimi Sanctorum. S. Franciscus dicere solebat: *Deus meus & omnia.* S. Ignatius Loiola: *Nil prater te, Domini.* S. Franciscus Xaverius: *Bone Iesu, Creator mi.* Sancta Catharina: *Cor mundum crea in me Deus.* B. Joannes: *Amor meus Iesus.*

Alphons. Rodrig. Magnus quidam Dei servus hac aliâ utebatur oratione: *IESV, Maria, Amores mei dulcissimi, patiar ego, moriar ego amore vestri totus sim vester, & nullo modo meus.*

Coronidem imponam huic capiti subiiciendo quandam praxin orationum jaculatoriarum singulis diebus per septimanam dicendarum, quas multum deprædicavit *Tom. 4. serm. 17.* S. Bernardinus senensis, ac veluti ultimo suo nobis legavit testamento.

Pro die Dominicâ.

Amantissime Iesu, presta quæso, ut possim te amare.

Pro die Lunæ.

Amantissime IESV, vellem te amare; sed non possum sine te.

Pro

Pro die Martis.

Amantissime IESV, accende me amore tui.

Pro die Mercurij.

Dulcissime IESV, da mihi profundissimam humilitatem, per te languentem, & fac, ut sim veluti mortuus quando.

Pro die Jovis.

Dulcissimme IESV, fac me pro te mori.

Pro die Veneris.

Dulcissime IESV, fac me pro te crucifigi.

Pro die Sabbatino.

Dulcissime JESU, fac me peregrinum per gratiam misericordiæ tuæ, in te æterno gaudio quiescere.

CAP. XVIII.

De decimo modo per viam amoris sui ipsius.

ESto nonnisi unicum adesset proprij commodi motivum, boniq; proprij amor, hic tamē sufficientissimus esset ad persuadendum nobis sanctum amorem Dei.

Quis crederet, quod proprius noster amor, æquâ si mentis trutinâ ponderaretur, semper conspiceretur unitus amori Dei, & amando nosipsos, traheremur simul ad amandum Deum? O quot quantisque modis & viis, Domine, voluisti obligare nos ad amandū te! ita voluisti, ut amando me, amem te: & non amando me, nec etiam amem te: & amando te, amem quoque me; & non amando te, nec etiam amem me; etenim ita veniti sunt, simulq; conglutinati hi duo amores, ut unus inferat alium, & cessante uno cesset quoq; alter. Veritas hæc fūdata est in hoc principio, quod Deus non sit res quædam extrinseca, & extra nos existens; sed res intrinseca & debita nobis;

quia est vita animæ nostræ, veluti anima est vita corporis nostri : *Duæ sunt vitæ*, (docet Augustinus Ps. serm. 2.) *una corporis, altera animæ: sicut vita corporis est anima, sic vita animæ est Deus. Quomodo anima deserit, corpus; sic anima moritur, si deserit Deus.*

Supposità hac veritate nostra probatur conclusio, quia anima amando se, amat propriam vitam: & amando propriam vitam, amat Deum, utpotè, vitæ suæ principium: *quia non vivit de se, sed de Deo.* Ergò amando se, amat Deum, & proprio nostri ipsius amori est inordinatus amor Dei. Qua de causa Dominus Deus dedit aliud præceptum amoris nostri: siquidem in præcepto amoris Dei: amandos Deum, amamus nos ipsos, ac propriam nostram vitam.

Aug. lib. de vera Innocentia cap. 375. *S. Tho. ep. de dilectione.*

Unde infert idem S. Augustinus consequentiam tam veluti necessariam, quod *non secundum se, sed secundum se, sed secundum Deum vivere* debeat homo: sic vivere debet dependenter à suo principio vitæ, quod est Christus. Et sicut corpus non recipit vitam à se, sed ab anima, nec vivit per se aut propter se, sed propter animam & propter animam; ita anima vivere non debet secundum proprium spiritum; sed secundum spiritum Dei dependenter à Deo, veluti principio vitæ.

lib. de verâ innocent. c. 371. Qui vivit *secundum se, & non secundum Deum* (idem S. Doctor) *similis est diabolo, quia nec Angelus secundum Angelum, sed secundum Deum vivendo fuit, ut staret in veritate*, q. d. Qui vivit secundum proprium sensum & voluntatem, & non secundum voluntatem & motum Dei, similis est Dæmoni, qui à principio renuit subordinari & subiici Deo: unde non homini duntaxat, sed Angelo quoque necessarium fuit vivere vita Dei, non propriâ: ut sese conservaret in gratia Dei, qui est veritas; *Ut staret in veritate.*

Coloss. 7. Hanc eandem veritatem longè ante D. Augustinum tradidit Apostolus, quando dixit, *Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Vita vestra ad similitudinem Christi est in Deo; Etenim sicut Humanitas Christi

Christi vivebat de Deo, vobis etiam de Deo vivendum est. Ast dicitur *vita abscondita*, quia pro hoc statu non apparet pulchritudo gratiæ, & multò minus gloriæ. Et sicut *in Deo vivimus*, ita *in Deo movemur & sumus*. Idem enim, quod est principium vitæ, motus quoque principium est: *& si vivere mihi Christus est*, sequitur in optima consequentia, *quod mori lucrum*. Ratio secundum S. Thomam est, *quia quilibet ad lucrum reputat, quando vitam, quam habet imperfectam, potest perficere: sic infirmus ad lucrum reputat sanam vitam*. Reputabat Apostolus pro lucro mortem, nam per illam perfectiùs possidebat Christum, vitam suam; veluti infirmus multùm judicat lucrari cum sanitate, quia consequitur vitam perfectiorem.

Actor. 17.

Philip. c. 1.

S. Thom.

Ex dictis pro hac praxi quinque eliciuntur: primum, Christum esse vitam nostram. Secundum, Christum esse nostram operationem, quia secundum S. Thomam, *idem est spiritus vitæ & operationis*: ab eodem principio, à quo ortum ducit vita, oritur etiam operari. Tertium, amorem nostrum esse amorem Christi, & amare nos ac propriam vitam, idem esse, ac amare Christum. Quartum, mediante morte perfici vitam nostram, quia perficitur possessio Christi. Quintum, semper nobis aspirandum esse ad vitam perfectiorem, nempe ad beatam perfectamque unionem cum Christo, Vita nostra: nec non dicendum cum S. Augustino: *O vita, cui omnia vivunt! Vita, quæ das mihi vitam: Vita, quæ es mea vita: Vita, per quam vivo, sine quâ morior: per quam resuscitor, sine qua pereo: per quam gaudeo, sine qua tribulor! Hoc mihi tecum pactum erit, dulcissimè IESV, plenè moriar mihiipsi, ut tu solus in me vivas.*

Soliloq. 1.

CAP.

CAP. XIX.

De undecimo modo per medium odij sui ipsius.

Cajetanus. PRoprius amor noster in triplici statu considerari potest: in statu naturæ, gratiæ, & peccati. In primo & secundo statu amor proprius est bonus, siquidem bona naturæ & gratiæ sunt dona Dei, ac vera bona digna vero amore objecta: in tertio statu amor proprius est malus, quia peccatum est verum malum, objectum odio, non amore dignum.

Igitur odium sanctum, mirum in modum commendatum à Sanctis & à Sancto Sanctorum Christo Magistro nostro, concipiendum est in defectus & peccata nostra, uti & in propriam concupiscentiam & fomitem in quantum ad peccata inclinat. Hâc suppositâ veritate sequitur, quod amare Deum est odisse nos ipsos, & odisse nos ipsos, est amare Deum, & est perfectus modus amandi Deum, odisse nos ipsos.

Ratio est, quia idem habitus, qui inclinat ad amandum bonum alicujus objecti, inclinat etiam ad odium habendum malum illi contrarium. Eodem ergò habitu amoris Dei, quo amamus bonum Dei, odimus etiam peccatum. Odium sanctum, odium benedictum, sancti amoris indissolubilis comes, beatus, qui te possidet! *Beata mens, quam sibi totam vendicavit sapor boni, & odium mali.* Hoc magnum illud paradoxon est, quod celebris ille servus Dei dicere solebat: Si vis amare Deum, oderis teipsum, & quantum crescis in odio proprio, tantundem crescis in amore Dei.

S. Bernard. serm. 13. B. Ægid.

Ut veniamus ad praxin, persuasum habe, unicum tuum inimicum esse corpus tuum & proprium sensum, qui de nullo alio sollicitus est, nisi ut te conducat ad æternam mortem. Inimicus est, & à D. Augustino vocatur crudelis tyrannus, qui languore suo se opponit, & pugnat contra animam, nec vinci potest absque invocatione

vocatione auxilij Capitanei ac Imperatoris nostri Christi Domini: *Languore rebellat adversus te. Languor iste tyrannus est: si vis tyranni te esse victorem, Christum invoca Imperatorem.* De verbis Apost. serm. 12.

Contra hostem talem quinque debes exercere actus: primum cognitionis, oculum cognitionis tuæ tenendo semper apertum propriis tuis defectibus & peccatis, sicut & infernalibus pœnis, quas pro illis meretaris. Secundum odij, abominando ac detestando quamcunque defectus & peccati umbram. Tertium gaudij, si qua opptimeris tribulatione aut angustiâ, acceptando illam, pœnæ, quam promereris veluti partem. Quartum interioris mortificationis: mortificando cum abnegatione interna cuncta sensus desideria. Quintum mortificationis exterioris: mortificando etiam sensus externis pœnitentiis.

In hoc exercitio odij contra teipsum, pariter sancti amoris erga Deum vacabis exercitio. Quemadmodum in motu corporali, ut docet S. Thomas, *recessus ab uno termino à quo, est accessus ad alium terminum ad quem*; S. Thom. ita in via spiritus magnus fit progressus, cum quis elongatur & discedit à seipso mediante suiipsius odio. In hac praxi & exercitio multum excelluerunt Sancti, qui, quaudò in actuali Dei amore non se occupabant, omnem suam curam & diligentiam impendebant suiipsius odio & despectui, ut propterea expressam gesserint figuram scalæ Jacob, in quâ Angeli non semper ascendebant, sed quandoque etiam descendebant, semper tamen intra Deum, ipsum benedicendo & laudando. Talis quoque debet esse vita tua, anima mea, ascendere & descendere, amare & odisse debes. Cor tuum petat odium tibi, & Deo amorem: hæc gratia semper petenda est à Domino, nempe odium sanctum cum sancto amore: veluti hanc gratiam recepisse legitur B. Jacopon. Cui duæ B. Iacopon. fuere communicatæ visiones & cognitiones: una Christi, suiipsius altera. Per primam acquisivit perfectum amorem Christi absque omni præmij emolumento: & plangendo semper præ dulcedine amoris, dicere solebat: *Ego ploro, quia amor non amatur.*

Per

Per secundam perfectum suiipsius odium assecu[illegible] unde totum ejus desiderium positum erat in pa[illegible] & patiendo summam sentiebat pacem & lætitiam: continuo suiipsius odio paritèr reperiebat cont[illegible] Christi amorem.

CAP. XX.

De ultimo modo per medium Amori[illegible] proximi.

S. Dionys. de Divin. Nom. c. 4. 1. p. q. 20. art. 2.

PRoprietas amoris est, *quod amantem extra se p[illegible] & quodammodò in amatum transferat.* Quod [illegible] D. Dionysium & S. Thomam locum etiam hab[illegible] amore Divino, in quantum est communicativus b[illegible]tatis suæ ad extra. Unde amor Dei non continetur [illegible]taxat intra Deum; verùm etiam se diffundit extra De[illegible] ad creaturas & effectus procreandos.

Supposita hac veritate amoris Dei, ad similitudi[illegible] illius amor noster quoque procedere debet: ita ut [illegible] solùm amemus Deum in se ipso, sed etiam extra ill[illegible] non solùm amore intensivo; sed etiam extensiv[illegible] effectibus ejus, & in creaturis præsertim ratione p[illegible]ditis, in quibus speciali modo exhibetur & relucet i[illegible]go Dei.

Serm. 26. de Verb. Dom.

Praxin modi hujus docet S. Augustinus. Conside[illegible] inquit, proximum, veluti Christi substitutum, tanqu[illegible] aliquem Vice-Christum, relictum à Christo in loc[illegible] ipsiusmet Christi, & quod Christus respiciendo pro[illegible]mum dicat: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mi[illegible] fecistis.* Veluti si dives quidam, ait S. Augustinus, habe[illegible] multas pecunias aliis concreditas, & ipse non indigend[illegible] illis, donaret eas cuidam ex pauperioribus amicis su[illegible] diceretque debitori suo: *Quod mihi debes, huic solve: & quod huic feceris, mihi feceris.* Ad eundem modũ Christu[illegible] multa nobiscũ habet debita: siquidem omnia, quę sunt i[illegible] potestate nostra, imò vitã propriã infinities ei debemus. Omnia hæc debita vult à nobis solvi non alteri nisi proxi[illegible]mo, dicendo: *Quod uni ex illis feceris, mihi feceris.*

Matth. 25.

Et veritas horum desumpta est ex verbis illis S. Joannis: *In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.* q. d. Christus exposuit vitam suam pro nobis, & nos eandem exponere debemus pro proximo: quia debitum hoc Christus transtulit in proximum: ac vitam, quam debemus Christo, idem vult à nobis exponi in commodum proximi. *Epist. 1.*

Hic parumper subsistes, ò anima mea, considerabisq; quantùm debeas Christo tot tantisq; titulis Creationis, Redemptionis, Justificationis, &c. Abs dubio tantùm debes, quantùm potes, quantum es: obligaris itaque totam exponere vitam, imò millenas, si tot tibi essent, in ejus servitium & obsequium: quotidiè pro ejus amore sanguinem profundere & millena subire martyria desiderare deberes. Christus itaque vult, ût totum hoc persolvas proximo tuo, ac præstes personæ fratris tui, quod ipsi præstare teneris, & cum hoc planè debiti sui solutionem recipiet. Quapropter Sanctus ille Eleemosynarius, cùm gratiæ ipsi referebantur à quodam paupere, non immeritò dicere solebat: *Nescis, quantùm tibi debeo,* q.d. quod facio, respectu ejus, quod facere debeo, valdè parùm est, cùm tibi etiam propriam debeam vitam: considerabat enim, quod vitam, quam debebat Christo, exponere deberet pro paupere Christi, cui Christus cesserat debiti sui sibi persolvendi obligationem, pauperem loco sui substituendo creditorem. *S. Joannes Eleemosyn.*

Et hæc sufficiant de praxi Divini amoris ad laudem & gloriam ipsiusmet Amoris.

EXER-

EXERCITIUM TERTIUM

Conformitatis Voluntatis Humanæ cum Divinâ.

CAPUT I.

De naturâ conformitatis huius, nec non rationibus ad eandem nos obligantibus.

PErfecta conformitas voluntatis humanæ cum Divinâ, juxta mentem S. Bernardi, *est unitas voluntatis idem.* Non est unio duarum voluntatum, sed una sola voluntas: *Qui adhæret Deo, unus spiritus est.* 1. *Cor.* 6. *Ut sint unum, sicut & nos unum sumus.* Ioan. 17. Ecce quam voluntas humana ita subordinatur & transformatur in Divinam, ut renunciando ac negando quodcunque proprium velle, remaneat quasi non voluntas, *sed voluntas Dei in eâ,* uti ait Propheta: non remanet ultra voluntas propria, sed voluntas Dei: non amplius voluntas humana, sed Divina: & si velit, non propter velle vult; sed propter executionem duntaxat illius, ad quod proclivem conspicit voluntatem Dei. Quâ de causâ conformitas vera mentium *est per modum unitatis, non per modum unionis*: quia anima conformata Deo unam solam habet voluntatem cum Deo: cum voluntas Dei sola sit, quæ moveat, humana solùm exequatur.

De vitâ solitariâ. Isaiæ 62.

Pergit

Pergit ulteriùs Bernardus, dicendo, quod vera conformitas non solùm *est unitas volendi idem*; sed *aliud* ...am *velle non valendi*: non tantùm se privat actu; ...rùm etiam potentiâ: non solùm vult; sed nonnisi il...d, quod Deus vult, velle potest: *Etiamsi velit, non* ...*est facere contra voluntatem Dei*, asserit S. Ambrosius ...ndatus in dicto Apostoli Joannis: *Qui natus est ex Deo,* ...*n facit peccatum, nec potest facere.* Quod si habitus ...tiosi talis vis est & potentia, ut moraliter hominem im...otentem reddat ad bonum; quantò magis virtus cõfir...ata & radicata in Voluntate Dei animam reddet inha...lem ac moraliter impotentem ad operandum aliquid ...ontra voluntatem Dei? Perfecta igitur conformitas ...it quædam quasi impotentia faciendi voluntatem pro...riam contra voluntatem Dei.

S. Ambros. Psal. 118. 1. Ioan. 3.

Insuper hæc conformitas non solùm *est per modum* ...*nitatis*; sed, uti docet Angelicus, *est per modum opera...tionis, per modum addiscentis à Deo Doctore, & per mo...dum mobilis à Deo movente.* Etenim non tantùm unit ...e voluntas Divina cum humanâ; verùm etiam opera...ur in eâ, illuminando ipsam, veluti Magister illuminat ...iscipulum suum; & movendo ac gubernando illam, ...icuti eques equum, cui insidet, movere & gubernare ...olet, juxta Apostolum: *Glorificate, & portate Deum* ...*in corpore vestro: sicut equus sessorem* ut exponit S. Thomas. Divina igitur voluntas unit se nostræ instar formæ cujusdam assistentis, instar intelligentiæ cujusdam non errantis, purgando, illuminando & perficiendo voluntatem nostram: *Deus illuminat, immutando intellectum & voluntatem: & purgat à defectibus intellectus & voluntatis: & perficit in finem intellectus & voluntatis. Sicut si dicamus, visum corporalem purgari, in quantum removentur tenebræ: illuminari verò, in quantum perfunditur lumine: perfici, secundum quod perducitur ad cognitionem colorati.*

2.2.q 3.art. 1.2.q.110.

1.Cor.6.ubi S.Thom.

1. p. q. 106. art.2. ad 1.

Et hæc satis de essentia virtutis hujus. Videamus modò rationes nos ad hanc conformitatem obligantes, quarum duæ sunt: prima universalis est, & omnibus communis: secunda propria est justorum & in gratiâ Dei existentium.

1.2. q. 93. art. 1. & 1. p. q. 2. ad 2. Prima, quia, si voluntas Dei æterna lex est, infallibilis, ac prima regula cujuscunque bonæ operationis; è contra verò, voluntas humana est lex imperfecta in operari defectibilis, Divinæ se conformet voluntati humanæ, & ab illa voluntas humana regulerur, gubernatur ac gubernetur, necesse est. Et hæc subjectio necessaria est: quia sicut Deus est causa universalis omnium rerum, ita etiam *est universalis gubernator, quia ejusdem est rem producere, & ei perfectionem quod ad gubernationem pertinet.* In nobis etiam considerandæ sunt principia: intrinsecum horum est ratio & voluntas humana: extrinsecum quod est ratio & voluntas Divina. Humana non est sufficiens ad rectè gubernandum, nisi quantum est gubernata & regulata à Deo. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Lumen rationis humanæ debet esse regula nostrarum actionum, at in quantum *est lumen vultus Dei, derivatum à vultu Dei.*

1. p. q. 103. art. 5. 1. 2. q. 19. art. 4. Psal. 4. S. Thom. loc. cit.

Secunda ratio est unio voluntatis Divinæ cum humana mediante gratia. Nam, ut benè docet Angelicus, per justificationem nostram *non solùm datur nobis gratia, sed etiam ipsemet Spiritus sanctus datur, & manet in nobis.* 2 Pet. 1. *Ut per gratiam efficiamur Divinæ consortes Naturæ.* Adeò, ut si Deus non esset in anima justi per gratiam habitum immensitatis, esset ibidem per unionem amicitiæ. Hæc unio ex triplici probatur capite. Primo, quia anima justi juxta Apostolum, est vivum & verum Dei Templum: ergò propriè & realiter hoc in loco habitare debet Deus: *Nescitis, quod Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Secundò, quia per perfecta amicitiam, veluti illa est, quam contrahit gratia, non affectivam duntaxat; sed etiam realem & effectivam amantium inter se requirit præsentiam. Tertiò, quia gratia veros & proprios Dei Filios, licet adoptivos efficit, ergò per unionem & communicationem propriæ Naturæ: *Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut Filij Dei nominemur, & simus.* Etenim etsi nobilitas Filiorum Dei in statu gloriæ ex con-

1. Cor. 3. Suarez. li. 12. de Trinit. c. 5. 1. Joan. 3.

manifestanda sit; in præsenti nihilominus vita *per gratiam & virtutem*, aliquo modo manifestatur & patet: *Sicut lux abscondita in manibus apparet per rimulas digitorum.* S.Th. l. cit.

Hâc igitur suppositâ veritate, quod Deus cum attributis suis, cum Personis Divinis, Patre, Filio & Spiritu sancto verè ac propriè reperiatur *per illapsum* in animâ mediante gratiâ, debet ille, tanquam primus motor, imperio Divinæ suæ voluntatis regere & gubernare voluntatem nostram: Etenim *in omnibus potentiis motivis ordinatis secundum movens non movet, nisi virtute primi moventis* Inferior potentia, uti voluntas humana est, moveri & regulari debet à superiori, qualis est Divina. 1.p.q.81.ar. 3. in corp.

Modus subordinationis hujus (docente ita eodem Angelico) exsculpendus est & desumendus ab exemplo Christi, qui secundum Humanitatem in omnibus *movebatur nutu Divinæ voluntatis, & secundum voluntatem rationis nihil volebat, nisi quod sciebat Deum velle.* 3.p.q.118. art. 1.

Considera igitur sanctissimam illam Christi animam, quomodò per scientiam beatam & infusam semper ac continuò contemplabatur æterna Divinæ voluntatis decreta, iisque in omnibus perfectissimè se conformare procurabat, *in re, in modo, & in fine.* Primò, *in re*: *Quæ placita sunt ei, facio semper: & à meipso facio nihil.* Secundò, *in modo*: *Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.* Tertiò, *in fine*: *Non quæro gloriam meam, sed ejus, qui misit me, Patris.* Ioan. 8. Similis huic sit noster operandi modus, necesse est: semper lumine sanctæ fidei contemplando scopum Divini beneplaciti, eique nos in omnibus conformando, & volendo hoc idem, quod Deus vult, & in modo, & propter finem, quem ille intendit.

CAP. II.

De effectu huius Conformitatis

EFfectus, quem hæc in animâ causat conformitas fructusque inde proveniens mirabilis est: hæc enim voluntatem nostram non solùm efficit supernaturalem, sed etiam Deiformem & Deificam: *Est autem voluntas Deiformis seu Deifica, quâ quidquid volumus, propter Dei gloriam volumus.* Nam sicuti voluntas sensitiva conformiter docet Angelicus, vocatur *voluntas humana, per participationem, in quantum est nata obedire rationi*, ita humana dici potest Divina & Deifica, *per participationem, in quantum est nata obedire Divinæ*, id est formando nostram cum Divinâ.

S. Bernardus supra verba illa Apostoli: *Nos autem revelatâ facie gloriam Domini*, exponit (*voluntatem Domini*) *speculantes, in eandem imaginem transformamur.* Unde concludit: Transformamur, cùm conformamur: quia conformare se cum voluntate Dei, idem est, quod in illam transformari, & Deificari. *Et si perscrutatio Majestatis formidolosa*, subjungendum Sanctus, *quia scrutator Majestatis opprimetur à gloria: sed voluntatis* (*scilicet scrutatio*) *tam non quàm pia.*

Quare conformitas meritò appellatur à D. Bonaventurâ & aliis *Deiformitas*: *Conformitas est Deiformitas.* Quia est virtus quædam, quæ formet, & quasi informet animam nostram novâ quâdam & Divinâ formâ, quæ est voluntas Dei, & dum Natura Dei se communicat, sua quoque Divina communicat attributa. Primò efficit animam immobilem, cùm soli voluntati Divinæ immutabili innititur: *Tunc enim mens humana à veritate libera est, cùm Deo innititur: quia solus Deus immutabilis est: Ego Deus, & non mutor.* Secundò facit eam impeccabilem, quia *Peccatum est contra legem aeternam, quæ est voluntas Dei*, aut *est voluntarium à Divinâ regulâ, in est, voluntate recessus.* Qui ergò semper se confor-

1. Ioan. Rusbroch. de virtut. c. 9

1. 2. q. 18. art. 2.

Serm. 62. Cant. 2.

2 Cor. 3.

Prov. 25.

S. T. 1. p. q. 49 art. 7.

Rom. 1.

Aug.

Toletus l. 3. c. 1.

onformat voluntati Dei, conservando se in hoc statu, non peccat, nec peccare potest. Reddit quoque animam quodammodò omnipotentem: *Qui sunt voluntati Divinæ conformes, sunt quasi Dij sua voluntatis, omnipotentes.* Mutant namque voluntatem propriam in Divinam, quæ in illis rebus, quas Deus absolutè vult, *semper impletur.* Insuper virtus hæc animam adimplet omni consolatione & dulcedine: *Non est aliud spirituale gaudium* (docet S. Bonaventura) *quàm spiritualis conformitas cum voluntate Dei.* Et tale est, ut superet, tollatque omnem amaritudinem. Sit quantacunque tribulatio, quotiescunque in illâ consideratur Divinæ voluntatis beneplacitum, grata redditur, & amabilis. Quia juxta doctrinam Angelici: *Qui amat aliquid secundum se, & propter seipsum, amat per consequens omnia, in quibus illud invenitur, ut qui amat dulcedinem per seipsam, oportet, quod omnia dulcia amet.* Hæc dulcedo per essentiam est voluntas Dei: ergò non tantùm est amabilis in se; sed etiam quodcunque aliud objectum tale efficit, ubicunque reperitur: neque duntaxat dulcem apparere facit voluntatem Dei; sed etiam tribulationem, quocunque loco & tempore inveniatur illa.

S. Ben. to. 2. Diat. Salu. tit 8. c. 1. p. 19. art. 6.

S. Bonav. Diat. salut. tit 8. cap 1. tom. 2.

S. Th. cõtra Gent. c. 76.

CAP. III.

De obiecto huius Conformitatis.

OBjectum voluntatis nostræ, in quantum conforme voluntati Dei, idem planè est cum objecto voluntatis Divinæ. Cùm enim voluntas nostra fiat res eadem cum voluntate Dei, velle & non velle debet id, quod vult & non vult Deus. Hanc esse veræ conformitatis regulam docet S. Bernardus: *Quod certum est Deum velle, omninò velle: & quod certum est Deum nolle, omninò exectari; at quod dubium est, suspensam habere voluntatem, donec certò constet.* Quâ de causâ virtus amanda est, compertum enim habemus, eandem amari à Deo; vitium odio persequendum, certum namque est,

Serm. de nost. volt. Div.

Deo odio esse impium & impietatem ejus: in illis quæ indifferentia sunt, & ex natura sua neque bona mala, nos quoque indifferenter gerere debemus, usque per testimonium aliquod, sive intrinsecum extrinsecum, innotescat nobis voluntas Dei.

Verùm, ut, descendendo ad casus in particulari gis distinctè procedamus, ad quinque capita redu omnia, in quibus nos conformare debemus volun

Primum erit circa distributionem bonorum, bona Naturæ, sive Gratiæ Secundum, circa tole in rebus adversis. Tertium, circa gaudium in prosperis. Quartum, circa peccata, non quòd pam; sed quòd ad permissionem eorundem. Qu & ultimum circa dubia.

Et ut exordiamur à primo, res certissima est, data in scriptura sacra, Deum diversis diversimo

Matth. 25. stribuere dona sua: *& uni dat quinque talenta,*
Cat. S. Th. *autem duo, alij verò unum* Per nomen talenti, Chrysostomus, *diversas gratias intelligimus, quæ tradita sunt*, & in particulari, in ordine supernat

Ioan. 1. *De plenitudine ejus omnes accipimus, gratiam pro*
Ephes. 4. *sed secundum mensuram donationis Christi.* Quod
Sup. Epi. ad est dicere, ut exponit S. Thomas, *non ex fato, non ex*
Eph. 4. *non ex merito, sed ex donatione Christi: quia, sicut potestate Christi est dare, vel non dare; ita dare tantum vel minùs.*

Ex dictis evidenter probatur, qua ratione in divisi talentorum & gratiæ nos conformare debeamus volu tati Dei: quia hoc ipsum, quod Deus vult, velle de mus, & quotiescunq; Deo placet tantam & non majo mihi concedere gratiam, eadem contentissim, meq sanct. simæ ejus voluntati in eâdem dispositione conf

In Epist. ad mem oportet. *Ne doleas*, consulit S. Chrysostomus, qu
Epist. 4. aliis te conspicias inferiorem in talentis naturæ & grati *Quia si plùs gratiæ illi donatur, plùs etiam laboris subi cumbit, & majorem etiam rationem est redditurus.* esto sis inferior in donis, dignum tamen Christi mem brum es in corpore mystico Sanctæ Ecclesiæ. Non ex bona consequentia, inquit Apostolus: *Pes non est manus*
1. *Cor.* 12. *auris non est oculus: ergo non est de corpore.* Siquidem

benè respondet Chrysostomus, *hoc non facit situs, sed unio.* Esto pes non sit constitutus in tam digno situ, veluti manus, nec auris in situ oculi; omnes nihilominus corpori uniti sunt, corporis partes existunt, spectant ad integritatem & ornamentum ejusdem corporis. Ad eundem modum, si aliis inferior æstimeris quo ad tanta, Christo nihilominùs unitus eris, & veluti pars ornamentum & gloriam conferes corpori Christi: & hoc tibi sufficere debet, quod concurras ad gloriam Christi juxta mensuram gratiæ ab eodem Christo tibi concessæ. Verùm dicet quispiã: si mensura gratiæ à Deo determinata est, mea quoq; perfectio & sanctitas determinata erit: ergò non potero semper crescere de bono in melius in perfectione *de virtute in virtutem*, assimilando meæ sanctitati Dei, juxta Divinum oraculum: *Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est* Pro solutione hujus dubij advertendum, quod, ut optimè notant Theologi, tametsi gratia ex natura sua non habeat terminum intrinsecũ, crescere namq; potest in infinitum, cùm Deum perfectiùs & perfectiùs in infinitum cognoscere & amare possimus, veluti Deus in seipso infinitus est, semper plus cognoscibilis & amabilis; nihilominùs de lege ordinaria terminum habet extrinsecum: & hic est gratia Christi, respectu gratiæ cujuscunque alterius creaturæ, quantacunque perfecta sit, comprehendo etiam sanctissimam Virginem. Adhæc duo Sanctorum ordines distinguendi sunt: unus superior veluti Apostolorum & quorundam paucorum aliorum: inferior alter aliorum Sanctorum: primus est terminus extrinsecus respectu secundi, quia nullus esto etiam ordinis hujus supremus existat, neque infimum primi ordinis attingere poterit: juxta commune dictum: *Supremum infimi non attingit infimum supremi*: etenim desunt ei auxilia etiam sufficientia, quibus pervenire possit ad sanctitatem primi ordinis: & cum hoc respondetur proposito dubio. Potest gratia, quam habes, crescere in infinitum; at juxta legem ordinariã, & secundum justam suavemq; Divinæ Providentiæ dispositionem non crescet nisi conformiter mensuræ Divinarũ inspirationũ, Divinorumque influxuum efficacium, quæ tibi à Deo cõmunicabantur.

Psal. 83.
Matth. 5.
Suarez de gratia.

Unde, quotiescunque cœlestibus correspondeb
rationibus, quibus Deus tibi loquitur, te voca
ges ad illam, quam Deus à te requirit, perfectio
non ad illam, qua quidam alius Sanctus dotatu
majorem habebit vocationem & gratiam.

Hæc est œconomia gratiæ, Divinæ Sapientiæ
sitio, Divinique Dominij libertas & indepen
1.Cor.12. *Dividens singulis prout vult:* distribuit & divi
ordine Naturæ, & in ordine Gratiæ, prout e
Divino huic beneplacito totaliter nos conform
Divinæ ejus voluntati nos ex toto resignare, &
omnia dona, supra omnia beneficia, super omne
tiam & gloriam nos stabilire & fundare debemus
implenda sanctissima ejus voluntate: desideran
gis ad impletionem voluntatis ejus, quàm acquisi
cujuscunque gratiæ, sanctitatis & perfectionis
S.Bernard. *Quod est*, ut loquitur S. Bernardinus, *sub Divin*
annihilari, non desiderando aliud, quàm volun
Dei, & quæcunque alia, in quantum unita & con
sunt voluntati Divinæ.

S Gertrud. apud Blos. Monil. Spi. c. 9. De quadam Sanctâ legitur, quod constituta in
culo vitæ, suspirans dixerit: O quàm libenter
morerer! Replicarunt alij, qui erant præsentes
quomodò, sine Sacramentis? Responsum dedit S
characteribus indelebilibus meritò cordibus nostr
sculpendum: gratissimum mihi esset mori cum san
simis Sacramentis; ast quia id non placet Divinæ
videntiæ, quæ modò aliter de me disposuit, *Do*
præfero voluntatem. Ab hac sanctâ Personâ disca
modum mortificandi nostros appetitus, modum
pugnandi hostes & inimicos nostros, modum resist
cunctis tentationibus, semper respondendo: *Do*
mei præfero voluntatem.

Secundò, debemus nos etiam conformare Divi
voluntati in sufferendis rebus adversis: in persecut
nibus, in infirmitate, in ipsa quoque morte: q
S August. Ench. c. 96. *nihil fit, nisi quod Omnipotens fieri velit, faciendo, v*
sinendo. Et quamvis malum ut malum non sit app
tibile; nihilominùs malum, pro ut est terminus
objectum Divinæ voluntatis, non solùm appetibile est

d etiam desiderabile, & Sanctis delectabile; qui hac onsideratione armati & fortificati in majoribus etiam rporis doloribus persentiebant refrigerium & animæ onsolationem: *Propter abundantem Dei gratiam, ua fortiùs elevat animam ad Divina, in quibus delecta-ur, quàm à corporalibus pœnis afficiatur.* 2.2.q.133. art.8.

Cum hoc amen non prohibetur, quò minus in oratione Deo roponi possit affectus quidam contrarius, aut contra-ium desiderium voluntatis nostræ; verùm, ut affectus le sit rectus, debet esse conditionatus (si nimirùm ita Divinæ placeat voluntati) conformando & resignando nos ex toto voluntati Dei superiori & absolutæ: juxta exemplum à Christo nobis exhibitum in horto: ubi proponendo Patri æterno desiderium & partis inferioris inclinationem, ne videlicet mortem subiret; apposuit conditionem (*si vis*) conformando se voluntati superiori Patris æterni.

Tertiò, hanc virtutem quoque exercere debemus in rebus prosperis, cunctisque aliis, quæ juxta votum nostrum eveniunt. Etenim commune axioma est, quod *de duobus bonis majus est appetendum*: quando ergò concurrunt delectatio creata creaturæ & delectatio increata voluntatis Dei, huic debetur primatus. In hoc principaliter te oblectari, & ab hoc stimulari debes ad operandum. Exempli gratia: quando in cibo aliquo percipis delectationem, non tibi persistendum est in sapore illo materiali; sed cogitandum, alium ibidem latere saporem spiritualem occultum, longè nobiliorem & suaviorem, qui est condimentum voluntum voluntatis Divinæ, volentis & jubentis, ut utaris creatura illa pro tui restauratione.

Hic est verus cibus animæ, quia juxta oraculum Christi: *non in solo pane vivit homo; sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*: & fuit proprius Christi cibus: *Cibus meus est, ut faciam voluntatem Patris mei, qui in cœlis est.* Matth. 4. Ioan. 4.

Nam licet operatio Christi meritoria, eo ipso, quod fecerit voluntatem Patris, non conservarit, nec auxerit in Christo vitam gratiæ, quæ ab instanti conceptionis suæ perfectissimæ adæquatè conservata fuit à gratia unionis; nihilominùs, quod se conformarit

voluntati Patris, summæ fuit oblectationi anim
ctissimæ Christi, veluti cibus materialis corpori
solet delectationem & consolationem.

Quartò, conformitas nostræ voluntatis cum
extendenda quoque est ad occasiones occurren
pore illo, quo nos cum proximis à recto virtutis
deviamus, & peccamus. Quamvis enim peccatum
malum sit; attamen Voluntas Dei, qui per
S. Augusti. (quod fit secundum Theologos, *negando gratiam*
S. Thomas. *efficacē, & præbendo naturā, scilicet, concursum*
in se sancta, justa, ac omni laude, gloria & honore
est, eique nos conformare debemus: moveatur
justissimis & sanctissimis finibus, qui sunt mani
Divinorum attributorum: Justitiæ quidem in
dis peccatis; Misericordiæ in remittendis culpis;
tatis etiam humani arbitrij, Humilitatis, quæ na
eo, qui peccat: unde hunc in finem superbo, se
Serm. de verb. Dom. Augustinum, expedit casus, ut sic se humiliet.

In triplici statu, seu tribus modis Divinam vol
considerare possumus. Primò, cum vult bonū Sec
quandò impedit malum. Tertiò, cum illud per
In quolibet dictorum modorum laudanda ac glori
est à nobis Divina voluntas, regulando nos ju
eique nos conformando, nec non gratias agendo
bono duntaxat, quod facimus, verùm etiam ration
rium malorum, quæ per gratiam ejus subterfugim
quod dignetur illa impedire, removendo peccato
casiones, divertendo intellectum à malis cogitation
eumq; ad bonos cogitatus inclinando, seductorem
gelum compescendo, & bonum Angelum tutorem
fortando. Et si quandoque malum aliquod permitt
hoc quoque nos resignare debemus modo jam dicto.

Huic permissivæ voluntati Dei conformabat se
sanctissima Christi in horto. Siquidem non solum
calix mortis suæ à se transiret, orabat; sed multo ma
calicem amarissimum peccatorum, ac damnationis
tantarumque animarum amoveri precabatur. Eque
do talem esse permissionem Dei cognovit, eidem se pr
sus conformem ostendit, dicendo: *Non mea voluntas*
luntas fiat. Huic etiam se conformant Beati in cœ

ctique Angeli custodes nostri, ac eidem in terris ho-
nes se conformare debent.

Denique in rebus etiam dubiis & indifferentibus san-
huic Divinæ conformitatis exercitio nobis vacan- S. Bernard.
am est, duo præsertim observando: primum, *suspen-* serm. de
tenere voluntatem, quousque certi simus de Divina, *subject hu-*
ademadmodum faciunt sancti Angeli in cœlis: quia, *ma. volũt.*
od Deum nolle cognoscunt, *nunquàm volunt*. Secun- *ad Divin.*
um (quod est majoris difficultatis) ut, nimirùm, S. Greg. 17.
uis laboret & studeat investigare & divinare, quænam *mor. c. 7.*
voluntas Dei ad eam amplexandam, ac omni modo
xequendam.

In antiqua lege per varias vias, diversaque media in
anc deveniebant cognitionem: *per Sacerdotes*, *per* 1. Reg. 18.
Prophetas, & *per Somnia*. Primò per Sacerdotes per-
ipiebant voluntatem Dei in rebus dubiis, idque duo-
us modis, *aut per propitiatorium*, *aut per vestes*: *Intra-*
bant in Sancta Sanctorum, *ut consulerent oraculum*, &
audiebant vocem loquentis ad se de propitiatorio, *quod erat*
super arcam testimonij inter duos Cherubim, *unde* & *lo-*
quebatur eis. Aut se ornabant vestibus sacerdotalibus, Exod. 28.
& in veste dictâ *Rationale Iudicij* (*quia in ipso judicabat* Cyranus.
Sacerdos consulens Dominum, *quod esset agendum*) audie-
bant dubio proposito Deum respondentem.

Secundò intelligebant voluntatem Dei ex Prophetis, 1. Reg. 1.
Samuele, Jeremiâ, Elisæo & pluribus aliis. 3 Reg. 14.

Tertiò, per somnia: non quia propriis crediderant Jerem. 42.
somnijs; id enim tanquàm superstitiosum prohibitum Deut. c. 28.
erat in Deuteronomio; sed quia Deus loquebatur eis S. Thomas.
in somno, quod contingebat hoc modo: jejunabant
primò, & per aliquot dies orabant, deinde dabant se lecto
& dormitioni: *Et Dominus per somnium ostendebat eis*
declarationem dubij.

Quem modũ consultationis volebat Deus in antiquâ Abulens.
lege duas ob causas, ut notat Abulensis. Prima est, ut loc. cit.
Hebræos avertere à consultatione & responsis idolorũ,
quibus multũ erant addicti, & ad quæ in simili occasione
facilè confugiebant. Secunda, quia tempore illo sancta
fides non ita benè fundata erat; unde necessarium fuit, ut
Deus suppleret, multisq; dubiis occurrentib. satisfaceret.

Ast

Aſt tempore legis Evangelicæ ceſſant hæ ra
ſiquidem fides perfectè ſtabilita eſt, & in dub
Summus Pontifex, infallibilis fidei regula. Q
pter Deus à nobis exigit alium modum petend
tiam Divinæ ſuæ voluntatis, & hic eſt

Luc. 11. Abulenſ. l. cit. *Petite, & accipietis. Et ſi devotè oraverimus exaudiet nos certiſſimè, vel dabit, quod ſcit*

Quod ſi igitur in rebus dubiis occurrentibus
cere velimus, quid Deus à nobis requirat, qua
ſanctiſſima ejus voluntas, cui nos conformemu

Rex Ioſaph. Paral. 2. tamus ad orationem: *Cùm ignoremus, quid agen
mus, hoc reſidui habemus, ut oculos noſtros ad Dn
dirigamus.*

S. T. t. 2. q. 93. a. 2. Alius adhuc ſupereſt modus cognoſcendi v
tem Dei, nempè, *in ſuo* effectu, in voluntat
rationabili, quemadmodum Sol cognoſcitur
irradiatione. Quotieſcunque igitur cognoſci
agimus aliquid, quod erit conforme lumini rati
fidei, cognoſcemus pariter, & exequemur volu
Dei: etenim lumen hoc creatum, participatio

S. Aug. l. 3. de lib. arb. c. 8. effectus luminis Divini. Hoc idem docet S Aug
dicens: *Quidquid tibi verâ ratione melius occu
judicare debes, hoc idem velle Deum.*

S. Climac. ſerm. de diſcuſſione. S. Climacus alium adducit modum cognoſce
rebus dubiis Dei voluntatem. *Primò, omni
ſenſu expurgato, in quâdam animi tranquillitate
ſtitue*: non permittendo ab impetu naturali te
ferri magis ad inclinationem hujus quàm illius
*Deinde ſimplici fiducia Patres aut Fratres ſpiritua
terroga, atque eorum conſilium ſine ullâ hæſita
tanquàm ex Dei ore, accipe.* Simile docume

S. Bern. ſer. de ſubject. Hum. volunt. ad Divin. ſuppeditat S. Bernardus, loquens in hunc mod
*In dubiis ſuſpenſam teneas voluntatem, quoque
Patrem ſpiritualem interroges*, mentem
que illius deſuper perci
pias.

CAP. IV.

De Fine Conformitatis cum Voluntate Divina, nimirùm, de recta Intentione.

COnformare nos debemus cum Divina Voluntate, non tantùm in executione; verùm etiam in intentione: agendo illud, quod Deus vult, & propter eundem finem, quem Deus vult & intendit.

Intentio, uti docet S. Thomas, est actus voluntatis, quo volumus unum propter aliud, veluti medium propter finem: & respectu finis hujus bona aut mala erit nostra intentio. Si respexeris Deum, tanquàm finem ultimatum, erit bona: si creaturam, mala erit. Recta igitur & pura intentio erit illa, quæ Deum intendet propter Deum, aut creaturas propter ipsummet Deum. Secundum S. Bernardum, prima est perfectior, quia *dicit otium Magdalenæ*: ubi secunda *dicit negotium Marthæ*, quæ *versatur circa plurima*. Hæc nihilominùs etiam perfecta est: quia perfectio operationis non à re operata, sed à fine desumitur, & in hac etiam finis, propter quem quis operatur, est Deus. Ratio, cur Deus actionum nostrarum statuendus sit finis, est, quia juxta Philosophorum doctrinam; *Idem est finis operis & operantis.* Quod si igitur omnes creaturæ procreatæ sunt propter Deum, propter eundem finem iisdem uti debemus, secùs *rectus usus creaturarum* non esset; *sed abusus.* Præterea gloria & laus operis debetur illius causæ & artifici. Si igitur Deus est prima causa universalis cunctarum rerum omniumque effectuum, cunctos ad ipsius gloriam dirigere debemus.

1.2. q. 12. art. 4.

In Cant. serm. 40.

Verùm videamus in particulari, qualis debeat esse finis & motivum intentionis nostræ: ut ea non solùm recta, sed etiam vitæ æternæ sit meritoria.

Primò, debet esse supernaturale & Divinum, quod Augustinus vocat: *Supernam intentionem Amoris Dei:* *Ad Frat. de monte Dei*

&, ut

c.2. 1.2.q. 14.art.4. &, ut docet Angelicus, *elicientis*, aut *impera*
tentio spectare debet motivum supernum Am
quod aut præcipiat illum actum fieri, aut illius
quamvis, secundùm alios, omne motivum super
ad meritum sufficiat.

Præterea, non sufficit ad meritum, ut finis
S. Bonav. naturalis solùm *objectivè* (ut loquuntur Theol
Tom.2. De requiritur etiam, ut sit talis subjectivè: ut,
7.Itin. sect. non solùm motivum sit supernaturale; sed etiam
2.p.1.f.379 sona operans constituta sit in gratiâ Dei, per q
quodammodò supernaturalis.

Ratio est, quia, ut probant Theologi, ad
ultra gratiam actualem requiritur quoque hab
Rom.8. idque conforme est doctrinæ Apostoli: *Si filij, &*
vult dicere, gloriam deberi Filiis Dei: ergò q
meretur, debet esse filius adoptivus, qualis fit m
gratiâ habituali: & debet operari ut filius, q
media gratia actuali.

Secundò, motivum operandi debet esse effica
nimirùm, sit vera causa movens voluntatem. Un
satis est dicere ore: Domine, hoc sit ad gloriam
& ut Divinam tuam exequar voluntatem, si deinde
pendenter ab illa movearis propter finem aliquem
Matth 7. danum amoris proprij: *Non omnis, qui dicit Do*
Domine, ait Christus, *intrabit in Regnum cœlorum*
qui facit voluntatem Patris mei, (habendo verè
liter Divinam voluntatem pro motivo) *intrabit in*
gnum cœlorum.

Tertiò, debet esse finis solitarius, & finis cujusc
lib.10.conf. alterius inferioris finis: *Minus te amat, Domine* (ita
cap.9. quitur Deum D. Augustinus) *qui tecum aliquid am*
Tibi permissum est; inquit D. Augustinus, ut præter
Dei, habeas quendam alium finem creatum: hic tam
nullatenus debet esse principalis, sed secundarius, fin
subordinatus. Possumus amare Deũ propter recepta
S. Thom. neficia; ast, ut notat S. Thomas, illa debent esse moti
quæ nos magis magisq; accendant in amorem Dei, no
finis *Quia amare Deum, sed non propter Deum, sed prop*
aliquid Dei, tanquàm propter finem, est ordinare Deum
creaturam, quod est peccatum.

Quarto

Quartò, finis ille debet esse in specie, & in particulari. S. Bonav.
non sufficit in genere cunctas offerre actiones mensis aut diei, sed hæ & illæ in particulari offerantur, necesse est, cum intentione, ut dicunt, actuali & præsenti, aut virtuali & præterita, non tamen retractata: & si foret possibile, bonum esset, *singula verba, singulas cogitationes, singulos gressus*, cum particulari actu intentionis actualis offerre Divinæ Majestati ad gloriam ejus, veluti Christus Dominus cuidam sanctæ Personæ consuluit.

Neque satis est ad perfectionem, ait Bernardus, offerre actiones in particulari solum in principio illarum; S. Bern.
sed *satis & semper recta intentio est innovanda*, in principio, in medio, & in fine. Siquidem, ut benè advertit S. Gregorius, hisce tribus temporibus Dæmon nostris bonis operibus nititur surripere meritum: *Bona nostra* S. Greg.
tribus modis, ait ille, *antiquus hostis insequitur: vel in principio intentionem vitiat, vel in itinere supplantat, vel in fine actionis illaqueat.* Quapropter exhortatur nos S. Bonaventura, ut opera nostra non duntaxat faciamus *pro Deo*, sed *ad Deum*, & *in Deum*: vult dicere, ut non solum in principio, sed toto operationis tempore procuremus stare uniti Deo, cognoscendo & amando eum: ne vincamur à diabolo meritum surripiente nostris operibus.

Hæ sunt intentionis conditiones meritò necessariæ: intentio itaque debet esse supernaturalis, solitaria, efficax, & in particulari, ut jam dictum fuit. Modò alias proferemus conditiones, quæ licet non sint ita necessariæ: prosunt tamen meriti augmento, operationumq; nostrarum perfectioni: & sunt tres: multiplicatio motivorum, intensio actuum, & actualis unio meritorum nostrorum cum meritis Christi.

Primum igitur medium conducens ad perfectionem meriti, est exercere varios virtutis actus, ordinando illos ad varia motiva supernaturalia. Exempli causâ, operari ut obediamus Deo, ut serviamus Deo, propter Amorem Dei, ad majorem gloriam Dei, ejusque sanctissimæ Matris, &c. & sunt actus obedientiæ, Humilitatis, Charitatis & Religionis.

S. Au-

S. Augustinus consulit duo motiva in pa
Epist. 297. nempè, Humilitatis & Charitatis: *In omnibus tuis*, dicit ille, *Deo, tanquam bono fonti, da tibi humilitatem.*

S. Pater noster Ignatius duo alia suppeditat, obedientiæ & charitatis, juxta consilium S.
Epist. 1. c. 1. Petri: *Castificantes animas vestras in obedientia tatis*, id est, *ex charitate*: quod est obedire propter rem & gloriam Dei.

Quædam alia Persona sanctitate conspicua, tati Jesu asscripta duos alios frequentabat fines cet, gloriæ cœlestis propriæ, & gloriæ ac laud Unde semper dicebat: *Ad majorem Dei gloriam, vitam æternam.* Etenim iidem actus cognitionis moris, & Gaudij Dei, si considerentur, ut nobis seci, sunt Gloria & Beatitudo nostra; si considerentur ut nobis extrinseci, sunt Gloria Dei. Et, ut Cajetanus, iidem actus *activè* sumpti, qui sunt cere & amare Deum, sunt gloria, & summum Bonum; *passivè* verò sumpti, ut sunt esse cogn amatum Deum, sunt gloria & laus Dei. In præce teria non deest nobis exemplum Christi, qui in sua varia habuit motiva, nempè, obedientiæ, Cha proximi, & gloriæ Patris.

Hoc igitur sit primum medium, multiplicer randi motiva; ut multiplicetur etiam & accresca
S. Greg. tum: Quia ut benè notat S. Gregorius, in hoc cu progressus perfectionis, ut quis crescat in meritis: *fectius conversationis, crescere meritis.*

Secundum medium, ut quis operetur benè, mult que mereatur, est operari intensè: siquidem, dicebat noster S. P. Ignatius, plùs valet unicus intensus, quàm centum remissi. Ad intensionem inde necessarium est, non dividere attentionem, tam applicare servitio & obsequio Dei, putè pro rando ejus gloriam. Et ad hanc attentionem plurim conducit: primò, profunda quædam humilitas, de ciendo teipsum & exeundo extra omne creatum. cundò, fides viva, contemplanda Deum præsentem ac si oculis corporis eundem spectatores. Tertiò

dens quædam charitas, amando Deum ex toto affectu, n dividendo affectum.

Tertium medium est, unire merita nostra cum meri- Christi: horum enim intuitu longè majus prome re- ur præmium, quàm meremur per nostra sola: & ossumus Patri æterno offerre merita Christi tanquam opria, in quantum constituimus unam eandem mora- m personam cum Christo, veluti membra unam com- onam personam naturalem cum capite. Ut de infertur, mnia bona, quibus gaudemus, nos habere à Christo, er Christum, & in Christo, ac dicere posse cum Paulo: *Ex ipso, & per ipsum, & cum ipso sunt omnia.* *Rom.* 11. *ex ipso*, veluti à causa efficiente gratiæ nostræ habi- ualis & actualis: *per ipsum*, veluti à causa meritoria usdem gratiæ: *& cum ipso*, veluti à nostro Capite, cujus meritis conjungimus nostra. Quapropter nfert Apostolus: *Ipsi honor & gloria in sæcula sæcu- lorum*, tanquàm primæ causæ, fonti & origini & totius nostri boni.

Quod idem expendit Sacrum Concilium Triden- num hisce verbis: *Non habet homo, unde glorietur,* *Sess.* 14. c. 8. *sed omnis gloriatio nostra ex Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus di- gnos pœnitentiæ: qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre.*

Concludam hoc caput monito quodam S. Gregorij. Consulit, monetque hic sanctus Doctor nos debere esse monoculos, ita, ut in nostris actionibus dexterum ocu- lum solum teneamus apertum, qui intueatur & contem- pletur Deum; alium verò (ne contuemur creaturas) contineamus occlusum: *Ad solum Deum visus acumen* *Orat.* 8. *in dirigere, in cæteris omnibus cæcum esse.* Quemadmodum *Cant.* currentes in stadio pro præmio (& est exemplum S. Joan. Chrysostomi) *ad unum solum spectant Regem in medio se-* *To.* 5 *com.* *dentem: & ad nutum illius attendentes, totam multitu- obs. novi.* *dinem despiciunt*, plebem non curant, *& tunc solùm animo extollantur*, gaudent & lætantur, *cùm ille eos coronaverit.* Hic est oculus simplex, quem ut habeamus, monemur à Christo: *Simplex, ut opponitur duplicitati*, ut exponit *Matth.* 6. S. Thomas.

CAP. V.

Qua ratione omnis propria voluntas fugienda sit.

S. Bern. Tom. 1. serm 3. de Resur.

OPtimum medium, ut exequamur Dei voluntatem, est spoliare nos propriâ voluntate. *Voluntas*, inquit Bernardus, *est, qua non est communis Deo & hominibus, sed nostra tantum: quæ volumus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem proximi; sed propter nosmetipsos facimus: non ut placere Deo, & prodesse fratribus; sed satisfaciamus motibus animorum.* Non reperitur in rerum monstrum adeò ferox, neque tam crudelis sicut est propria voluntas: *Caveamus ergò ab*

Idem l. cit. & serm. de Sacr. Bap.

voluntate, tanquàm à viperâ pessimâ & nequissimâ & quæ sola damnare potest animas nostras. Hæc est bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & saevissima.

Verùm, quantùm Deo displiceat propria voluntas videamus: *Quo furore Dominum Majestatis non audiant & timeant servi propriæ voluntatis. Proprium ipsam subtrahit ab obsequio Dei. Secundò, dividit ista quæ sunt Dei. Tertiò, quantùm in se est, perimit ipsum Deum, quia vult, eum esse impotentem, imprudentem: quia vellet, Deum peccata aut vindicare posse aut nolle, aut ea nescire.*

Idem l. cit.

Jure meritò igitur omnis propria voluntas à

S Pet Dā. Hom. 9. de Resurr.

odio habenda & fugienda est: utpotè talis, quæ principium iniquitatis, mortis infusio, destructio virtutum. Idque consulit Salvator, cùm ait: *Qui*

Ioan. 12.

animam suam (id est voluntatem suam) in hoc mundo in vitam æternam custodit eam, quandò non amat propria eius, sed communis cum voluntate Dei, & propriam amplius, sed Dei quærit gloriam. Ut optimè

Serm. 3. de Resur.

namque ait S. Bernardus, *dimittentes propriam voluntatem, nihil amittimus, imò & lucramur plurimum*

com-

mutantes illam in melius. Etenim, cùm humanâ nos cumus voluntate, Divinam nobis appropriamus.

Ast qui penitùs cognoscere desiderabit, quanta sit alæ voluntatis perversitas & malitia, consideret, uanta sit Divinæ voluntatis Bonitas: nam ut benè otat Anselmus: *Voluntas propria illa est, quæ est contrà voluntatem Dei.* Igitur si Voluntas Dei est quoddam onum, quod continet omne bonum, summum & in- initum bonum; propria voluntas è contrario erit ma- um aliquod, continens omne malum, summum & in- finitum malum. Semper ergò ob oculos considerationis tuæ statuendi sunt hi duo termini, veluti duo extrema infinitè sibi invicem opposita: *Summum bonum, & summum malum.* Revereri, totoque cordis affectu amare debes Divinam voluntatem; propriam autem fugere & odio habere. *Anselm.*

CAP. VI.

De Consolatione & gaudio, quod percipit Dei executurus voluntatem.

COnsolatio & gaudium in executione Divini beneplaciti, in rebus præsertim ex naturâ suâ nocivis & afflictivis, non excedit & superat duntaxat vim Naturæ; verum etiam à Cancellario Parisiensi vocatur *Miraculum Gratiæ.* Quod naturam a propria consideratione & tristitiâ sublevat, erigitque ad considerationem & gaudium rerum Divinarum. Hic est modus, quo Divinam voluntatem adimplere debemus, non lubenter tantùm, sed etiam lætanter: talis enim est Divinæ voluntatis dulcedo, ut *sit ipsa dulcedo per essentiam*: & ubicunque repetitur, etiam in rebus amaris, confert dulcedinem. Unde optimè dicebat Sanctus quidam: *Voluntas Dei semper est cum gaudio*: esto namque crux & tribulatio ex naturâ suâ minimè dulces sint & appetibiles; conjunctæ tamen cum Divinâ voluntate supra modum efficiuntur delectabiles & desiderabiles; veluti Sancti id experimento suo comprobarunt. *Gers. 2. p. serm. de solem. SS.* *Rusbrochius de virtut. c. 5.*

Si, ut rerum naturalium referunt Scriptores salsa & amara contingens aut pertransiens aliquas vas cereum, propriam deserit amaritudinem, ac efficitur; quantò magis dulcorabuntur tribulationes & tristitiæ nostræ, si pertransierint dulcissimam tatem Dei? ex quo licet inferri: *Fieri non possit aliquis pro gloriâ Dei quidquàm sustineat, quin quod patitur, saporem quendam Divinitatis per Sic lux in tenebris lucet, &c.*

Rusbroch. ubi sup. c. 9.

Verùm pergamus nunc ad modum practicum percipere valeamus hanc consolationem in tribulationibus, ac cum Apostolo dicere possimus: *Repleta consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostrâ.* Respondet Gerson, hanc consolationem quiri duplici consideratione (supponendo doctrinam Theologicam, quod *appetitus inferior movetur appetitu superiori consideratione rationis*) Prima est consideratio paternæ Dei providentiæ omnipotentissimæ sapientissimæ & vigilantissimæ, ut propterea cogitet ac velit mediante omni successu, sive prospero adverso, procurare nostrum bonum. Secunda *apprehensio objecti honesti & convenientis*: contrando, objectum nos mortificans, non tantùm esse rationi conforme, sed etiam utile ad finem æternæ assequendum.

2. Cor. 7.
2. p. serm. de Sol. SS.

Et quamvis hoc gaudium spiritus in tribulationibus frequenter non sit sensibile; semper tamen, ut aiunt Sancti Patres, intelligibile est ex parte intellectus licet non percipiatur ex parte affectus. Quemadmodùm Beatus in cœlo videndo solùm summum bonum esto non gauderet & fruereretur illo, fœlix tamen redderetur: ita anima ex consideratione solâ magni illius boni mortificationis, tametsi alia non subsequeretur consolatio, contenta tamen efficitur; ita asseverat quidam sanctus: *Purum Deo impendere honorem Divinum sapore carere non potest: etsi nihil aliquandò percipiatur sensibiliter non potest tamen illud non sapere, cum ad æternam Dei gloriam fieri cognoscitur.* Unde idem Sanctus hoc suppeditat documentum: *Quidquid nobis evenit*

S. Th. opusc. de sanctis. Sac.

Rusbroch. de virt. c. 9.

ùs per Deum trænsire debet ; ubi saporis condimentum cipiens, totum Divinum efficitur.

Pro praxi igitur faciendi voluntatem Dei, modo jam cto, sufficit amore crucem, & in eâ gaudere amore uodam & gaudio saltem appretiativo, si non affectivo: c hac ratione aliquo modo imitabimur Christum ominum, qui *fuit simul dolens & gaudens* in pathoe suâ. *Dolens*, quo ad partem inferiorem. *Gaudens*, uo ad partem superiorem propter beatam Dei visiem.

CAP. VII.

Quod Voluntas Dei facienda sit in terrâ, uti sancti Angeli eandem exequuntur in cœlo.

AD perfectionem virtutis hujus non sufficit, ut adimpleatur cum lætitiâ & gaudio etiam in rebus voluntas Divina; sed & conveniens est, si sequi velimus Christi consilium, ut ad illam conformitatis eminentiam & perfectionem aspiremus, quam sancti Angeli habent in cœlo.

Duæ à Divo Bernardo distinguuntur species voluntatis in Deo: *Voluntas faciens & voluntas facta. Voluntas faciens creat, & voluntas facta beat* Voluntas faciens creat totum id, quod illi placet: voluntas facta est, quæ beatificat & fœlices reddit eos, qui illam faciunt. Utramque experti fuere sancti Angeli: *Quia Voluntas Domini, qua prius Angelos creavit faciens: eosdem postmodum in eu facta beavit. Et hæc est summa fœlicitas Angelorum; quod voluntas Dei facta sit voluntas eorum.* Hæc est unio Angelorum in cœlo, quo ad voluntatem: & eam homines in terrâ imitari debent. Unde idem S. Bernardus subjungit, *Hoc oremus, ut fiat voluntas Dei sicut in cœlo & in terrâ; ut sicut Angelus, sic & homo adhærens Deo unus cum eo spiritus sit.* Ad hanc igitur perfectionis eminentiam attingendam, anima supponere

debet altissimam quandam mortificationem & [illegible]
S. Greg. abnegationem: *Et fieri extra mundum, extra* [illegible]
S. Bon. *extra spiritum*: primò, *extra & super mundum* [illegible]
rem terræ, *& intra mundum superiorem* cœli: [illegible]
renunciando divitiis, cunctis honoribus vi[illegible]
veris duntaxat contenta divitiis & honoribus fu[illegible]
tæ: corpore habitando in terris, at mente con[illegible]
in cœlis. Secundò *extra & supra carnem fieri* [illegible]
poris, & intra purissimam carnem sanctissimæ [illegible]
tatis Christi: concipiendo nauseam cunctarum [illegible]
tum & commoditatum corporis & sensus: habit[illegible]
corpore Christi, ut vivat de spiritu Christi. [illegible]
fieri extra & supra spiritum creatum, & intra spi[illegible]
creatum: omnem propriæ voluntatis actum [illegible]
questrando, etiam circa bona spiritualia virtut[illegible]
tiæ & gloriæ: & immergendo ac transform[illegible]
totam in solam & puram voluntatem Dei, ita [illegible]
tas non sua, sed Dei sit: non sit differens, sed [illegible]
cum voluntate Dei. In hoc ultimo actu totalis [illegible]
tionis, unionis & transformationis in increatam [illegible]
tatem Dei omnis nostra consistit perfectio, [illegible]
& gloria. Siquidem tunc voluntas nostra, confo[illegible]
1. Cor. 5. ait Apostolus, *unus spiritus est*. Quod, ut ex[illegible]
S. Basil. de SS. Patres idem est dicere: *Vnus Deus est, non per* [illegible]
vera virg. *sed per participationem: accedente quidem homine* [illegible]
S. Bern. de *ticipationem naturæ, veritatis & beatitudinis Dei.*
vita solin. Quod si hujus petieris rationem, respondebit [illegible]
S. Ansel in ricus, quia *denominatio fit à forma, tanquàm à nob*[illegible]
hum. lo. ũ. *& in hac unione* voluntatis nostræ cum voluntate [illegible]
Henr. de *anima se habet ut materia, Deus ut forma, unde* [illegible]
mystica *potest dici Deus: sic ferrum candens & ignitum,* [illegible]
Theol. lib. *vocamus.*
3. c. 24. Alia adhuc inest proprietas conformitati bea[illegible]
D. T. 1. 2. q. Angelicæ cum voluntate Divinâ, quam etiam [illegible]
19. art. 10. possumus. Angelus & Beatus in cœlo, *in omnibus & [illegible]*
Henr. de *gulis rebus particularibus, & in omnibus modis & in* [illegible]
mystica *genere*, adimplent voluntatem Dei: ad quod homo [illegible]
Theol. lib. mè obligatus est, quia in omnibus rebus particula[illegible]
1. c. 10. nescimus (uti noverunt Beati in statu gloriæ) quid De[illegible]
velit à nobis; neque tenemur facere omne bon[illegible]

quod Deus vult; sed bonum, quod Deus à nobis fieri vult, est conformare nos voluntati Dei *in genere causæ efficientis*, aut *formalis*, *non in genere causæ materialis*.

Hanc perfectionem imitari possumus: primò, in omnibus rebus particularibus exhibendo obedientiam nostro superiori aut Confessario, in quantum ipse est executor voluntatis Dei: secundò, sequendo lumen rationis & fidei, in quantum est participatio Divini luminis, æternæque Dei legis.

Præterea nos conformare possumus voluntati Dei *more Angelico* in omnibus causis: primò, in ratione causæ materialis: hoc idem volendo, quod Deus vult: secundò, in ratione causæ efficientis, volendo id, quod Deus vult à nobis: tertiò, in ratione causæ formalis: operando in gratiâ: quartò, in ratione causæ finalis, operando propter ultimum finem gloriæ ejus. Et cum hac operandi perfectione exaudita erit oratio nostra, quem indies recitamus dicendo: *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo ab Angelis: ita in terrâ ab hominibus.*

CAP. VIII.

De actibus virtutum exercendis in praxi Conformitatis cum voluntate Dei.

INter alios paternos Divinæ Providentiæ actus, quos Divina Bonitas populo Hebræo exhibuit in itinere & progressu per desertum ad terram promissionis, singularis extitit exhibitio columnæ nubis & ignis producendi eidem assignatæ die noctuque: *Dominus autem præcedebat eos, ad ostendendam viam in columnâ nubis per diem, & in columnâ ignis per noctem.* Exod. 13.

Figura hæc fuit populi Christiani, qui per desertum mundi hujus conducendus erat non ad terram, sed ad cœlum promissum securissimo ducatu, & fidelissimo Salvoconductu voluntatis Dei, quæ instar columnæ nubis

nos defensura erat ab ardore cujuscunque vitiosi
reni amoris, & columnæ ignis instar cœlest. Divi
ris accensura erat igne.

Num. 10. Ultra ducatum columnæ aderat quoq; Hebræ
Dei: Arca Domini præcedebat eos. Cum hâc tamen
tiâ, ut primarium ageret ducem columna, secun
verò Arca: hæc enim nonnisi ad modum colum
vebatur, ita quidem, ut mediante Arcæ motu
venirent in cognitionem motus columnæ: &
quendo iter monstratum sibi ab Arcâ, prosequ
simul itineris motum, quem faciebat columne
hanc mysticam Arcam nonnisi Sanctissimam Virg
Mariam intelligendam esse affirmabimus: etenim
curissima nostra conductrix est inter summa
hujus pericula, ipsaque mediante cognoscimus
tatem Dei, viresque, ut illam exequi possimus
petramus,

Hæc igitur veri Christiani hominis statuen
perfectio: siquidem Populus Dei, ubicunque d
columnæ & arcæ sequebatur, non à proprio
proprioque movebatur judicio; sed juxta directi
Num. c. 9. 28 & 20. Dei ei exhibitam per columnam & arcam: *Ad*
rium Domini proficiscebantur: & ad imperium illi
bant tabernaculum: ad imperium Domini trig
tentoria, & ad imperium illius deponebant. Qu
verò ex se movebantur, non exspectando prævium
motum, subitò Divinam experiebantur punitio
veluti evenit, quando pugnantes contra Domini vo
tatem cæsi fuerunt ab Amalechitis, quia processe
Num. 14. ad pugnam, dùm *Arca non recessit de Castris.* Ad e
dem modum quilibet Christianus *ad imperium Do*
cuncta sua negotia incipere, & *ad imperium Do*
eadem terminare & intermittere debet: semper o
culos considerationis habendo columnam volun
Divinæ, uti & Arcam devotionis, & amorem B. Virgi
Insuper nobis cavere debemus, ne in pœnam pecca
rum nostrorum tantâ privemur gratiâ & lumine: v
luti evenit Hebræis, qui, ubi in aliquem incideb
Num. c. 2. defectum & peccatum, *nubes recedebat, quæ erat*
tabernaculo.

Sup

Suppositâ igitur hac veritate, quod, nimirùm, in qua-
et nostra actione & occasione, quæcunque sese, sive
agendum, sive ad patiendum obtulerit, sequi debea-
Hebræus ductum Dei ac Divini luminis: necesse est, actio
terna cum tetur internam: ac nostrum sequamur Du-
, secundem non corporis motu duntaxat; sed multò magis
motu animæ, pluribus nempe, virtutum actibus: hisce
nim mediantibus operatio nostra conformatur primæ
: & summæ regulæ Voluntatis Divinæ.

In principio ergò actionum & mortificationum hos
licies actus.

Primum fidei, credendo firmiter Deum velle, ut hoc
gas, aut patiaris: dùm hanc suam voluntatem nobis
manifestat per viam præcepti, aut consilij, aut obedien-
tiæ, vel inspirationis internæ, &c.

Secundum humilitatis: considerando indignum
te esse, ut hoc, quod Deus vult, agas aut pa-
tiaris: faciendo in hoc voluntatem Dei, imitando
Christum, & lucrando præmium gratiæ & glo-
riæ.

Tertium diffidentiæ; de teipso prorsùs diffidendo,
& de tuis viribus.

Quartum fiduciæ: planè confidendo in Deo, & in
sanctissimâ ejus Matre, tuâ, utpotè, singulari Protectrice
& ductrice per omnes peregrinationis vias.

Quintum & ultimum oblationis: offerendo actio-
nem tuam, aut passionem simul cum meritis Christi,
purè propter amorem Dei, & ad majorem gloriam Dei,
ejusque sanctissimæ Matris.

In iisdem actionibus duos alios elicies actus.

Primum considerationis, considerando, videlicet,
quali, quantâque perfectione Christus existens in terrâ
talem exercuerit actum.

Secundum imitationis, impendendo omnem curam
& laborem, ut Christum imiteris.

In fine istarum actionum duos pariter exercebis
actus.

Primum gratiarum actionis, gratias agendo Domino
pro bonâ istius operis executione.

Secundum petitionis, humiliter rogando ver… perfectionum à te commissarum in opere isto.

Et quandocunque non adesset sufficiens te… spatium exercendi omnes actus jam enumera… erit in principio actionum duos solos elicere… num fidei, charitatis alterum, dicendo: Chri… hoc, & purè propter amorem Christi illud exequ… cognoscendo Christum, tanquàm primum pr… & ultimum finem tuarum actionum.

Ex hoc sancto exercitio (ad quod multum etia… duceret applicatio particularis examinis) m… derivatur utilitas.

Prima, continua præsentia Dei.

Secunda, ut benè perfecteque omnia exequa… perficias.

Tertia, continuum meritum.

Quarta, ut quibuscunque casibus occurrentib… bilis & constans permaneas, nec minimum turbet… leg tur de Beata Catharina Genuensi, quæ tal… stabilita erat in conformitate cum Divina volu… ut quocunque casu occurrente nonnisi id, quod… liter habebat, voluerit & desiderarit: hoc enim… Dei voluntatem, cui in omni occasione desidera… conformare, à se adimpleri judicabat.

In ejus vitâ.

Quinta utilitas est continuum gaudium spiri… quale habent Beati in cœlis, qui non tàm de… gloria, quàm quod cum eâdem fiat voluntas Dei… tantur & gaudent.

Pro clausula dictorum in hac praxi consider… anima mea, id, quod summoperè notat S. Augusti… *Omnis creatura*, inquit, *velit, nolit, uni Deo & Do… suo subjecta est.* Nulla in totâ rerum universitat… peritur creatura, quæ possit subterfugere exec… nem Divinæ voluntatis: velit, nolit, necessi… se submittat voluntati Dei; ast cum hac differe… subjungit idem sanctus: *Justus, ut filius ex bo… voluntate: peccator, ut servus ex necessitate.* T… ut docet S. Thomas, *Justus subjicitur ex parte ob… nis*, quia facit id, quod est conforme Voluntati D…

De agone Christiani.

1.2. q. 93. art. 6. 1. p. q. 22.

ecatur, *ex parte passionis*, quia patitur id, quod proerectar secundum legem justitiæ Divinæ. Et S. Anselus appositam hujus profert similitudinem de cœlo: *Licet non potest quis fugere à cœlo, nisi appropinquando cœlo, scilicet, in parte oppositâ: sic qui fugit à voluntate Dei jubente, incurrit in voluntatem punientem, per voluntatem permittentem.*

Cùm igitur subterfugere nequeas, quo minùs facias voluntatem Dei, procura eandem exequi omni meliori modo, quo potes; non coactè instar servi, sed libenter & prompte instar filij. *Universa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem malum.* Prov. 16. Omnia creavit Deus, etiam peccatores propter gloriam tuam: ast principaliter ad ostendendam Divinam suam justitiam. Tu tamen conaberis Divinam exaltare misericordiam, dicendo cum Propheta: *Misericordias Domini in æternum cantabo.* Psal. 88.

Hic debet esse scopus tuarum cogitationum, desideriorum tuorum finis, terminus orationum & petitionum tuarum: *Domine, doce me facere voluntatem tuam,* Psal. 142. quam exequar. *Quæ sit voluntas tua, Domine, bene placens & perfecta.* Rom. 12. Non qualicunque modo, & in quacunque re contentus sum tuam exequi voluntatem; sed in eare & modo, qui ad summam & infinitam tuam vergit gloriam, eandem facere desidero & volo. Quia *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:* Spiritus enim tuæ sanctissimæ voluntatis conducet me, uti spero, in infinitam misericordiam tuam, in terram rectitudinis, *ubi nulla est obliquitas peccatorum*, quæ est terra viventium, sancta paradisi patria. Hæc fuit continua Sanctorum oratio: *Hic est optimus orandi modus: Da mihi, Domine Deus, quidquid volueris, & fac mecum in omnibus secundum gratissimam voluntatem tuam*, tametsi meæ displiceat ac repugnet voluntati. In hoc orandi modo revivisebat, perficiebatque se Spiritus S. Francisci Xaverij: *Da mihi, Domine,* ajebat, *Sanctissimæ voluntatis tuæ & planè agnoscendæ, & omninò exequendæ facultatem. Amen.* Psal. 142. Bellarm. Rusbroch. de virt. c. 3. In ejus vita.

Divi-

Divinam deprecare voluntatem, ut veluti sum-
ctitas sanctificet corpus & animam tuam: tanq
ma regula dirigat cursum tuum: ac sicuti in
æterna gloria te efficiat beatum cum executio
voluntatis in terris, & beatiorem cum visione
cœlis.

O voluntas altissimi sanctissima, potentissima
cacissima, exspolia nos voluntate nostrâ, & tu
due.

O beata unio, O fœlix transformatio, O me
phosis Divina, O mutatio dexteræ Excelsi! mu
luntatem tuam cum voluntate Dei: velle & no
cum tuâ, velle cum Divinâ: vivere & non
cum tua, vivere cum Divinâ: operari & non
cum tuâ, operari cum voluntate Divinâ: muta
tem cum vita, peccatum cum gratia, pœnam cum
summum malum cum summo & infinito
Fiat, O Domine, hæc transmutatio cor
veluti dignatus es facere in dilecta tua fame
tharina Senensi. Accipe cor nostrum, da
tuum, nostras annihila voluntates, & tuam no
funde.

S. Greg. 28. mor. à quo S. Bonav. de 7. itin. sect 2. fol. 379.

Vt fiat cor nostrum immaculatum, purificatum
catum: ut nihil temporale in iis, quæ agit,
sed totum se in soliditate æternitatis figat, quia
in æternis stabilitur. Cor nostrum non sit ampl
strum, sed tuum: ac veluti tuum custodi, reg
dirige illud ad finem suum æternæ beatitudinis,
ipse es: & tibi sit gloria, tibi honor: tibi, &
vivat cum sanctissima Matre tua: *donando intentio*
quæ ducit ad tentionem nostri ultimi finis,
& summi boni: *Tenui, nec*
dimittam.

Hugo. Bonav. Cant. 3.

EXER

EXERCITIUM QUARTUM

De Divina Sapientiâ.

DUplex est *modus ascendendi in Deum*, docet S Bonaventura, *Scholasticus per discursum, Mysticus per amoris ardorem.* Etenim duæ sunt animæ operationes, in quantùm est ad Deum: cognoscere & amare. *Et quod est ad imaginem*, inquit S. Bernardus, *secundum imaginem debet operari, ne in vacuum nomen imaginis recipat*, ast inter se differentes sunt hæ operationes: prima enim tanquam medium ordinatur ad secundam: secunda verò veluti finis est complementum perfectionis primæ. Prima, quæ est intellectus operatio, attingit Deum, at manet extra illum: Secunda, quæ est voluntatis operatio, non solùm attingit Deum, sed subintrat, seque transformat in Deum. Quapropter hæc per antonomasiam appellatur Sapientia Divina, Sapientia cœlestis, quæ multis parasangis superat & excedit omnem aliam sapientiam. De ista, Divina favente gratia, discutiemus in præsenti praxi & exercitio: & primò de natura & perfectione ejus: deinde de modo acquirendi illam.

Tom. 2. de myst. Theolog.

S. Bern.

CAP.

Caput I.

De Naturâ Divinæ Sapientiæ.

VAtiis titulis, nominibus & encomiis, vari[illegible] scriptionibus, exponunt Sacri Doctores [illegible] perfectionem Divinæ Sapientiæ.

S. Dionys. de myst. Theolog. Primò, appellatur *Mystica Theologia*, quod [illegible] digitat, quod *occultus sermo de Deo.*

Secundò, vocatur *Sapientia Anagogica*, [illegible] *actio*, quia *ex aspiratio cordis in Deum.*

S. Bonav. tom. 2. de myst. Theol. fol. 445. Tertiò, *Docta Ignorantia, & per incognitio[illegible] gnoscens*, quia juxta magni Dionysii doct[illegible] *Magis cognoscit per viam negationis, quàm [illegible] affirmationis. Et affirmationes incompacta [illegible] id est, impropria.* Quia, ut optimè explicat [illegible] sianus: *Non est Deus, ut à nobis scitur, sed [illegible] ditur:* siquidem, quod à nobis cognoscitur, [illegible] est, & repugnat Deo; at, quod creditur, infini[illegible] eique convenit.

S. Dionys. de Div. nõ. c. 7.

Carthus.

De Divi. nom. c. 7. Quartò, dicitur etiam *Sapientia irrationalis, [illegible] & stulta*: non quia verè stultitia & amentia [illegible] quia superat omnem humanam rationem, & ab [illegible] ctivis discursibus remota est.

Carthus. a. 9 Quintò, vocatur *Immersio in Divinam cali[illegible] sive ardentissima Divinæ caliginis intuitio.* [illegible] quamvis Deus respectu suiipsius *lucem inhabitat [illegible] cessibilem*; nihilominùs propter suam invisibilitat[illegible] incomprehensibilitatem respectu nostri, *Domina[illegible] ut habitaret in caligine*: ac propterea Divina [illegible] & essentia, pro ut à nobis invisibilis & incompreh[illegible] bilis est, appellatur caligo, tenebræ & nubes. [illegible] Deo dicitur: *Deus absconditus, & posuit tenebra[illegible] bulum suum. Quia abscondit se, velut in latibulo, [illegible] visibilitate, & incomprehensibilitate sua*, ut [illegible] Bellarminus.

1. Tim. 6.

3 Reg 8.

Isai. 45.

Bellarm.

Sextò, hæc cœlestis Sapientia nominatur *Amor extaticus, per extratendentiam aspirativam in Deum: sequestrativus ab omni adulterino affectu, propter Sponsi affectum unicum: soporativus, per quietem omnium potentiarum: sursùm activus, per anagogias cœlestium desideriorum: interemptivus, per jugulationem carnalium impedimentorum.* S. Bonav. ro. 1. lumin. Eccl. serm. 2. in fine.

Septimò, dicitur quoque *Experimentalis de Deo notitia.* Quia, ut benè advertit Hugo, *non facit perfectum cognitio virtutis, nisi & habitus virtutis in experientia subsequatur.* Et hæc experientia conquiritur interni animæ sensibus, qui aperiuntur, quando externi clauduntur: *Si exterior vagatio sensus clauditur,* docet Gregorius, *interior sensus aperitur,* & Hugo: *Cùm à dulcedine exteriori abstrahitur anima, interiorem degustat.* S. Bonav. de myst. Theol. c. 6. Hugo de cœlest. Hierarch. S. Greg. l. 3. Hugo li. de arcâ.

Octavò, Mystica Theologia à Gersone appellata fuit, *Amorosa unio mentis cum Deo, & perfecta in Deum transformatio, non per conversionem secundùm substantiam in Divinas ideas, sed per conversionem secundum accidentia: ut ferrum candens, aër illuminatus, & materia forma informata.* Ratio hujus mutationis est, quia sicut calor, ita amor habet virtutem uniendi inter se similia, & separandi dissimilia: *Congregat homogenea, & heterogenea disgregat.* Anima igitur, quæ est spiritus similis Deo, vi amoris separabitur à sensualitatibus, utpotè, ei dissimilibus, unieturque Deo, cui similis existit. Gerson de myst. Theolog.

Nonò denique, secundùm S. Bonaventuram, *est Mystica Theologia expressissima Divinorum actuum imitatio. Quia intuendo & amando afficitur circa Deum, & est cœlestium mentium æmulatio.* Sed cum hac differentia, quod Beati *de præsentia cum gaudio,* & sine intermissione contemplentur Deum: homo in terra cum solo desiderio & afflictione, *quia ex spiritus extensione fit quædam corporis enervatio*: tametsi ex altera parte se consoletur: nam *directè, & sine obliquitate creaturarũ (ut lapis ad centrum) tendit ad Deum.* Et est actio non continua; sed interrupta cum continua elevatione & depressione: *ascendit & descendit: surgit & cadit.* S. Bonav. de myst. Theol. c. 3. p. 2.

Ex

Ex dictis colligitur, quænam sit natura & ex-
cœlestis hujus scientiæ & Divinæ Sapientiæ. E
quædam non cognoscitiva, sed affectiva, ex-
De myst. Theol. consid. 3, p. 3. talis & transformativa in Deum. Dicitur
cognoscitiva: vel quia est sine cognitione
ut docet Bonaventura cum aliis: vel quia
hensione sine discursu contenta est: vel qui
Gerson, non habet advertentiam & reflectione
tionis: quemadmodum, inquit ille, infa
sugens ubera, totus intentus est, quomodò
neque de ullo alio cogitat. Est notitia *affectiva*
S. Bonav. p. ult. superat omnem cognitionem: *Divina fulgor illustrata, pra admiratione Divina Majestatis à seipsa tota per amoris desiderium in Deitatem sorbetur.* Est notitia *experimentalis*. *Aliud*
Bonav. Bonaventura, *scire naturam mellis; aliud*
experiri dulcedinem mellis. Ad eundem mo
est percipere per cognitionem, qualis sit natura
Bonitatis; aliud verò gustare & experiri per
ejus dulcedinem. Demum est *transformativa*
amor est assimilativus & imitativus rei amatæ.
ferrum ignitum & candens, inquit Gerson, re
naturam ferri, recipit appropriatque sibi ignis
tatem; ita anima suam retinendo naturam, fa
pacitatem suam vestit se conditionibus & perfec
Dei.

Unde accidit, reliquas humanas scientias long
comparatione exced à cœlesti Sapientia: *Hac Sa*
De myst. Theolo. asserit S. Bonaventura, *quantùm distat ortus ab*
cateras scientias antecellit.

Ac primò antecellit eas in origine; quia
Eccles. 24. *tanquàm à Magistro Sapientia, qua ex ore Altissimi*
diit, & docetur in orationis schola.

Gerson p. 3. de Myst. Theol. Secundò, in effectu: quia satiat animam: *Per*
inquit Gerson, *anima satiatur quietatur, stabi*
ut materia in formâ, lapis in centro, & qualibet res
fine. Nam ex tribus animæ potentiis, concupi
iracibili; & rationali, prima quietatur in Bon
Spiritus sancti, secunda in potentia Patris, terti
S. Bonav. veritate Filij. S. Bonaventura hoc idem alia qu
cap

ponit differentia : Sapientia humana *nunquàm dicit ficit* : Divina Sapientia *dicit sufficit* : *quia invenit tum, qui est causa omnium* : *& in ipso, qui est as omnibonitatis & rectitudinis, immediatissimè con- teseit.*

Insuper, sapientia humana modicum lumen multis men tenebris falsitatis ac ignorantiæ permixtum supditat intellectui ; at Sapientia Divina verâ puràque e illuminat intellectum, inflammat affectum, rectiat nostram intentionem, ordinat passiones, ac veram obistribuit possessionem dominiumque in omnes crearas. *Quia, cùm non quærat ab illis nec honorem, nec* S. Bonav. *electationem: non illis subjicitur ; sed dominatur.* Veluti de vit. uni, contrà Principes mundi quærentes à creaturis hoc. 5. p. 2. ores & voluptates non sunt domini, sed servi. Et hoc afficiat pro theoricâ cœlestis Sapientiæ, ad praxin jam ccedamus.

CAP. II.

De modo assequendi Divinam Sapientiam.

PRimò igitur necessarium est, ut Divinæ cupidus Sapientiæ eandem postulet à Domino Deo media fervente & continua oratione : *Optavi, & datus est mihi* Sap. 7. *sensus : invocavi, & venit in me spiritus Sapientiæ.* Quapropter Divinus Areopagita mysticam suam S. Dionys. Theologiam exorditur ab oratione dicendo : *Super-* Carthus. *lucentem fieri oramus caliginem (id est ingredi) & per invisibilitatem & ignorantiam Deum intueri. Id est,* veluti ipsemet declarat, *per omnium remotionem : sicut artifex nihil ponit, sed sola ablatione occultam manifestat formam.*

Secundò necessaria est, inquit Gerson, humilitas De myst. profundissima, non superbiendo aut extollendo se pro Theol. pter hoc donum ; sed potiùs se humiliando & vilipendendo.

I de SS. p. 2. fol. 197. Tertiò consulit Carthusianus, ut Divinam dò Sapientiam inferat sibi nonnullam violentiam *tibi violentiam salutarem*, resistendo cunctis motibus verò gratiæ promovendo, *per continu Deum aspirationem, per assiduam Passionis Chri dationem, imitationem, & zelum animarum.*

Quartò, Divinus Areopagita instructus d D. Pauli Magistri sui, quam ille triduano suo ac du ante raptu hauserat in tertio cœlo, scriben pulo suo Timotheo tradit simul eidem prax Sapientiæ hisce verbis: *Tu autem, ò amice corroborato itinere, scilicet, contemplation dem ad supereſſentialem Divinarum tenebrar dium, omnia deserens, & ab omnibus absolutus,*

De myst. Theol c.1.

De 7. itin 5 d.17.6. Unde S. Bonaventura colligit *tres gradus Primus, relinquere omnia sensibilia. Secundus quere omnia intelligibilia. Tertius, ingredi naturales tenebras & Divinam caliginem.* N invisibilis & incomprehensibilis Dei. Proba doctrinam Divinus Theologus exemplo *Primùm jubetur ab omnibus segregari, deind nem ignorantiæ intrare.* Et Carthusianus ra reddit, cur hæc abstractio & separatio ab omni

De myst. Theol. a.1. bus creatis sit necessaria: quia, nimirùm, *mens nostra actualiter, limpidè, ac perfectè uni cissimo Deo esse intenta, nisi ab aliis abstracta. & vis unita fortior est, quàm dispersa: & ad perfectam cum Deo requiritur simplificatio ma* Unio animæ cum Deo debet esse totalis & puri Ergò non admittit aliam unionem & affectum creaturis.

Carthus l. de SS. serm. 7 fol. 68. Et ut descendamus ad particularia, advertend est, uti etiam idem Author docet, duobus mo quem pram pervenire posse ad perfectionem Theolo mysticæ. Primò, *per propriam dispositionem. Secun sine proprio conatu, sed ex solâ Dei misericordiâ,* qua

S Bern. (ut ait S. Bernardus) *non ascensoriis gradibus, sed pinatis excessibus evehat ad contemplandum Deum nima.*

Loquendo de primo modo, *per propriam dispositionem*. Primò, *abstrahitur anima ab omnibus creaturis*. Secundò, *elevatur ad contemplandum Deum, donec ex mentis Divino accendatur amore*. Omnem verò humanam dispositionem præcedit Divina gratia excitans, & præveniens, quâ movetur anima, ut se à creaturis separet, eleveteq; ad Deum. Unde per S. Thomam tres assignantur actus in hac animæ elevatione: *aspiratio, elevatio, & revelatio*, sicuti legitur in Ezechiele: *Ingressus est in me spiritus (& hæc inspiratio) & statuit me supra pedes meos (hæc elevatio) audivi loquentem ad me (hæc est revelatio)* Divinorum mysteriorum. 2.2. q. 171. a. 1. Ezech. 2.

Verum, si loquamur de ultimâ & immediatâ dispositione; hæc, ait S. Bonaventura, est *per modos anagogicos*, aspirando & amando Deum, quibus anima accenditur Divini amoris igne. De vit. mn. c. 1. p. 1.

Hæc igitur prima dispositio est ad assequendam Divinam Sapientiam, ut, nimirum, omni tempore, in omni occasione & occupatione, quantum fieri potest, recolligamur in Deo, eiq; eum illis per præfatos actus, dicendo cum S. Bonaventurâ: *O Domine, quando te diligã, quando te constringam? Et hoc* (subjungit idem Sanctus) *frequentare; citiùs te sentes experimentaliter infundi animæ, quàm si de secretissimis cœlestium, & æternæ generationis vel processionis milites cogitares.* De myst. Theol. in fine.

Hic est modus acquirendi Divinam Sapientiam. Unde evidenter colligitur error eorum, qui totis scientiis acquirendis dediti, ne minimùm solliciti sunt, nihilque cogitant de Divina Sapientia. Scientia est propter Sapientiam, tanquam medium propter finem: ne eorum adscribamur numero, qui sunt *semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes*. 2. Tim 3.

Cognitio est propter amorem. Scientia ordinanda est ad dilectionem; & quotescunque Sapientia resider in intellectu, recipit suam perfectionem, & complementum pariter in voluntate: *Scientia namque nuda, ita* asserit Gerson, *sine dilectione & affectu subsequente arida est, inquieta, curiosa, ingrata, infirma, & longè ab illa pace, quæ ex superna emanat sapientia.* De Myst. Theol. cons. 1. l. 10. 5.

Idque ostendit exemplo sensuum exteriorum. Ita quis existat cœcus & surdus, dummodò cæteros habuerit liberos ac benè dispositos, nempe gustum, tactum & odoratum, perfectè gustare, varijsque sese cibare & saturare poterit; at si hisce orbatus patum aut nihil, quò suæ satisfaciat fami, ei prod alij sensus visus & auditus.

Idem prorsùs contingit internis sensibus intel & voluntatis; primo respondent sensus visus & au secundo correspondent alij sensus odoratus, gu tactus; ac propterea, quantumcunque aliquis lito mè doctus & exercitatus in speculatione intellec tamen illi desit affectus, semper erit aridus & fame ubi à contrario is, qui amorosum geret voluntat ctum in Deum, esto omnis sit expers scientiæ, pe fœlix ac contentus erit: *Non enim abundantia sa*

S. Ignat. Exerc. An not. 2. solebat dicere N. S. Pater; *sed sensus & gustus interior, desiderium animæ explere solet.* Unde fundamento docebat S. Bonaventura: quantùm p scientiam amatur Deus, tantundm & non plurim

Chron. p.1. lib. 7. c.14. manda est scientia. Quâ doctrina permotus B. P dius, & spiritu raptus verius Assisium magno cum re dicebat: Seniculaidiota, ama Deum, quantùm ventura, & eris litterata, quantùm Bonaventura.

De myst. Theol. a.11. Causam inquirit Dionysius Carthusianus: quare tot tantisque Christianitatis Universitatibus, inter studiosorum & litteratorum millia *solus Thomas A quino canonizatus est, & paucissimi alij?* Eerationem assignat, quia cognitioni adjunxit dilectionem: & ipsum erat, quod D. Augustinus petierat à Deo Deo, cùm dicebat: *Sentiam, Domine, per affectum*

Fern. in genes. *quod sentio per intellectum.* Eadem sit nostra ora & operatio, idem sit nostrum desiderium & suspiri *Sentiam per affectum, quod sentio per intellectum.* N oportet, sis contentus scientia speculativa; sed progr diaris ad experimentalem Divinæ Sapientiæ: ista *hac non est ad salutem, sed ad damnationem.* Quemad modum docemur exemplo Aristotelis, qui post tem cuidam discipulorum suorum apparens, dix Ex omnibus, quorum habui notitiam & scientiam, hujus solius recordor: *quod in æternum puniat.*

Ex hac veritate benè penetrata consequitur quædam alia non minùs necessaria, nempè de modo & praxi studij à Religiosis adhibenda. Siquidem vita Religiosi, veluti docet Angelicus, *tota est Divinis obsequiis mancipata,* tanquàm perfectum aliquod holocaustum. Quocircà ordinare debet totum scientiarum studium ad studium amoris Dei, & attendere, uti docet Apostolus, *ad agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est, in spem vitæ æternæ*; ad scientiam & cultum Dei: nec non unire scientiam amori, eo modo, quo faciunt Beati in cœlis: ad similitudinem verbi æterni, quod procedit à Patre, non tanquàm verbum solum, sed tãquàm *Verbum spirans Amorẽ.* Patiratione, scientia nostra nõ debet esse sola scientia, sed scientia spirans charitatẽ & amorem: semper reducendo (quantùm fieri potest) cognitionem ad effectum: ponderando illud dictum Apostoli, quod non quævis scientia; *sed quæ est secundum pietatem, & in spem vitæ æternæ*: non sola scientia, sed scientia combinata charitati prodest ad vitam æternam.

D. Thom.

Ad Tit. c. 1.

ubi sup.

Quapropter in exercitio studij, veluti optimè advertit noster P. Suarez secutus consilium S. Augustini: *non debet animus ita absorberi, ut eodem tempore ad Deum non recurrat: nunc renovando intentionem, nunc petendo auxilium, nunc gratias agendo de veritatis intelligentia.*

Suarez de Relig. to. 4. ex S. Aug. tom. 7 de grat. & lib. arb. c. 1.

Studium Religiosi debet esse totum sacrum & Divinum, & Deus semper debet esse præsens ante studium, in studio & post studiũ: ante studium, purè illud dirigendo ad gloriam & amorem Dei: in studio, speculationibus immiscendo varios affectus, precesq; jaculatorias amorem Dei spirantes: post studium, instar petræ seu lapidis cujusdam vi alicubi retenti, qui sublato impedimento præceps ruit ad centrum; ita præterlapsa studij obedientiâ Religiosus subitò ad Deum suum recurrat, necesse est, *per anagogicas elevationes*, aspirando ad Deum, vivendo cum Deo, & de Deo. Hic est verus modus studendi veris Religiosis proprius hæc est scientia sanctorum, hæc est Sapientia, quam cum Divina gratia àcquirere debemus in terris, ut eâ deinde in æternum gaudere valeamus in cœlis.

EXERCITIU[M] QUINTUM.

De Methodo vivendi ac moriendi in Martyris JESU Christi.

Guil. Paris. de lege. cap. 28 fol 97.

DUo Martyrij genera distinguunt sacri D[...]res; unum cruentum, seu sanguinis; [...]tum alterum, seu sine sanguine; unum [...] alterum patientiæ: *unũ est passio consum[...] ultra quam nulla*: alterum *passio inchoata, ultra[...] alia.* In utroque offerendus est Dei famulus, tan[...] hostia grata Domino, in odorem suavitatis: [...] deficit martyrium, supplendum est per martyr[...]tientiæ, quod, *etsi excedatur intentione; excedit [...] diuturnitate.* Etenim non tantùm *occasu*, asserit S. A[...]stinus, *sed etiam contemptu carnis ad palmam m[...] possumus pervenire. Non solo eventu* confirmat Ch[...]stomus, *sed etiam proposito.* Non solùm *perdendo* [...] subjungit Bernardus, *sed etiam affligendo carnem.*

S. Th. add. q. 96. a. 6. ad 5.

S. Aug. ser. 46. de SS.

S. Chrysost. in Ps. 91.

S. Bern. ser. in Cant.

Cyp. exhort. ad martij.

In utroque Martyrio præmium suum consequ[...] Christi martyr: *Sed in persecutione militia, in pa[...] scientia coronatur.* Itaque hi debent esse fines [...]riorum nostrorum, termini nostræ spei, & gaudi[...] nostrorum materia: magnificare & glorificare [...] nostrum in vitâ & in morte: imitari Redemptorem [...]strum: amplexari Crucem Christi cum sanguine, [...] sanguine: vivere & mori instar Martyris æternæ ver[...] in martyrio cruento & incruento. De utroque hoc [...]tyriorum genere tractabitur in præsenti exercitio: primò quidem de martyrio mortis, & quantùm ad [...] excellentiam, & quantùm ad dispositionem & mo[...] subeundi illud.

CA[...]

Caput I.

De excellentiâ Martyrij mortis & sanguinis.

RExcellentissima est, in Sacrâ Scripturâ fundata, Divino Oraculo approbata, nec non SS. Patrum authoritate & doctrinâ probata & confirmata, summam omnium gratiarum, quas in hac vitâ anima quædam ab infinitâ Dei liberalitate recipere possit, esse gratiam Martyrij, quo quis profundit vitam & sanguinem pro Christo: *Nihil pretiosius*, inquit D. Augustinus, *quam mori pro Christo* Gratia hæc excedit gratias Apostolorum Doctorum & Evangelistarum, ait D. Chrysostomus: *Illustrius est pati pro Christo, quàm sivè Apostolum, sivè Doctorem, sivè Evangelistam esse.* Non est inferior hæc dignitas & excellentia ipsa Beatorum in cœlis gloriâ, resumit idem Augustinus. undè dilatio gloriæ *in Enoch & Eliâ compensabitur tolerando Martyrium.* S. Aug.

Imò præcellit & superat illam ex mente & opinione D. Chrysostomi: *Potiùs mihi habet, malè affici pro Christo; quàm honorari à Christo. Non est ideò bonum pro Christo ligari, quod indè Regnum cœlorum acquiritur; sed ideò bonum, quod pro Christo fit. Non ideò beata prædico vincula, quod in cœlum destinant ligatum; sed quod pro cœli Domino feruntur.* S. Chrysost.

Ratio est, quia, ut docet Angelicus, *est actus maximæ perfectionis: quia maximæ charitatis (secundum illud Ioannis: Majorem dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis) quia pro Christo contemnit propriam vitam, quam maximè amat; eligit mortem, quam maximè odit,* Et quamvis charitas unius Confessoris dici possit major charitate unius Martyris: id intelligendum est juxta eundem S. Doctorem, *ex parte actus, non ex parte operis*: majus enim opus esse nequit, quàm propriam dare vitam pro Christo. Hoc est fundamentum, cui innititur 2.2 q.1.a.3. Ioan. 15 S Tho. ubi sup.

admirabile illud Martyrij privilegium, quod *operato* remittat totam culpam & pœnam, ve[illegible] smus: Siquidem talis est nobilitas & dignitas ist[illegible] quo quis profundit vitam & sanguinem pro Chr[illegible] in virtute illius præter omne meritum persona[illegible] tis (tametsi etiam sit constituta in statu peccati, tamen non habet affectum ad illud) *in ipso actu* [illegible] *in ipsa morte in fieri, non in facto esse*, uti loquuntur [illegible] logi, Deus ipsi conferat gratiam, charitatem ac re[illegible] nem totius pœnæ æternæ & temporalis.

S.Th. in 4. c.4 q 3. ar. 3. to. 3. c. 6.

Ratio hujus privilegij est promissio Christi, S. Augustinus: *Qui dixit: Nisi quis renatus fu[illegible] aqua & Spiritu sancto, non intrabit in Regnum* [illegible] *dixit etiam: Qui confitetur me coram hominibus* [illegible] *tebor ego eum coram Patre meo, & coram Angelis* [illegible] declarabo eum hæredem gloriæ meæ. Nam [illegible] smus habet hanc virtutem, quia est repræsentati[illegible] dam Passionis & Mortis Christi; multò magis [illegible] lam habebit Martyrium: cùm repræsentatio B[illegible] sit mystica & sacramentalis: repræsentatio verò M[illegible] sit realis.

S. Aug. de civ. 7.

Ultra hoc alia adsunt privilegia & prærogativa[illegible] prehensæ in gratia Martyrij.

S Tho. 2.2. 124. a. 4.

Prima prærogativa ex donum vivæ cujusdam [illegible] *per quam nobis visibilia pro invisibilibus conten*[illegible] *proponuntur, ut dicitur Hebr.* 11.

Ibidem.

Secunda est donum fortitudinis *qua firmatur* [illegible] *Martyris in bono justitiæ contra pericula mortis.*

Tertia prærogativa est donum charitatis: quia [illegible] Martyrij licet sit *elicitivè à fortitudine, imperativè* [illegible] *charitate.* Unde semper Martyrium est cum chari[illegible] vel antecedente, vel consequente, *aut est ex chari*[illegible] *aut ad charitatem.*

S.T 2.2. q 24. art 2. 3. p. q. 67. art. 12.

Quarta prærogativa est donum perfectionis. Et [illegible] mediante illo actu, quo quis acceptat & patitur mo[illegible] pro Christo; qualiscunque sit etiam peccator & imp[illegible] fectus, subitò, ut docet S Augustinus, *evadit perfectu*[illegible]

Quinta prærogativa est æquivalentia cum Bapti[illegible] eundem enim habet effectum *ex opere operato*, uti [illegible] dictum fuit.

Se[illegible]

Sexta est supereminentia ad alias Baptismi species: si-
quidem juxta doctrinam S. Thomæ virtus causæ instru-
mentalis & principalis Passionis Christi, & Spiritus
Sancti plus manifestatur & relucet *in Baptismo sanguinis*,
quàm *in Baptismo fluminis & flaminis*. Passio Christi
demonstratur in Baptismo aquæ *per figurationem*: in
Baptismo contritionis *per affectionem*: in Baptismo san-
guinis *per imitationem*. Similiter virtus Spiritus sancti
operatur in Baptismo aquæ *per virtutem quandam laten-*
tem: in Baptismo contritionis *per cordis commotionem*:
in Baptismo sanguinis *per potissimum actum dilectionis*.
Præterea, secundum Damascenum, superat alios Bapti- *Damasc.*
smos, quia solus Baptismus martyrij seu sanguinis *secun-* *de fide.*
dis maculis non inquinatur.

Septima prærogativa est donum & præmium Aureo- *S. Tho. ad-*
læ, quæ est aliquid superadditum Aureæ. Aurea, quæ est *dit. p. 1. q.*
præmium essentiale, *est gaudium de Deo*: Aureola, quæ *98. &c. 6.*
est præmium accidentale, *est gaudium de opere, quod*
habet natura excellentis victoriæ.

Aureola Martyris nobilior est aureola Virginum &
Doctorum: *quatenùs est ex majori pugnâ & nobiliori vi-*
ctoriâ Et sicut Aurea principaliter est in anima, *& per*
redundantiam in corpore; ita Aureola in anima *erit*
gaudium, in corpore claritas redundans à gaudio.
Gaudebunt & triumphabunt Sancti Martyres per totam *S. Th. cit.*
æternitatem *se in obsequium Christi occisos esse*, confor- *sup. Apoc.*
mando se Agno occiso *ab origine mundi*. 13.

Et cum Aureola recipient palmam, quæ *est suavis ad* *S. Ambr.*
cibum, umbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, *Exod.*
semper virens, semper vestita foliis, semper parata victoriæ.
Atque ideò non marcescit palma; quia Martyrum victo- *Psal. 91.*
ria non marcescit, juxta illud: Justus ut palma florebit.

Et hæc sufficiant de excellentia & privilegiis
Martyrij.

CAP. II.

De dispositione ad Martyrium.

S. Thomas ubi sup. DOcet S. Thomas dispositionem ad recipiendum & meritum Martyrij necessariam esse tatem mortis actu alis datæ *in odium Christi*: & quod quis esset peccato obnoxius, non haberet centiam in illo, vel affectum ad illud. Ejusdem

S. Cyprianus. sententiæ fuit S. Cyprianus. *Voluntas*, inquit, *nus mortis consummatam faciunt Martyrii* teria distinguuntur Martyrij genera, Innocentium licet, occisorum ab Herode, Justorum, & Pecc dispositio necessaria primis est sola mors passa *in odium Christi*: dispositio necessaria secundis acceptata & passa voluntariè pro Christo: ultimis necessaria quoq; est negatio complacentiæ in pe

Ratio est, quia voluntas illa & actus ille (vo pro Christo) est virtualiter actus amoris Dei &

S. Tho. ubi sup. Soto in 4. dist. 9. art. 10. tionis: insuper quandò *sunt duo media per ad salutem, possumus eligere utrumlibet*: quam teneant, quod, cùm peccatorum occurrit m ad minùs necessaria sit attritio, veluti necessa baptismo adultorum.

Hic considerandum venit, quanta æstimatio sit perfecta imitatio Passionis & Mortis Christi meisi Martyr aliquis nullâ aliâ sit præditus virtute pluribus obnoxius sit defectibus & peccatis; mo morte imitabitur Christum exponendo eam pro ejus fide, nec habebit complacentiam aut affec peccatum, propter hoc solum replebitur gratia tibus, & abomni pœnâ liber evadet. Tanta Pater æternus Passionem & mortem Filij sui; ut ab que veram illius viderit expressionem & imag veluti in Martyre conspiciet, abundanter eos di sauris suæ Divinæ gratiæ, tanquam veros filios vos agnoscat & suscipiat, ac proprio naturali Filio les efficiat, uti in passione, sic in gloriâ. Et hoc de dispositione ad Martyrium.

C

CAP. III.

De modo pugnandi & vincendi in Martyrio.

ARma, quibuscum decertat & pugnat S. Martyr, sunt viva fides, certa spes, & charitas perfecta.

Primò, fides. Quia *per fidem Sancti vicerunt regna*, affirmat Apostolus. *Et quod tibi videtur durum*, subungit Augustinus, *non erit durum si adsit fides.* Per fidem vident Christum, qui, uti docet S. Bernardus, simul est *speculum & præmium*; *speculum patientiæ, & præmium patientis.* Christum tanquàm speculum imitantur, eoque veluti præmio gaudent & fruuntur. Immobilis Martyr semper ob oculos mentis suæ ponit sacrum Christi crucifixi speculum, qui *fuit simul Martyr & Martyrum corona, & forma Martyrij*: *recogitans eum, qui talem sustinuit adversùs semetipsum contradictionem, ut non defatigetur animo suo deficiens.* Rimatur & miratur patientiam Dei in Christo, & eâdem fortificat & roborat propriam: *Non sentit sua vulnera miles, dum sui Ducis vulnera intuetur*: *nec licet citra sanguinem ad verbum accedere*, imò inconveniens & absurdum maximum judicat, vivere & militare sub vexillo verbi crucifixi, si vitam & sanguinem non profuderit cum ipso, & pro ipso.

Ad Hebr. 11

S. Bern. serm. 47. in Cant.

S. Bern. ubi sup.

S. Bern. ser. 13. in Cant.

Clē. Alex.

Considerat in illo Crucifixi speculo, quanta passus fuerit in famâ & honore *per irrisiones & contumelias*: quanta in corpore *per vulnera & flagella*: quanta in animâ *per tristitiam, tedium, & timorem*: quanta in cunctis membris corporis *per spinas, clavos, alapas & sputa*: & in omnibus sensibus: *secundum tactum, flagellatus & clavis confixus*: *secundum gustum, felle & aceto potatus*: *secundum olfactum, fœtore cadaverum*: *secundum auditum, lacessitus vocibus blasphemantibus & irridentibus*: *secundum visum, videns Matrem & Discipulum, quem diligebat, flentes.*

S. Tho. 3. p. q. 46.

Ad

Ad horum intuitum *exultat & triumphat tot*
rato corpore, rimante latera ferro, invictus Chri
S. Bernar. serm. in Cant. *Vbi ergò tunc anima Martyris? Nempe in tuto*
petra, nempe in visceribus IESV, vulneribus na
tentibus ad introeundum. Si in suis esset vi co
tans ea, non considerans plagas & vulnera
ferrum profecto sentiret, dolorem non ferret, su
& negaret. Ast quia habitat in Christo, in
pretiosissimis plagis, cunctum spernit dolorem
Surius 29. Mar. mosus persistit *in voce fortissimæ confessionis* S.
Joannes interrogatus, unde in tantis tormentis
talem consolationem, respondit: ex consi
Passionis & Mortis Salvatoris: *Consolatio m*
est ex sancto illo Ligno, qui affixus est Dominus m
Christus. Primæ huic visioni correspondet alte
tanquàm præmij: *Præmium patientis.* Hæc
præmij talis est, inquit S. Cyprianus, ut ad M
invictum & constantem efficiendum sola su
S. Cypr. de hort. ad Martij. *Has cogitationes (scilicet de præmio futuro) quæ p*
potest vincere? quæ possunt tormenta frangere? c
tur oculi in persecutionibus terræ, sed patet cœlum
tur Antichristus, sed Christus tuetur: mors
sed immortalitas sequitur: occiso mundus eripitur
stituto paradisus exhibetur: vita temporalis ex
sed æterna reparatur. Hæc oportet mente & co
complecti: hæc die ac nocte meditari.

Hebr. 10. Quid mirum deindè, si per fidem *cognoscent*
bere meliorem & manentem substantiam, cum
suscipiunt rapinam, non solùm bonorum, sed pro
guinis, propriæ vitæ? Perfidia Tyrannorum SS
res catenis carceribusque includit; at viva fi
& soluti abeunt. Corpus patitur inter vincula
ter choros Angelorum gaudet anima. Assistu
carnifices eos torquentes: illinc prompti adsunt
eosdem consolantes & coronantes. Lucifer c
turma nonnisi Martyrum meditatur ruinam: C
cœlorum stipatus exercitu attendit eorundem
Surius 13. Maij. S. Alexander Martyr viva fide, imò clara quasi
cœlestis gloriæ, nulla sentiebat tormenta ipsum a
tia; sed inter illa gaudebat: *Video*, dicebat, *sempi*

riam mihi præparatam : quare delectatus sum , & ultavit Spiritus meus. Et alter Alexander S. Anto-i comes & socius , in tormentis nihil respondebat; l solum *cœlum intuebatur* , ipsum à longinquo ve-i recteans, gaudebatque æternorum bonorum fra-ntia.

Armati fide; certa quoque spe in Christo se arment, ceſſe est. De sanctis Martyribus dicitur: *Vicerunt propter Sanguinem Agni* : non solùm accipiendo meri-m ; sed etiam imitando ejus exemplum : idque cer-ſſima spes est, *quæ non confundit* , probata in fornace abulationis, & proprio confirmata sanguine. Quam rta est spes militis, qui à Rege suo petendo præmium, mul eidem ostendit vulnera? Talis est petitio Mar-ris: per tot vulnera tanquam per tot ora emittit pre-s suas ad Deum : & dum sperat in sanguine Agni, ódem tempore copiosè profundit proprium. Spes, t sit certa, debet esse conjuncta bonis nostris operibus, Qualis igitur erit spes illa Martyris , unita tali operi, quod *habet rationem summi & optimi* , quod est dare tam pro Christo? S. Pontianus in maximis constitutus ormentis, hisce se confortabat verbis: *in Domino con-do, non timebo. quid faciat mihi homo.* Et S. Zosimus Martyr spe in Christo roboratus, non solùm non formi-abat tyrannum; verùm etiam eundem provocabat ad aferendam sibi mortem, dicens: *Totum corpus meum emburè, nunquàm enim me vinces : præsto est Christus, ui me corroboret. Et ego à te interfici valdè cupio : hæc nim est mea voluntas in Christo Iesu.* Hæc, ut notat Tertullianus, non unius solius Martyriis , sed omnium Martyrum verba erant communia, qui generoso ac in-repido animo ità alloquebantur Tyrannos : *Cruciate, orquete, damnate atterite nos: probatio est enim innocen-ia iniquitas vestra.*

Inter arma Martyri necessaria ultimum , eumque po-entissimum locum obtinet ardens charitas. Causam aquirit S. Bernardus, cur Sancti Martyres *torrentur & ident; feriuntur & gaudent: occiduntur & ecce trium-hant?* Respondet, *quia charitate pleni, tormenta Mar-yrum non sentiunt.* Est effectus charitatis , quæ ani-

Rom. 5. c. 5. v. 5.

Pſal. 55.

Surius 14. Ian.

Apolog. in fine.

S. Bern. de Can.

animam in proprio corpore, ubi patitur, vel
tuam, & vivam solùm in Deo, quo gaudet,
Ardens vis charitatis elevat Martyris animam
Gerson. mnes creaturas: undè corde generoso *sub Deo*
universa: & liber ab omni timore & spe mundi
minimùm allicitur, aut deterretur à quacunque
tura. Tale cor erat magno Apostolo &
S. Paulo, uti optimè advertit S. Chrysostomus.
S. Chrysost. Land. 169. *Paulus charitate Christi animatus, gentes*
veluti arenam reputabat, Tyrannos furorem
veluti quosdam pulices æstimabat: cruciatus
menta ludum putabat esse puerorum: decorabat
victus, catenâ magis quàm diademate
despiciebat universa, quæ cernimus, ut sola
jam putrefacta contemni. Et quid mirum,
Sanctus, cùm non solùm possidebatur à
sed totus fuerit charitas: *Sicut missum in*
ferrum totus ignis efficitur: Sic Paulus charitate
census, totus effectus charitas. Quapropter
contemnebat, quasi in alio pateretur, vel adam
possideret corpus.

Hæc charitate instructi SS. Martyres, fœlici
suam in hoc solo reponunt, nempè, in pati &
Chrysost. hom. 3. Christo: *Hæc est amantium lex: tunc se fœlices*
cùm adversa pro his, quos diligunt, sustinent.
charitatis Christi scopum collimant, eique
S. Bernardus. formare satagunt: *Discunt à Christo, quomodò*
Christum, & ibi ponunt suæ dilectionis metam,
stus posuit suam.

Ultra has virtutes, ut quis fœliciter palmam
Martyrij, necessaria quoque est continua
S. Aug. to. 10. serm. de Orat. & Iejun. *Per hanc*, inquit S. Augustinus, *quidquid*
choat, spes cumulat, charitas decorat, continuâ
tione servatur. Per hanc in confessione
in tentatione duramus. Per hanc pro Christo
vincula sustinemus. Per hanc postremò beata
consummamus. Ratio hujus est, quia opus
superat debilitatem nostram, & Christi postulat
tudinem, quæ nonnisi media oratione acquiritur
impetratur.

Hæc Sanctorum Martyrum arma sunt. Investigemus modo armamentarium, ubi ejusmodi formantur conservantur arma. Armamentarium est sanctissimum altaris Sacramentum, quod simul est *Mysterium Dei, sustentaculum spei, Sacramentum unionis & amoris.* Est convivium, *in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis ejus.* Sacramentum hoc unionis & amoris est figura, *in quâ futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Non solùm est Sacramentum, sed etiam sacrificium, ut ejus exemplo animemur ad sacrificandos nosipsos Christo, quemadmodùm ipsemet Christus se sacrificavit Patri suo æterno pro nobis.

Hæc est memoria illa, quam Christus exigebat à nobis, videlicet, imitatio: *Hoc facite in meam commemorationem*: exponit S. Cyprianus, *in meam Imitationem.* Et sicut optimè notat S. Gregorius: *Christus verè pro nobis hostia erit Deo, cùm nosipsos hostias fecerimus.* O Armamentarium potentissimum, Sanctissimum Sacramentum! juremerito illud vocare possumus Seminarium fœcundissimum Martyrum. Vincunt Tyrannos, superant tormenta, & quare? *Parasti mensam adversus eos, qui tribulant me?* Exponit S. Cyprianus, *contra Tyrannos persequentes ad Martyrium.* Ad sanctissimum Sacramentum tanquàm ad turrim fortissimam: *Ubi est omnis armatura fortium*, recurrebant S. Martyres primitivæ Ecclesiæ, dicebantque audacter Tyrannis: *Christiani sumus, & collectam facimus*: quod idem erat, ac si dixissent juxta expositionem S. Cypriani: *Parati sumus ad omne martyrium, quia armati Corpore & Sanguine Domini in Sacramento.*

Luc. 22.
Dial. lib. 4. c. 55.
Psal. 22.
S. Cypria.
Cant. 4.
S. Cyprian

Hactenùs de armis, admodum decertandi & pugnandi am progrediamur.

Accedunt Patrini ad campum seu locum certaminis n auxilium militis Christi. Et hi, opinione Tertulliani, alij non sunt nisi Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: *Agonotheta est Deus, Xystarcha Spiritus Sanctus, Epistates Christus Jesus.* Assistit Pater æternus, ut præmium clariatur: Sanctus sanctus, ut defendat: Christus Jesus, ut loccat pugilem, & pugil palmam & victoriam reportet.

Tertull. ad mart. c. 3.

Ee-

Orig. hom. in Ezech. Cass. coll. Ecquænam erit gloria & magnificentia illius ubi præsens est sanctissima Trinitas, Angelorum exercitus spectantes & defendentes Christi m... inter hos *Angelus Martyrij* ad hoc officium ... deputatus?

S. Cypria. ad Martij. Quæ major potest esse dignitas: ait S. Cyp... habere spectatores Deum, Angelos, & Chris... gnare in præsentia Dei: ipsis Christi manibus co... *Præliantes nos, & fidei congressione pugnantes spe... spectant Angeli & Christus. Quanta est gloria... quanta fœlicitas, præsente Deo congredi, & Chris... coronari?*

Aug. lib. 2. symb. cath. Spectaculum verè admirabile, resumit Aug... *In quo Deus adjuvat, fides impetrat, sanctitas... præmium consequitur tale, quod & ille, qui vicit... piat; & qui donaverit, nihil amittat.*

S. Cyprian. exhor. ad Mart. c. 10. Quid poterit deterrere Martyrem tantis ... præsidis? Tyranni? Dæmones? *Major ad... nus ad protegendum, quàm Diabolus ad impug... Si habes Antagonistam Diabolum, habes Ago... Deum.*

Tertull. l. 1. de Patien. c. 14. *Guil. Par. de motib. c. 10.* Præparato certaminis loco, descendunt in ... giles concertaturi; at differentibus armis, ... armatur Tyrannus, Charitate Martyr: arma ... sunt crudelitas & ferocitas: arma charitatis ... & fortitudo: *Vno patientiæ clypeo omnia superat...* patientiæ decertat & vincit. O victricem, & glo... Patientiam! *Victrix gloriosa patientia, quæ sine... repercussione hostes dejicit ac prosternit.* Vincit pe... superat cedendo, & moriendo vivit. Scuto insc... gerit Passionem & Mortem Imperatoris & Do... Christi Jesu, & symbolum hoc in medio confer... *Qui perdiderit animam suam propter me, invenie...*

Matth. 10. &: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam ... non possunt occidere.*

Cyprian. de duplici Martij. Petr. Max. Mart. Sur. Procedunt ad verba, & se invicem provocant: ... fert minister Sathanæ impia & sacrilega verba: *... Christum, & immola Jovi, & esto amicus nostri, ... morere.* Respondet intrepidus Christi miles: *Nos ... Deum adoramus, Creatorem cœli & terræ; ...*

rtor & moneo, Deo vero sacrifica, ut possis evadere rmenta diaboli: alias cum Diis tuis in igne sempiterno ardebis. Feram in te, replicat Tyrannus, *ntentiam mortis, & variis faciam te tormentis affici.* espondet Martyr: *Hoc est, quod totâ aviditate specto, ut per temporalem vitam perveniam ad sempiternam.*

De verbis descendunt ad facta. Exhibent impij arnifices militi Christi varia tormentorum genera: gnem, ferrum, equuleos, metalla liquefacta, lagella, feras immanissimas. Ast nullo concutitur imore intrepidus militis animus, imò tyranno inclamat: *Parva sunt hæc, non timeo tormenta tua: neque enim ignis, neque crux, neque ira bestiarum, neque ablatio membrorum nobis persuadent à Deo vivo deficere. Neque enim diligimus, quod nunc est, sæculum; sed, qui pro me est mortuus, & resurrexit, Christum. Mihi vivere Christus est: & pro ipso mori, lucrum & gloria.* Immanis Tyrannus Christi victimam offerri, hauriri è venis sanguinem, ardentibusque prunis imponi imperat. Impij exequuntur jussa Tyranni: & ecce *Sponsus sanguinis positus in thalamo nuptiarum*, plaudit & jubilat veluti in die sponsaliorum: sustollit in altum oculos, contemplatur, quomodò *Vxor præparavit se*, cœlestis gloriæ sponsa, beata, inquam, Dei visio: cœlesti repletus gaudio locum dare nequit tristitiæ, non persentit tormenta, flores æstimat prunas ardentes, aurum suavem flammam, & currum triumphalem gloriæ judicat esse feretrum mortis. Obstupescit terra, & cœlum miratur *exultantem in morte, & insultantem morti: Vbi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? jam non stimulus, sed jubilus, jam cantando moritur homo, & moriendo cantat.* Dimittit oculos, circumspicit & videt, quod *Martyriorum stolæ præparantur, Angelu bajulis sustinentur.* Videt Angelum martyrij, unâ manu deferentem palmam, alterâ coronam, ut præmio afficiat & coronet Christi militem. Prorumpit Martyr in gratiarum actionem, laudat & benedicit Dominum:

S. Plato Surius 22. Iul.

Apoc. 19.

S. Bernard. serm. 22. Cant.

Tertull.

S. Acatius Mart Sur. Mens. Maj. *Gloria tibi Deus, & benedico tibi, Domine Deus cum unigenito Filio tuo & Spiritu sancto: tua est gloria, tuus honor, nunc & semper, & saculorum. Gratias tibi ago, Domine IESU qui sancto nomine tuo protexisti me servum & dedisti mihi gratiam, ut perfectè cursum cerem pro te susceptæ certaminis. Et nunc susscipe in pace animam meam, quoniam tibi in sæcula.*

Dictis hisce verbis victoriosus Christi mil manu excipit palmam ab Angelo, & coron imponitur: cœli eidem aperiuntur, obv

Apoc. c. 7. procedit copiosus Martyrum exercitus: *am lis albis & palmæ in manibus eorum.* Accedu stus & B. Virgo, Rex & Regina Martyrum Christi militem ad triumphum cœlestem,

Cant. 4. *veni coronaberis*, læta ac tidens anima egreditur corpore, Angelorum stipata & applausu, triumphatura ingreditur cœ

Apoc. 7. lium, eorumque annumeratur ordini, *qui ex magna tribulatione, & laverunt stolas su dealbaverunt eas in sanguine Agni:* & co in proprio throno gloriæ: *Et Agnus, qui throni est, reget eam, & deducet eam ad viv aquarum, & absterget omnem lachrymam ab*

S. Cyprian. Talis est finis illius, qui *pretio sanguinis emi talitatem.*

CAP. IV.

De Martyrio Patientiæ.

SEcundum Martyrium, in quo Deum glorifi ac Christum imitari debemus, est martyrium tientiæ: quo patienti animo sufferimus omnes tificationes, quæ *ex electione*, aut *ex necessitate* nobis eveniunt: *Fer forti ac generoso animo,*

S. Chrysost. in Psal. 127 *accidunt, hoc enim est tibi Martyrium.* Non causâ mortificatio Martyrium dicitur, ait S. Thom

ita similis est vero ac proprio martyrio: quod S. Augustinus declarat aliquâ similitudine: etenim, sicut Martyno sanguinis tormentis mediantibus Tyranni laragunt tollere fidem Christi; ita in Martyrio cruento, seu sine sanguine diaboli conantur eripere ac penitùs extinguere charitatem Christi: *Qui enim charitas, veritas & Iustitia Christus est; & ille, qui insidiatur, persecutor est: & ille, qui eam in se, & in aliis custodire voluerit, Martyr est.* *S. Thom. addit. ad 3. p. q. 6. a. 6. S. Aug. ser. 250.*

Et quemadmodùm in Martyrio mortis & sanguinis minatur Tyrannus: *Abnega Christum, aut morere: sacrifica Mammonæ, & eris dives.* Respondetque Sanctus Martyr Tyranno: *Non sacrifico nisi uni soli Deo, & hoc ego semper optavi, ut carens temporali ac miserâ vitâ perveniam ad sempiternam.* *S. Cyprian. de dupl. Martyr.*

Simili modo in martyrio mortificationis tentat Dæmon *per concupiscentiam*: respondetque pœnitens confessori: *Quid mihi & tibi, Belial? Ego Christi servus sum, illius redemptus sanguine, illi me totum mancipavi: quid mihi & tibi est? Nihil tuum quæro, nihil tuum possideo, nihil tuum desidero.* *S. Maxim. Surius. S. Ambros. de Orat. & Jejunio.*

Omni igitur tempore martyrium subire possumus, si forti ac constanti animo inimicorum assultibus resistimus: *Omnes, qui piè volunt vivere in Christo,* optimat Apostolus, *persecutionem patientur.* *Aut* ab extra à Tyrannis, uti explicat S. Thomas, *aut* ab intus *per pugnam contra Dæmonem.* *Et si desit Tyrannus, si tortor, si spoliator; non deerit concupiscentia, Martyrij materiam quotidianam nobis exhibens.* *Ad Tim. c. 3. S. Thomas. S. Cypria. ubi sup.*

Denique, si mors coronat Aureola caput Martyris; non deest quoque mortificationi sua corona: S. Bernardus eos, qui nos mortificant, vocat *Aurificos nostros, qui nobis æterni Regis coronas fabricant.* Inde consulit Parisiensis: *Cùm videris vindicantem, increpa illum: ut quid facis hoc frater? aut quid percutis operarium tuum, & fabricatorem coronæ tuæ?* *S. Bern. Guil. Paris. p. 15. l. 7. de morib. c. 8.*

In ejus vita. De Sanctâ Lidovinâ legitur: *Vidit in mente coronam pretiosissimam, necdum tamen in eis fectè absolutam*, post aliquot mortificationes pessas, apparuit ei Angelus, & dixit: *Salve, ... soror, ecce nunc absoluta est corona*, persecutionis tienter toleratæ gemmæ fuere, *quæ in illâ corona vidisti, & deesse.*

Quod attinet ad modum decertandi & vin... hoc conflictu & pugnâ, tres requiruntur con... primò, ut pugnemus sufferendo: secundò, ... deremus ampliùs pati, ipsam etiam mortem ... ut patiendo laudemus Deum, eique gratia... mus. Quantùm ad primam conditionem ... adversa cum omni patientiâ tolerare & suppo... bemus. Juxta mundi legem, *malè faciendo vi... at in stadio Christi lex est contraria; non qui ... sed qui percutitur, coronari decretum est. Sic ... vincitur inimicus & tolerantiâ.* Patientia ... insuperabilem, quemadmodum scopulus ab un... *potest, frangi non potest*; & sicut fortis adamas ... *cedit, nec igni.* & veluti durissima petra, *in quam non infigitur, sed resilit.*

S. August. in Psal. 69.

S. Hieron.

Hæc patientia tribus corroboranda est con... bus: prima est exemplum Christi. Antiqui ... quibus utebantur in præliis, depingebant ... majorum suorum, ut illarum aspectu & ... magis stimularentur ad heroica patranda ... Ad eundem modum Christianus in scuto ... patientiæ depingere debet Passionem ducis ... Domini, ut ipsius exemplo omnem mo... tionem & ipsammet mortem patienter ferat. ... est spes præmij: *Nihil crus sentit in nervo, ... mus in cœlo est.* Non persentiuntur tormenta ... poris, animo quiescente in cœlis. Tertia est, ... instructione nostrâ præ oculis habeamus exem... sæcularium: quod si namque illi tot & tanta fuste... pro caducis terræ bonis, quantò magis nos pati... mus pro æternis cœli bonis? *Si tanti vitreum, ... verum margaritum?*

Tertull. ad martij.

Idem.

Secu...

Secunda conditio ad modum pugnandi & vincendi requisita est desiderium patiendi plura, imò mortem ipsam pro Christo. Quandò constitutus es in mortificatione quâdam, utinam pœna illa tibi accresceret & augmentaretur: à mortificatione illâ transires ad mortem, ac patiendo pro Christo dignus quoque esses mori pro Christo! Fœlix profectò, ac terque quaterque beatus deprædicandus esses.

Hocipsum erat illud plus & plus, quod ex intimis cordis sui penetralibus eructabat Sanctus P. Xaverius constitutus in tribulationibus: *Plus & plus usque ad mortem.* Documentum hoc hauserat à Patre & Magistro suo S. Ignatio docente: *plura & majora pati pro Christo, & hoc semper orate.*

Hac eâdem patiendi praxi utebatur Apostolus Paulus, qui *semetipsum Deo*, uti refert S Chrysostomus, *per singulos dies immolabat. Quam hostiam dupliciter offerebat, cum quotidiè moriens ad pericula se juster præparabat, consummans voluntate martyrium; tùm corpore suo mortificationem sine intermissione circumferens.* Ultra passionem actualem *consummabat voluntate Martyrium*: Martyr erat desiderij, in omni occasione vitam pro Christo exponere desiderabat: parùm ipsi erat pati pro Christo, aspirabat semper ad subeundam mortem pro Christo. *Neque verò hîs tantum sacrificiis contentus fuit* (prosequitur idem Chrysostomus) *sed quia seipsum consecraverat Deo, etiam orbem universum studuit offerre.* *Chrysost. de laud. Paul.*

Rationem docet S. Bonaventura, quia passio habenda est in actu, mors in desiderio; nam *perfecta charitas est in desiderio martyrij*, quod probat tribus rationibus. *Ibidem.* *Apolog.*

Prima, *Amor est vis unitiva ex Dionysio*: ergò inclinat ad desiderium martyrij: quia *nullo alio medio, nec convenientiùs, nec intimiùs, nec celeriùs unimur Christo, quàm per martyrium.* *S. Bonav. to. 1 Apologia paup. resp. de appet. Mart. a. 1*

Secunda, *Amor est vis diffusiva*: ergò est desiderativa Martyrij, per hoc enim *fit maxima nostri diffusio.* *Ex Hug.*

Tertia, *Amor est vis transformativa*: ergò de Martyrii: quia *perfecta transformatio attenditur dum assimilationem in passione & morte.*

Luc. 22. Tale erat desiderium Christi: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, usque dùm perficiatur.*

S. Greg. Nazian. orat. 29. Tale quoque Sanctorum extitit desiderium. ipso refert Nazianzenus: hujusmodi desiderium fuisse inexplebile & insuperabile: *Hujus rei quadam aviditate teneor* Et quidem fuisse con adeo ut à cogitatione illâ aequaquam distrahi *Nec ab eo unquàm divelli possum.* Quapropter rum delectabatur honoribus, visâ profusione exultabat, eorumque pugnas coronasque proprias æstimabat: *Martyrum honoribus oblectatus gilum cruore gestio & exulto: atque alterum certamina & coronas meas esse judico.*

Quid dicam de Sancto Ignatio Martyre? suo moriendi satisfaceret desiderio, cuncta rum genera, quæ ad mortem suam concurrere

Epist. 15. 12. ad Rom. tabat: *Ignis, crux, bestiarum constantia, abscissio ratio, confractio, dissipatio membrorum, interitus corporis, & tormenta omnia diaboli in me veniant Iesum Christum merear adipisci.*

Idem debet esse desiderium tuum, O anim Dices igitur cum S. Gregorio: *Vnum ad palmam pro Christo mortem oppetere*: non est alia via conducat ad veram gloriam, medium nullum adest ad obtinendam coronam: *Vnum ad palmam* ad illam, inquam, palmam, quæ *est suavis ad umbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum num iter*, ad summum gloriæ, quam debemus *Vnum* ad summum gratitudinis, quam debemus *Vnum*, propter totalem satisfactionem, quam pro nostris culpis & peccatis.

Deo debetur summa adoratio, quia est summa stas, summus amor, summa bonitas: quia est summ testimonium, cùm in se sit summa veritas. Et satisfaciamus obligationi, *Vnum ad palmam iter.* ibi concurrere potest Martyrium: etenim, ut est ficium, summæ adorationis actus est: ut est holoca

tus est summæ charitatis, profundendo vitam: deniq;, testimonium est, summæ testificationis actus est, testificando Deum profusione sanguinis.

Verum cedant omnia alia motiva: & quò accendaris desiderium Martyrij, tibi sufficiat consideratio gaudij, quod per totam æternitatem percipies, recordando, *te ejusdem esse in obsequium Christi.*

Cum igitur præfatum desiderium in tam magno habeatur pretio; ut eò stabilius sit & firmius, non absit, si confirmetur voto dandi vitam pro Christo, non eo tempore duntaxat, quo obligat præceptum confessionis fidei; verùm etiam non existente simili obligatione. Imò, sive utrumlibet horum, nempè, tam electio mortis, quàm fuga ejusdem in æqualem cederet Dei gloriam; attamen ob majorem Christi imitationem, ratione obligationis voti, ipsam eliges mortem. Idem à Christo Domino ipso instanti conceptionis suæ factum esse asserunt plurimi sacri Doctores. Voto confirmavit præceptum impositum sibi à Patre moriendi pro nostrâ salute: *Vota mea Domino reddam*, videlicet, Nativitatem meam, Passionem & Mortem, *voto oblata.* Laudabile quoque est, & proficuum frequenter renovare hæc vota, præsertim in Missæ offertorio: tunc enim Sanctissimæ Trinitati offeres in sacrificium non solum Christum Hominem; sed teipsum quoque, totumque mundum, eo affectu, quo illa offerebat S. Apostolus Paulus, uti supra dictum fuit.

Psal. 21. S. Aug. Suar. to. 2. in 3. p.

Præterea idem desiderium, ut sit efficax, offerendum est Deo: siquidem Martyrij gratiam esto quis opere mereri nequeat, benè tamen oratione impetrare possumus. Hæc gratia continuò à Deo petenda est: gratia Martyrij est gratia gratiarum maxima. Oremus ergò cum S. Ireneo: *Largire, amantissime* IESV, *ut, quem à te spiritum hausimus, pro tua gloria, te adjuvante reddamus.* Et cum S. Petro Martyre sub elevatione sacræ Hostiæ in sacrificio Missæ: *Ne sinas, Domine, ex hac vita migrare, non sumpto Passionis calice.* Nonnunquàm etiam affectiva illa uteris aspiratione S. Ignatij Lojolæ: *Amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus est mori.*

Iren. lib. 4.

S. Pet. Mart.

S. Ignat.

Coram Cruce positus proferes orationem

S. Xaver. Marc. Mastrillo. S. Franciscus Xaverius quendam è filiis suis docuit: *Ave lignum crucis, ave crux pretiosa, me tibi totum dedico in perpetuum: & oro supplex gratiam pro te fundendi sanguinem mihi licet largiaris*, & sicut oravit, ita obtinuit.

S. Chrysost. Ultima denique conditio ad decertandum pugnæ stadio requisita est benedictio & laus Dei. *hoc linguâ sanctius*, ait S. Chrysostomus, *quam Deo gratias agit: certè non inferior est lingua Martyris utraque pariter coronatur.* Cantant Martyres

Apoc. 1. cœlesti: *Salus Deo nostro*: gloria & honor Deo vat, ac regnet in æternum. Cantant in tormentis in terra constituti: *Gloria in excelsis Deo*, Gloria Deus. Et non cantabunt tribulati in pœnis? S. Hermili Martyr. Syrius. tyres, resumit idem Chrysostomus, *in carcere vinculis detenti, vel malis innumeris obducti, pueri in igne cruciati nihil intermittebant Deo laudesque referre: quantò magis nos in tribulationibus nostris?*

S. August. in Ps 148. Rationem S. Augustinus adducit. Si futura tota consistet in laudando Deum, similis debet vita præsens omni tempore tàm prosperitatis quàm adversitatis: nec ullus idoneus erit futuræ vitæ, qui præsenti huic laudis officio operam dederit. *Ad præsentis vitæ nostræ in laude Dei esse debet, quæ meditatio sempiterna futuræ nostræ vitæ laus Deo erit: qui potest fieri idoneus futuræ vitæ, qui se ad illam non exercet.* Et hic sit finis Martyrij patientiæ, adeòque totius præsentis exercitij.

EXERCITIUM SEXTUM.

De Oratione.

CAPUT I.

De Necessitate Orationis.

HÆC necessitas orationis (quæ non solum significat exercitium Meditationis, verùm etiam petitionis, *ut est petitio decentium à Deo*) fundata est in duobus principiis: primum est, quod absque gratiâ Dei per merita Christi nobis concessâ nullum opus supernaturale vitæ æternæ meritorium facere possimus.

Veritas hæc de fide est, contra Pelagianos determinata, nobisque tradita ab ipsomet Christo Domino in S. Evangelista Joanne: ubi expressè ait: *Sine me nihil potestis facere*, videlicet, sine gratia mea excitante & adjuvante ne minimum opus supernaturale & meritorium efficere potestis. Idque declarat exemplo palmitis, qui nullum fructum proferre potest, *nisi manserit in vite*. Ratio hujus est, quia liberum nostrum arbitrium est potentia naturalis, proportionata solùm ad actus similiter naturales eliciendos: quare ad actus supernaturales fidei, spei & charitatis, &c. elevari ac proportionari debet medio auxilio gratiæ supernaturalis. Hanc rationem elucidat S. Thomas exemplo motus corporalis, ad quem ultra motum propriæ formæ requiritur motus supremi moventis, nempe, cœli: sic ignis calefacere

Joan. 15.

loc. cit. D. T. 1. 2. q. 109.

nequit, nisi ultra actionem suæ naturalis poten-
vetur per concursum superioris cœli; pari ratio-
mnem motum supernaturalē, ultra motum liberi
lib. de co. & gra. nostri requiritur motus gratiæ: *Sine gratia inqu-*
gustinus, nullum opus bonum facere potest homi-
tando, sivè volendo, sivè operando.

Hæc eadem veritas confirmatur ab Apostolo
1. Cor. 12. *mo potest dicere, Dominus IESVS (non solum*
nec corde) nisi in Spiritu Sancto, id est, nisi cum
gratia Christi. Sed neque bonam ac meritoriam
2. Cor. 5. tionem habere possumus: *Non sumus sufficientes*
aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia
1. Cor. 4. *Deo est* Unde concludit Apostolus: *Quid ha-*
non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris
acceperis?

Hæc est causa, subinfert S. Thomas, *quare*
bonum Deo sit referendum. Nam gratia Dei cujus
bonæ operationis principium est. Unde etiam
Enech. c. 32 Augustinus: *Totum detur Deo, qui voluntatem*
& præparat adjuvandam, & adjuvat præpa-
Et post pauca: *Volentem præparat, ut velit, subse-*
ne frustrà velit. Quapropter valdè sollicita est S.
clesia ad implorandam semper hanc Dei gratiam
cendo: *Tua nos, quæsumus Domine, gratia sem-*
veniat, & sequatur: ac bonis operibus jugiter præ-
intentos. Idem determinat Concilium Triden-
Sess. 6. cā. 3. *Si quis dixerit sine præveniente Spiritus sancti inspi-*
atque ejus adjutorio hominem credere, sperare, di-
aut pœnitere posse, sicut oportet (id est supernatural-
meritoriè) anathema sit.

Proposita igitur veritas ritè rectèque pene-
cognita summopere nos humiliare imò annihila-
bet: dùm videmus naturalibus nostris viribus, sub-
naturali & ordinario concursu Dei nihil nos præ-
posse in ordine ad salutem nostram assequendam
etenim, ut sacri instruunt Doctores, lapidi non absi-
qui ex seipso quidem descendit & ima petit; at non
vi superioris moventis ascendere potest: ita à nobis
ipsis peccare possumus; sed sine virtute gratiæ resurg-
& mereri non valemus. Hanc ob causam nullus
sanc-

ctissimæ etiam vitæ de suo statu debet esse securus: eque ullus peccator licet pessimus desperare debet; quoniam concursus gratiæ est liber, *& ubi vult, spirat*, justo denegari, peccatori autem donari potest. Ideò sancti non despexêre peccatores, neque iisdem se prætulere: eumnamque, qui hodiè peccato obnoxius est, cras pe gratiæ resurgere, nec justificari tantùm; sed & sanctificari posse, optimè noverant.

Secundum principium est, hanc gratiam absque oratione haberi non posse: idque dependet ab ordinatione ac dispositione Divina. Etenim Deus disposuit dare effectus naturales per concursum suarum causarum naturalium (dat frumentum, terræ mediante aratione, vinum, vitis mediante cultura, &c.) Ad eundem modum supernaturales effectus gratiæ elargiri disposuit mediante oratione: unde magna hominum dementia est, inquit Cajetanus, exspectare effectus naturales interveniente concursu causarum naturalium, & supernaturales absque oratione: indè provenit quoque, quod *somniantes in causis, nihil proficiamus in fructibus*. Quapropter Christus Dominus nos exhortans ait: *Petite, & accipietis: quærite & invenietis: pulsate & aperietur vobis*. Vero verius est, plurimas a Christo nobis concedi gratias non petitas; sed verissimum etiam est, plures alias non concedi nobis, nisi petantur ab ipso. Sanctæ Elizabethæ revelavit Sanctissima Virgo: scias pro certo, filia, nullam è cœlis descendere gratiam nisi mediâ oratione; & ego ipsamet, prima excepta gratia, reliquas omnes obtinui interventu multarum orationum.

2.2 q.8. art.8.

Luc.7.

S Bonav. de vita Christi.

Ita suaviter disposuit Deus, tam propter debitam proportionem, quæ mediare debet inter medium & finem, inter effectus gratiarum supernaturalium & medium orationis pariter supernaturale: quàm propter utilitatem nostram, ut eò frequentiùs conversemur cum Deo ter Opt. Max. nostra adaugeamus merita, credamus ac confiteamur manifestè, primum Datorem, omnisque boni principium esse solum Deum. Ergò non oremus, *ut mutetur dispositio Dei, sed ut impleatur*: & præmittentes orationem gratiæ *applicemus causam effectui*.

S. Thomas.

Non

Non oratio duntaxat habet hanc vim in
gratiam; verùm etiam perseverantia gratiæ
tinuæ, & non interruptæ per peccatum mo
mortem usque; vel finalis, ut cùm quis moritu
tia, tametsi primò prolapsus fuerit in peccatum
1. 2. art. penult. probat S. Thomas, quia operibus bonis p
possumus solam gratiam sufficientem; ergo
utpote ad perseverantiam necessaria, inf
impetratur per orationem, tanquàm per
cunctorum effectuum supernaturalium in
tum. Et juxta S. Augustinum, hæc perse
petitur in oratione Dominica: *Et ne nos in*
tentationem.

Sufficiens gratia orationis quoque effectus e
simè namque non datur immediatè; sed media
Bellar. li de Nat. & Gr. c. 43. tione: *Deus impossibilia non jubet*, docet S. Aug
sed jubendo, vel dat, ut possis, vel ut ores
Propterea optimum medium est, ut, quoti
S. August. Epist. 112. bonum aliquod opus peragere non potes, re
orationem, & virtutem supernaturalem adide
quendum impetrabis. De S. Paulo refert C
stomus, quod stupenda ac mirabilia vires
excedentia operabatur: *& per orbem terra*
luti alatus discurrebat, gestando catenas,
flagella, &c. non alio instructus medio n
orationis.

Verùm, ut infallibilis sit, & *ex justitia*, hæc imp
orationis, nonnullæ, juxta doctrinam S. Th
requiruntur conditiones: primò, ex parte
orantis necessarium est, ut oret pro se, & in
siquidem contingere potest, ut ille alius, pro qu
orabit, non velit ejusmodi gratiam: & peccat
non est in gratia constitutus, nonnunquàm im
potest *ex misericordiâ*; at *non infallibiliter, & ex*
Secundò, ex parte rei, quæ petitur, requiritur, u
pediens ad salutem. Tertiò, ex parte modi, q
titur: ut, nimirùm, petatur cum perseveran
fiducia: & hoc modo non tantùm vult nos exau
Serm. 5. in Quadrag. Deus; sed etiam indubitatè exaudiet: *& non*
duobus indubitanter eveniet, ait S. Bernardus, aut

od petimus, aut quod nobis utilius. Subjungit Christus Dominus noster motivum : *Si quid petieritis Patrem* Ioan. 16. *in nomine meo (id est propter merita & justitiam meam) dabit vobis.* Et Pater æternus propter infinitum amorem, quo fertur in Filium, & propter ejusdem merita non denegabit, quod ab eo petitur.

Præterea, non tantùm necessaria est oratio pro salute propria, sed etiam pro salute proximi. Neque ad fructificandam terram sufficit industria agricolæ, nisi suo influxu cœlum simul concurrat: neque sufficiens est externa Concionatoris prædicatio, quæ auscultantis duntaxat penetrat aures, nisi Deus interna sanctæ suæ inspirationis prædicatione cor simul moveat : *Prædicante Paulo*, inquit Scriptura, *Deus movit cor Lydiæ.* Act. 16. Efficax hæc inspiratio impetratur per orationem. Quapropter Prædicatoris fungens officio, ut magnum proferat fructum, necesse est, homo sit multarum orationum : veluti successit S. Bernardo, qui *quos convertere non poterat prædicatione, domum rediens, convertebat oratione.* Bern. Bell. cõc. de lum. fidei. Sic illam compunctionem cordis, quam S. Catharina à peccatore quodam pluribus verbis & sermonibus alias efficacissimis extorquere non potetat, subitò impetravit confugiens ad orationem. Ac proinde Oratio instrumentum potentissimum efficacissimumque est ad salutem & perfectionem propriam, uti & proximorum obtinendam.

Ut clarius hanc orationis necessitatem elucidemus, varios encomiorum titulos, quibus eam illustrant SS. Patres, proferamus. S. Thomas vocat illam Scholam cœlestem, in qua, secundum Augustinum, Christus crucifixus est Magister : *Patibulum Christi patientis, cathedra Christi docentis*, qui mediante Divina Spiritus sancti gratia docet animam mysterium crucis absconditum. 2 2. q. 2. art. 3. Cujus ratio est secundum eundem S. Thomam, quia ad finem supernaturalem, ad quem creati sumus, *pervenire non potest, nisi per modum addiscentis à Deo Doctore.* Ac propterea dixit Christus in S. Joanne : Ioan. 16. *Qui audivit & didicit venit ad me.* Ex hoc intellige, quomodò te habere debeas in oratione, nimirum, ut discipulus stans juxta pedes Crucifixi te docentis & instruentis

ſtruentis doctrinam efficacem *Regiam viam ſa-*
cis. Appellat inſuper orationem *quaſi comple-*
S. Thomas. *Baptiſmi:* quia pro ſalute adultorum non ſolum
eſt, tollantur peccata; ſed etiam mortificetur
primus effectus fit per baptiſmum, ſecundus
3. p. q. 19. tionem. Ideòque notat S. Thomas, ſignanter
vangeliſtam: *Chriſto baptizato & orante apertum*
lum: etenim ſine oratione non ſufficit baptiſmus
lutem, ut ijam dictum eſt.

S. Chryſoſtomus condecorat orationem
& titulo Reginæ virtutum: ſiquidem conſtat
lib. de orãdo Deum tom. 5. ducit & conſervat in anima; *ubi Regina in-*
civitatem, omnis opulentia pariter conſequitur
poſtquàm deprecatio ingreditur in animam, omnis
tus ſimul ingreditur. Et quemadmodum
dem, *nudus homo naſcitur in naturalibus;*
ei manus, *inſtrumentum, inſtrumentorum,*
ſtrumento *omnia ſibi neceſſaria acquirere poteſt*
modo *in ſpiritualibus nudus eſt homo; ſed dedit*
orationem, qua omnia dona ſupernaturalia
S. Aug. *quirere poteſt.* Et hoc ipſum colligit S. Aug.
ex ipſo nomine *Meditationis*, quod idem ſonat
mentis ditatio, per quam animus cœleſtibus ditatur
locupletatur virtutibus. Idem S. Auguſtinus
nat orationem clavem cœli: *Oratio juſti clavis*
paradyſi. Aſcendit deprecatio, & deſcendit Dei
ratio: & cùm videris non à te amotam deprecatio-
tuam, ſecurus eſto, quia non eſt à te amota
cordia ejus Unde ſecundum Auguſtinum,
conjunctæ ſunt *noſtra oratio & Dei miſeratio,*
S. Chryſ. cauſa hujus. Denique à S. Chryſoſtomo appellatur
rus fortiſſimus & inexpugnabilis civitatis animæ,
nimen adverſus omnes hoſtium inſultus, lux &
animæ, beatitudo participata, exercitium Angelicum
& ſuavis quædam converſatio cum Deo: *Conſide-*
inquit, *quanta ſit orationis gloria fabulari cum Deo*
Chriſto miſcere colloquia.

Ex duobus hiſce principiis evidẽter deducitur ora-
nis neceſſitas ad ſalutem & perfectionem obtinendam

quod si enim gratia necessaria est ad salutem, veluti primo principio probatum est; & oratio necessaria ad gratiam, uti probatum est in secundo principio: quitur in bonâ ac evidenti consequentia orationem necessariam esse ad salutem: siquidem *eadem est necessitas finu ac medij, sine quo non potest haberi finis*. aluper, & continuò indigemus gratia ad resistendum nimicorum tentationibus, & ad operandum propter nem supernaturalem, & cum merito; continuus quoque debet esse orationis usus: *In omnibus actibus, cogitationibus, & motibus adjutor & protector est orandus Deus*, ait Cælestinus Papa.

Cassianus docet, omni tempore, in omni loco, in omni statu, & in quacunque actione: in consolationibus, in tentationibus, in adversitatibus: nocte dieque: quandò manè evigilamus, quandò vesperi decumbimus: domi & foris: sivè sumus infirmi, sivè sani: emper recurrendum esse ad Deum, ab eoque petendum auxilium per hunc, quo uti solet S. M. Ecclesia, versiculum: *Deus, in adjutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me festina*: ut impetremus gratiâ necessariam, sine qua nec à peccato abstinere, nec ullum opus bonum meritorium peragere possumus. Isto versiculo, inquit idem, cunctæ comprehenduntur virtutes, fides, spes, charitas, Religio, humilitas, obedientia, perseverantia: nostræque meditationis, qua totalem consequimur perfectionem, continua debet esse materia: *ut omnis nostra conversatio, & cordis voluntatio, una & jugis efficiatur oratio*. Hæc doctrinâ adeò proficua evidentissimo confirmatur testimonio Christi D. N. qui, postquàm plurima & varia dederat documenta ad perfectionem Evangelicam spectantia: statim subjunxit medium, quo illam acquirere possimus, dicens: *Petite, & dabitur vobis; quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis*. Quasi vellet dicere: non prædico vobis difficilia, nec propono impossibilia, petite, postulate, orate, & totum facilè obtinebitis: *omnis enim, qui petit accipit: & qui quærit invenit, & pulsanti aperietur*. Et hoc sufficiat de necessitate orationis.

li. de or. c. 9.

Matth. 7.

Ex hucusque dictis formabis propositum
dandi orationis studio, utpotè quod est signum
S. Chrysost. omnis perfectionis: *si video aliquem*, ait S.
stomus, *non amantem orandi studium*, com
palam est, nihil egregiæ virtutis in animo pos
si videro deditum orationi, conjecto, templum
omni virtutis genere ornatum. Crede &
Luc. 18. ipsummet Christum tibi dicere: *Oportet*
Ioan. 16. *rare, & non deficere: petite & accipietis:*
Bellarm. & exaudiet. *Sicut, si quis juberet pauperi,*
peteret eleemosynam; non posset illi juste
mosynam.

Recordabor quoque consilij Cassiani supra
ti, videlicet, ut in omni actione, passione &
proferam orationem illam Ecclesiæ: *Deus,*
rium meum intende: Domine, ad adjuvandum
Similiter recurrens ad sanctissimam Dei Ma
tum auxilium, dicam: *Deus, in adjutorium*
intende: Domina, ad adjuvandum me festina:
tende, Domina festina.

De modo deindè orandi per diem specialiter
in exercitio præsentiæ Dei.

CAP. II.

De Modo Meditandi.

PRimò, optima ad meditationem dispositio
proxima, quàm remota est puritas cordis.
S. Thomas 1.2.q.180. cundum S. Thomam consistit in mortificatione
num nostratum per virtutes morales acquisi
amore Dei. Etenim proprium est amoris inge
siderium lubenter agendi & conversandi cum
Ama Deum, idque sufficiet dispositioni tuæ ad
ficiendam orationem.

S. Ignat. in exercit. Secundò, in meditatione hæc solent fieri
primum est præsentia Dei: *Animo sursum ele*
rem Dominum meum Iesum, ut præsentem &
quidnã acturus sum. Secundum est oratio præ

ferendo orationem illam purè ad gloriam Dei. Tertium est Historia. Quartum est compositio loci. Quintum est petitio, circa quæ advertendum, duo prima in omni meditatione esse eadem: tria alia variari, conformiter variatur meditationis materia.

Primum præludium aptat, disponitque attentionem: secundum intentionem: tertium memoriam: quartum intellectum: quintum voluntatem.

Factis præludiis, sequitur meditatio, quæ consistit in motu virtuoso voluntatis esto sit destituta prævia illustratione Divinâ, cœlestique voluptate & oblectatione subsequente. Memoria debet proponere objectum meditandum, intellectui incumbit discursu suo illud intelligere, & voluntas variis affectibus, variorumque actuum virtutum exercitio versus idem objectum moveri debet. Ex quo sequitur, meditationem debere esse practicam: quia est cognitio quædam, quæ ordinatur ad voluntatem, & à voluntate ad operationem. Debet esse accurata & constans, non vagando per varia puncta; sed uni & eidem insistendum est: exercendi sunt actus virtutum, fidei, spei, charitatis, Religionis, humilitatis, obedientiæ, admirationis, confusionis propriæ, propositi, &c. Debet insuper esse penetrativa: quocirca cuilibet meditationi adjungi solet prima & secunda repetitio, uti & applicatio sensuum, *ad imprimendas fortiùs animæ contemplationes.* *Add.* 4. t. *Hebd. exer.* 4. *Exerc. S. Ignat. Hebd.* 4. *not.* 2.

Hunc eundem meditandi modum docuit S. Bernardus, duo distinguens in meditatione: *affectum & exercitium virtutis*: & primum, ait, non esse in nostrâ potestate, sic tamen secundum. Et quandò dicit Propheta: *Delectare in Domino*: *non de affectu loquitur*, inquit idem S. Doctor, *sed de exercitio*: *affectus enim ille beatitudinis est*; *exercitium verò virtutis.* Quod idem proponit S. Augustinus, cùm docet modum orandi, dicens: *ora in fide, ora fideliter, ora amanter*: *fides, spes, charitas ad Deum perducunt orantem*, vult dicere: sub oratione confide & spera in Deo, ac deindè exerce intellectum fide, voluntatem charitate, aliarumque virtutum exercitio, & optimam perficies orationem. Subjungit etiam *Bern. serm.* 5. *de Quad.* *S. Aug. Ep.* 221. *de ora Deo.*

humilitatem, qua orare debes: *Oraſicut pa-*
dùm enim veras futuri ſæculi divitias habet.

Gerſon de morte con-tem. 3. p. q. 39.

dus orandi à Gerſone vocatur *ſancta mendici-*
multùm à Sanctis commendatur. Rogatus
ſanctis Patribus, ut doceret modum orandi,
magiſtros meos, reſpondit, *& ipſi vos docebunt.*
rando, quinam eſſent magiſtri ſui, dixit, illos
peres: unde quemadmodum illi ſe gerunt o-
cando, ita vos, ſubjunxit, habere debetis
Mendicus non confidit in ſe, ſed in miſerico-
tentiâ divitis: non oſtendit ſanas corporis pa-
quid boni habet; ſed plagas & vulnera, &
mali habet: nunquàm fatigatur petendo,

Luc. 18.

cæcus Evangelicus, qui *aliis increpantibus*
mabat: Fili David, miſerere mei: & tam
quouſque exauditus fuit. *Et quia Publicanus*

S. Bern.

S. Bernardus, *hanc regulam pauperum ſervo-*
melius Phariſæo; ideò deſcendit juſtificatus ab
præ illo.

S Dionyſ. de Divin. Nom. c. 4. S. Th. 2 2. q. 180 ar. 6.

Modus hic meditandi fundatur in doctrina S.
Areopagitæ declarata per S. Thomam, qui
tres contemplationis motus: primus eſt mo-
qui fit ab uno loco ad alium, & ſignificat diſ-
tellectus: ſecundus eſt circularis, qui eſt
& ſemper circa idem centrum, & ſignificat
contemplationem, *qua fit per ſimplicem intuitu*
veritatis ſine diſcurſu: tertius motus eſt obliquus, q
tu recto & circulari compoſitus eſt, & ſignifica
tionem compoſitam ex diſcurſu & ſimplicitate
plationis. In ſecundo horũ trium motuũ conſiſt
plationis perfectio, in quâ quodammodò aſſim
Angelis in cœlo, & à SS. Patribus vocatur oc
ſentiæ Dei, oratio quietis, oratio ſilentij. Et
anima apprehendit *per ſimplicem operationem*
infinitam bonitatẽ, pulchritudinem & dulcedi
voluntate gaudet, & complacet ſibi in illa, ex
actus virtutum, ut ſuprà dictum eſt.

Perfectio hujus exercitij colligitur ex eo, qu
illud perfectè Dei imago renovetur in animâ: ad
neceſſarium eſt, primò, habere tres potentias na

emoriam, intellectum & voluntatem : secundò, es virtutes supernaturales, fidem, spem & charitatem: denique pro ultimo complemento ac perfectione ajus imaginis necessarium quoque est, habere actus arum virtutum, quibus anima perfectè sese unit Deo: er actus fidei se conjungit Filio Dei, *qui est prima veritas*: per actus spei se unit Patri, *qui est summa potentia*: per actus charitatis unit se Spiritui sancto, *qui est immensa bonitas*. Et quemadmodum esse Dei non consistit in potentiâ, vel in habitu; sed in actu quodam perfectissimo, & simplicissimo: ita nostra natura, ut sit perfectè im lis Naturæ Dei, ultra perfectionem potentiæ, & virtuum, perfectione actuum, actualisque virtutum exercitii prædita esse debet.

Tertiò, post meditationem reflexionem facies, considerando, quomodò successerit mentalis oratio: *Si malè, inquires causas cum pœnitudine & emendationis propositi: Si benè, gratias Deo ages, eundem postea modum observaturus.* Et in particulari observabis fructus ex oratione provenientes, ut sunt lumen, affectus, proposita, dona ipsiusmet orationis: examinabis distractiones cæterosque defectus commissos: & sicut Deo referes gratias de perceptis fructibus; ita postulabis veniam de commissis erroribus & defectibus cum proposito emendationis. Circa desolationem, si substantiam actus tolli adverteris, defectus tuus est, ac proindè pœnitentiam desuper ages, teque emendabis: si verò tollatur consolatio consequens, contingere poterit absque defectu tuo, veluti accidit Christo Domino oranti in horto, ubique proderit ad mortificandum proprium amorem spiritualem. *Exercit. S. Ignat.*

EXERCITIU
SEPTIMUM.

De Mortificatione.

CAPUT I.

De Neceſsitate & Excellentiâ Mor cationis.

Nihil eſt in mundo, quod magis tur, devitatur, & fugitur, quam ſuiipſius abnegatio & mortifica contra eâ nihil digoius amore, & proſecutione. Mortificatio vera mater filiis ſuis omne verum bonum deſide curarq; ; regulat noſtras cogitationes, affectus rectificat intentionem, pulchram animæ imag formar, priſtino eam reſtituendo ſtatui, veteren & ſpoliat homine, novo induens, ac veram grati nous ingenerat.

Peccatum, uti nulli dubium eſt, unica ac u mnium noſtrorum malorum extitit cauſa : p nis vitâ gratiæ, mediante culpâ, ac debitâ po rum ſubordinatione, concupiſcentiæ mediante At ſanctum mortificationis exercitium tot ram malorum unicum remedium eſt. Siquidem, per baptiſmum reſtituatur gratia; attamen deor appetitus inferioris refrenanda ac regulanda mortificationem & ſuiipſius victoriam. Unde catio jure merito appellari poteſt com

ſmi, & juſtitiæ originalis ſupplementum: ſupplet mque, quod deeſt in baptiſmo, mitigando fomitem, quodammodò fungendo officio juſtitiæ originalis, et non cum tantâ perfectione. O ſancta & benedicta ortificatio! *Venerunt mihi omnia bona pariter cum* *Sap. 7.*
a. Verum ſignum, quo ab aliis diſcernuntur legitimi ij Dei, dignum vexillum, ſub quo Chriſti crucifixi ilitant pugiles, arrha certiſſima æternæ gloriæ, rdis jubilum, gaudium conſcientiæ, ſerenitas mens, amicitia & filiatio Dei! O quàm digna, quàm lchra, quàm pretioſa es in teipsâ! Beatus, qui te veretur, beatus, qui te ut Reginam adorat, ut Maem obſervat, ut Sponſam amplexatur! Me tibi offero holocauſtum, dedico in ſacrificium: in perpetuum bi conſecro, corpus, animam, ſenſus, potentias, cor, ientem, vitam, mortem, eſſe, vivere & operari.

Verum, quâ de causâ tantum bonum exulat à mundi otitâ? *Sapientia abſcondita, theſaurus inviſus.* *Dicunt malum bonum, & bonum malum: & diligunt* *Eccleſ 2.* *Iſa. 5.*
nga tenebras, quàm lucem. Reſpondeo, imaginem ucis & mortificationis è parte lumini oppoſitâ inſpiendam eſſe: ſuâ quippè non eſt præditaluce, aſpectu audet differenti abillo, quem extrinſecus commonrat. Lumen hujus picturæ ſanctæ fidei lumen eſt; nundus autem lumine ſenſus eam inſpicit. Tria in e continet mortificatio: afflictionem externam, irtutem internam, & effectus. Quemadmodum medicina (& eſt exemplum Doctoris Angelici) ha- *D. Thom.*
per in ſe amaritudinem, virtutem productivam, & effectum ſanitatis: Senſus ſolummodo hæret, & perſiſtit in externâ apparentiâ afflictionis: fides internam penerat virtutem & effectus. Conſidera, quod tametſi exterius amara ſit mortificatio, virtus tamen ejus interna mira & ſtupenda eſt ad purificandas & ſanctificandas animas, illiusque effectus gratiæ & gloriæ inæſtimabiles unt: *Et hoc eſt maximum myſterium Divinæ Provi-* *2. Cor. 12.*
dentiæ, aſſerit S. Doctor, *ſcire myſterium Crucis: quod eadem res ſit vitanda, quia mala: appetenda, quia bona: & vitanda*, quantum judicat ſenſus: *appetenda*, in quantum rectè judicat fides.

S. Bern. ser. 7. in cant. De Christo dicitur: *Aliud cernitur, aliud nigrum sensus renunciat, fides candidum & probat.* Unde de seipso ajebat: *Viderunt* uti legit Hebræus, *& fugerunt à me.* Ps. 30. v. 12. Hæ prietas Christi Sponsi, ut sensus subterfugiat oculis fidei se manifestet & patefaciat. Eadem Sponsæ suæ conditio est: extrinsecùs, oculis carnalibus obscura & deformis; gloriosa pulchra intùs, spirituali, videlicet, oculo fi paret.

Hoc est verum signum dividens & discern lucis à filiis tenebrarum, servos Christi à servis Illi oculo fidei aperto contemplantur invisibi gratiæ, quæ mortificatione comprehend acquiruntur: hi verò nonnisi sensus aperi culum illud duntaxat intuentur, quod defe in cruce.

Et hæc est scientia justis & sanctis propria: re & penetrare occultum Crucis mysterium mundo stultitia est, æstimare velut altissima pientiam, idque ipsummet crucis nomen in li bræâ indigitat.

Apostoli ante Christi mortem fugiebant post adventum Spiritus Sancti eandem desid & ultrò appetebant. Mutatio hæcè novo lu descendente exorta fuit, per quod aptabantur gnoscendum Crucis pretium, cui pariter attri venit constantia SS. Confessorum, nec non San fortitudo Martyrum.

S. Andreas Apostolus ardentissimè Crucem ravit, amplexatus est, rogavitque efficacissi ab eâ semoveretur, deponeretur que, hanc ob quam ipsemet ille insinuabat: *Quia virtute agnovi.* In ejus vitâ. Et N. S. P. Ignatius, cùm Salmanticæ vinctus oneratusque catenis, quibusdam religio sonis, ei per litteras compatientibus, respondit rùm se mirari, *Crucis mysterium illis occultum, & gloriæ thesauros in illa inclusos ignorare.*

In vero cœlestique lumine sancti perlustrabant priam Mortificationem, non tanquàm expropria

negationem, annihilationem; sed paupertatis mortificationem considerabant veluti æternæ gloriæ possessionem; afflictionem carnis tanquam cœli delicias: propriæ voluntatis abnegationem sicuti possessionem et appropriationem voluntatis Divinæ.

Magni lucri ac negotiationis species est, inquit Tertullianus, perdere parum, ut multum lucreris: *Species negotiationis est, aliquid amittere, ut majora lucreris: Tertull. ad Mart. c. 2.* erdere *momentaneum hoc & leve* terrenæ cujusdam oluptatis, & acquirere *æternum gloriæ pondus*: dis- *2. Cor. 4.* uelcere à vita sensuali & terrena, & consequaris spiriualem & cœlestem: spoliare te humano statu, ut suerinduaris Divino: omnibus se ptivare, ut omnium ossitaris dominio: annihilari in teipso, ut Deificeris n Deo.

Ex dictis certissimâ eruitur consequentia, nihil in hâc vitâ nobis rem hanc in veto lumine Divino considerantibus dignius, magis necessarium, & utilius esse ipsâ mortificationis gratiâ.

Res digna est, imò dignissima: quia est conformis omni rectæ rationi, humanæ & Divinæ: *Inter potentiam,* docet S. Thomas, *debet esse ordo, & perfectior dirigere p. 1. q. 7. a. 4. imperfectiorem.* Ergò voluntas superior debet gubernare & regere inferiorem, idque mortificatione mediâ, sibi subordinando & subijciendo istam.

Est necessaria pro statu naturæ corruptæ, in quo reperitur liber appetitus sensitivus sine freno justitiæ originalis: ergò media mortificatione refrenandus, regulandus, ac rationi subdendus est.

Est unus, quia est donum Dei, donum donorum, magnes omnium donorum, & gratiarum Dei. Ope & subsidio Crucis & mortificationis, ait S. Petrus, *quod 1. Pet. 4. est bonorum, gloriæ & virtutis Dei, & qui est ejus spiritus, super vos requiescit.* Quantum gloriæ, honoris, virtutis, quantum ex donis Spiritus, quanta insuper bona, sive gratiæ, sivè gloriæ, benignissimus Deus elargiri potest, ea abundanter nobis communicat mediante Cruce. *Et per hanc, & solum per hanc,* suas Deus distri- *S. Ansel.* buit gratias.

Quædam Dei famula frequenter rogabat Do[illegible] ut se ei dignaretur manifestare, & ille eidem paruit *in specie infantuli in fasciis acutarum* [illegible] *involuti*, ità, ut sine sui læsione & [illegible] plum attingere nequiverit. Unde cœlitus [illegible] non aliam nisi hanc superesse viam inveniendi [illegible] stum: transire per spinas, nimirùm, per [illegible] viam Crucis & mortificationis. Quapropter [illegible] S. Franciscus Xaverius de medio perfectionis [illegible] rendæ interrogatus, hoc dabat responsum: [illegible] *ipsum*. Et cùm rogaretur, cur semper idem respo[illegible] subjungebat; *Quia hoc tantum didici ex optimo* [illegible] *nostro Ignatio*.

S. Bonav. de vita Christi.

Et hæc satis de excellentiâ & necessitate [illegible] cationis. Modò breviter subiicientur varia [illegible] tionum genera.

CAP. II.

De Gradibus Mortificationis.

Bern. serm. de Bapt. 188

QUemadmodum peccati inquinamentum [illegible] tagio universalis est, quæ totum hominem [illegible] ctasque ejus infecit partes: *Totum infecit concu*[illegible] *tia, & lex peccati in omnibus membris invenitur*: eundem modum remedium universale, infectisque [illegible] tibus conforme sit, necesse est. Septem gradus [illegible] cationis distinguere possumus.

Primus gradus est mortificatio corporis, [illegible] sensuum, tertius passionum, quartus memoriæ, [illegible] tus intellectus, sextus voluntatis, septimus & [illegible] spiritus.

Hæc est scala septem graduum è terrâ ad cœlum [illegible] pertingens: quam cùm anima conscendit, & [illegible] magis magisque se purificat, egreditur ex seipsâ [illegible] Deum se transformat. De ejusmodi animâ ait Psal[illegible] *Ascensiones in corde suo disposuit. Ascensiones per gra*[illegible] *mortificationis*.

Psal. 83.

Ista scala illa, quam vidit Jacob, quæque *stabat super terram, sed cacumen ejus cœlum tangebat*, contemplabatur sanctus Patriarcha cœlum apertum, *Angelos ascendentes & descendentes, & Deum innixum scalæ.* Gen. 28. Scala hæc figura extitit illius mysticæ scalæ mortificationis, quæ nobis istius demonstrat effectus. Etenim, si te privas bonis terrenis, bona tibi exhibet cœlestia: si subtrahis te à conversatione & familiaritate hominum, Angelorum tibi suppeditat consortium: si à teipso te ejeparas, Deo te conjungis in æterna gloriâ.

Opus sanè arduum, nec exiguæ difficultatis negotium, quod, cùm sis gravatus corporis onere, tantisque hostibus, tàm internis, quàm externis, circumvallatus & molestatus, scalam nihilominùs ascensu adeò difficilem conscendere valeas. Sed audi, unde tibi expectandum auxilium, unde sperandæ vires: *Beatus vir, cujus est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit*: beatus, qui, de seipso diffidendo, totus confidit in Deo, & in succursu Divino: *Ascensiones disposuit*, & ascendet facillimè innixus Omnipotentis suffragio, *& in adjutorio Altissimi.* Psal. 83. Erut ab ascensu hujus scalæ exordiamur, de singulis gradibus in particulari disseremus.

De Primo Gradu,

Qui est Mortificatio corporis.

Finis proximus humani corporis, ut docet Angelicus, est anima rationalis, & operationes ipsius. Materia enim est propter formam, & instrumenta propter operationes agentis. Ex quo desumitur finis, mensura, & modus mortificationis carnis seu corporis. S. Th. 1. p.

Corpus debet esse subordinatum animæ, eique instrumenti instar inservire in suis operationibus. Quandò igitur corpus, resistendo animæ, huic fini ponit obstaculum & impedimentum, mortificandum, regulandum & subordinandum est per jejunia, cilicia, disciplinas, aliasque asperitates: *Non debemus*, inquit Bernardus, *corpori voluptatem, sed sanitatem.* S. Bern.

Et quotiescunque nec hæc expediret saluti sp[illegible] præsertim arimæ : *neque sanitatem ; sed jubje[illegible] sed afflictionem , sed laborem.* Verum excu[illegible]

Thom. de Kempis de disc. claust. quispiam dicendo : *Timeo frangere caput meum incurrere debilitatem. Quid loqueris, tipide? parva, non times magna? times jejunium, [illegible] gilias, times sollicitudines? & non times in jugi[illegible] à Dæmonibus torqueri , à Regno Dei excludi?* [illegible] dem sententia persistit idem Sanctus sermone [illegible]

Serm 3. in Psal. Qui habitat. ad fratres suos : *Durum vobis videtur , fra[illegible] cùm dicitur : Agite pœnitentiam? Erratis , [illegible] turi estis aliquando verbum asperum , sermonem [illegible] auditionem malam : ite maledicti in ignem [illegible]*

Galat. 5. Consideremus, quod ait Apostolus : *Quæ semi[illegible] homo , hæc & metet. Quoniam qui seminat in car[illegible] de carne & metet corruptionem : qui autem semi[illegible] Spiritu , de Spiritu metet vitam æternam.* Vi[illegible] tes carnis mortis semina sunt , æternorumque [illegible] tormentorum : afflictiones vero ac pœnitentiæ [illegible] ris semina vitæ sunt , & causa cœlestium delic[illegible]

Philip c. 3. Considera verba ista : *Salvatorem exspectam[illegible] minum nostrum IESVM Christum ; qui refo[illegible] corpus humilitatis nostræ configuratum corpori [illegible] tis suæ.* Si per pœnitentias corpus tuum attenu[illegible] humiliatum , ac simile effectum est corpori C[illegible] passo : prœmium quoque simile erit ei , quod [illegible] corpus Christi recepit glorificatum. Et propter [illegible] finem , dicit Nazianzenus , vult Deus animam [illegible] corpori , *ut conservum corpus suum* post vitæ [illegible]

Orat. 2. mortificationem *in sublimi collocet*, nempè, in [illegible] gloriæ.

Quandò verò impotentia mortificandi corpus [illegible] vibus pœnitentiis nasceretur ex defectu non qu[illegible] voluntatis, sed virium, vel propter naturam delica[illegible] vel propter debilem complexionem , vel propter [illegible] bitualem indispositionem ; in hoc, inquam, casu [illegible] adsunt remedia. Primum est , ut pœnitentiæ [illegible] planè intermittantur , sed fiant juxta vires & [illegible] cium Patris spiritualis ! quia mortificatio corp[illegible]

non habet medium rei, *sed rationis.* Ad hunc modum Angelus in Regulâ S. Pachomij non præscripsit communem quandam pœnitentiam, sed cujusvis remisit arbitrio accipiendi talem, quæ propriis corresponderet viribus juxta superioris directionem. Et Sancti Apostoli, qui communem habebant orationem & prædicationem (*nos autem orationi & prædicationi instantes erimus*) in sumendis pœnitentiis conformabantur instinctui ac impulsui Spiritus Sancti. Act. 6.

Secundum remedium est, ut defectus pœnitentiarum externarum suppleatur per interiorem, utpotè, nobiliorem mortificationem affectuum, passionum, potentiarum animæ, & præcipuè per continuum exercitium & studium præsentiæ Dei. Murmurabant Pharisæi, & dicebant Christo: *Quare discipuli Ioannis jejunant frequenter, tui autem edunt, & bibunt?* Respondit Christus: *Nunquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare?* Quæ verba exponit S. Thomas, dicens: *Discipuli Christi non habebant opus jejunare, quia præsentia Sponsi majorem fortitudinem illis dabat, quàm discipuli Ioannis per jejunium haberent.* Quare continua Christi præsentia, non solùm æqualiter; sed etiam superabundanter supplet jejunij defectum, cæterasque externas pœnitentias, quandocunque non est voluntas Dei, ut te in illis exerceas: siquidem affectum erga corpus, utpotè omnis deordinationis & defectus originem tibi subtrahit: & facit, ut anima habitet in corpore, tanquàm hospes in hospitio *transiturus, non permansurus*; veluti Intelligentia est in sphæra, manus est intenta motui; at cor totum est intentum Deo: sicuti Angelus est in assumpto corpore, utitur corpore, & fruitur Deo. Idque Apostolus inferre volebat, dùm corpus nostrum compellat nomine vestis: *Nolumus exspoliari, sed supervestiri.* Illud dominium, istamque facilitatem, quam experimur in usu vestis nostræ, in servitio & usu corporis nostri quoque habere debemus. Luc. 5. Opusc. 8. S. Aug. 2. Cor. 5.

De

De Secundo Gradu,

Qui est Mortificatio sensuum.

S. Thom. SEnsus ordinantur ad vitam & intellectum. I[illegible] viunt namque ad lucrandum & procuran[illegible] ctum pro corporis sustentatione, & ad subm[illegible] species sensibiles pro eliciendis operationib[illegible] Ex quo cognoscetur etiam modus illos mort[illegible] Spectatum accedis pulchrum florem, suavem au[illegible] sicam, gustas delicatum & sapidum cibum: & [illegible] sola delectatio? nec corpori nec animæ [illegible] sunt inordinati actus, & regulandi ac mort[illegible]

S. Thom. sunt *subtractione materiæ*, *aut mutatione fin*[illegible] cessa operari, aut operare propter alium bon[illegible] nem.

Mendacium est peccatum, docent Theologi, q[illegible] contra finem sermonis, qui est ore proferre, [illegible] sentitur in corde, & qui mentitur, differenter [illegible] loquitur, quod intelligit. Pari ratione usus [illegible] propter solam delectationem, erit abusus & pecca[illegible] quia est contra finem sensuum.

Igitur ante operationem examina, quo ducari[illegible] tivo: si delectatione, mortifica talem affect[illegible] si utilitate & commodo animæ, ut *per ea, quæ [illegible] sunt*, pertingas ad cognitionem & amorem Crea[illegible] ejus, perge operari, talis enim operatio verget [illegible] gloriam.

S. Aug. Noli considerare, monet S. Augustinus, del[illegible] tionem, quam tibi sensus proponit, sed finem [illegible] *Noli respicere ad delectationem; sed ad damnatio*[illegible] Considera, quantum venenum contineatur sub pa[illegible] lo mali, & ex altera parte, quantum præmium [illegible] ferat mortificatio & privatio istius delectationis. S[illegible] sus propter amorem Dei mortificati in hac v[illegible] pulchra omnium rerum creatarum visione gaude[illegible] in futura vita. Gaudebunt beata visione Hum[illegible] tatis Christi. Gaudebunt totali & completa pro[illegible] obj[illegible]

objecti satisfactione: *& oculus saturabitur visu, auris auditu implebitur*: & idem dicendum est de aliis sensibus. Eccles. 1.

De Tertio Gradu,

Qui est Mortificatio passionum.

APpetitus sensitivi finis, juxta S. Thomam, *est, subjici imperio rationis & voluntatis.* Et cùm homo sit compositus ex anima & corpore; *secundum utrumque appetitum, & superiorem, & inferiorem, debet tendere in bonum*: *secundum illud quod dicitur in psalmo: Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Ex hoc signo passionem aliquam, aut bonam, aut malam esse colliges: quando enim est *antecedenter ad rationem*, mala est; quandò verò *consequenter, vel per modum redundantiæ, vel per modum electionis*, bona est. Suppositâ hac doctrina, modus in mortificandis passionibus nostris servandus facilè cognoscitur. Et est hic, ut, nimirum, freno compescas, contineasque sub disciplina appetitum sensitivum, ita, ut non præveniat rationem & voluntatem superiorem; sed ei submittatur subjicia tur que. *In potentiis ordinatis*, docet S. Doctor, *secundum movens non movetur, nisi virtute primi moventis.* Ergò appetitus inferior movere debet motus ab appetitu superiori, tanquàm à primo movente. *Hæc est pax & tranquillitas ordinis*, quæ debet regnare in anima, & inter ejus potentias: voluntas *moveat mota à Deo*: appetitus *moveat motus à voluntate*: *& sola voluntas Dei increata sit movens immota.* Hoc est regnum Dei, quod *intra nos est*, *quando Deus subjicit sibi omnia, & Deus est omnia in omnibus.* S. Thom. 1. 2. q. 24. Psal. 83. S. Thom. 1. p. q. 81. c. 3. S. Aug. Luc. 17. 1. Cor. 15.

In studio igitur propriæ abnegationis & mortificationis, principalis cura constituenda est in regulando & mortificando nostrum appetitum, eumque rationi & voluntati superiori subjiciendo: sicque Divinum illud verificabitur oraculum: *Sub te erit appetitus tuus, & tu* Gen. 4.

& tu dominaberis illius. Huic fini multum
applicare & excitare appetitum sensitivum, ut
gusterque illa objecta sensibilia, quæ sunt
erigendo ipsum per fidem ad sensibilia perm
æterna alterius vitæ, quæ perfectè explent
S. Bern. appetitum nostrum. *Si quæritis, quærite;*
S. Aug. *quæritis.* Si quæris & desideras objecta
quære illa; non tamen in hâc, sed in altera
sunt æterna. Si quæris gustabilia, adorabi
non temporalia & transitoria; sed æterna
Hoc excitamentum appetitus utile quoque
luntas superior operetur perfectiùs & prompti
titus sensitivi cooperatione, veluti docet S. T
1.2 q. 34. art. 3. *Eligit homo ex judicio rationis, affici aliqua*
ut promptiùs operetur, cooperante appetitu
Et cùm homo hanc attigerit perfectionem,
efficiet statui Beatorum: *quandò seminatur*
1. Cor. 15. *male & resurgit spirituale.* Appetitus per
vilis est, ut hominem bestiis non reddat
Aſt quamvis potentia corporalis & materialis
jectata in anima & organo corporis materialis
tualis nihilominùs efficitur per virtutes &
quotiescunque subordinatur spiritui: cooperat
ritui Sancto in acquisitione gloriæ: & quan
apponit affectum carni; sed cunctas refutat
licias. Et quia hoc est opus omnipotentis
& efficacissima virtus gratiæ: ideò à Deo
auxilium, Deoque ter Opt. Max. reddatur
gloria.

De Quarto Gradu,

Qui est Mortificatio Memoriæ.

1. p q. 70. art. 4. *Memoria est thesaurus specierum.* Recipit &
servat species in usum intellectus: ergo
illam. Mortificario autem memoriæ accipienda
ordinem ad intellectum.

Purganda est memoria à phantasmatibus, uti docet Albertus Magnus, ab illis, inquam phantasmatibus, quæ sunt impertinentia, quoque impediunt, distrahuntque intellectum à sua propria operatione. Intellectus debet se occupare in cognitione primæ veritatis, earumque rerum, quæ sanctum Dei concernunt obsequium: & memoria easdem species huic fini necessarias in se conservet, necesse est. *Alb. Mag.*

De sanctissima Virgine dicitur: *Conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.* Reponebat, conservabatque in mente verba & facta spectantia ad Filium suum: *quasi ruminanda, & diligentius illa scrutanda.* *Luc. 2.* *Beda. ibid.*

De Quinto Gradu,

Nempe, de Mortificatione Intellectus.

Finis intellectus est proponere *objectum voluntati.* Unde per hoc, quod convenientia, aut disconvenientia proponat objecta, reddetur intellectus regulatus vel irregulatus: *Sicut dantur otiosa verba*, inquit Basilius, *ita dantur ottosa cogitata.* Quemadmodum lingua mortificanda & continenda est ab omni verbo inconvenienti, non ordinato à ratione ad Dei gloriam; ita intellectus. *1. p. q. 82. a. 4.* *Const. c. 8.*

De Sexto Gradu,

Videlicet, de Mortificatione Voluntatis.

Duplex est *regula humana voluntatis*, juxta doctrinam S. Thomæ; *ratio humana, & ratio Divina, quæ est prima regula, & lex æterna Dei, secundùm quod est directiva omnium humanorum actuũ in suos fines.* Et sicut in Deo ratio illa & conceptus quo concipit, *quomodò sit creandũ*, vocatur Idæa; ita ille actus Dei, quo intendit, & determinat, *quomodò rectè operandum in ordine ad finem*, dicitur *1. 2. q. 71. a. 6.* *q. 93. a. 1.*

dicitur prima regula, & lex æterna: & hisce ult[illegible] formari debet voluntas humana. Hinc cons[illegible] oritur, quod voluntas nostra motus gratiæ [illegible] motus verò naturæ mortificare debeat: illi [illegible] primam & summam Divinæ Sapientiæ regulam [illegible] non Dei spectant gloriam; hi nosipsos, prop[illegible] commodum respiciunt.

De Septimo & Ultimo Gradu;

Nimirùm; de Mortificatione Spiritus.

S. Aug. Thess. 5. HOmo tres habet partes, ut docet D. Augustin[illegible] doctrinam Apostoli: *corpus, animam & Spi[illegible]* Spiritus est pars superior animæ, quæ *dicitur me[illegible] mata & elevata* fide & gratia.

Hoc est summum mortificationis bonum, [illegible] ultimum promoveat perfectionis gradum, in [illegible] duntaxat purificatur anima ab omni inordinat[illegible] sed etiam ab actibus bonis & regularis, in quan[illegible] proprij. O potentia Altissimi, & opus omn[illegible] dens naturam! ubi voluntas sibiipsi renunciat, [illegible] ut velit sine velle, ita quidem, ut *voluntas fiat* [illegible] *Isaia. 62.* *luntas*, verificeturque Divinum illud oraculum [illegible] *cabitur voluntas mea in eo:* non sua, sed mea [illegible] vocabitur voluntas, non jam erit conformitas [illegible] voluntatis cum Divina, sed nostræ potiùs vo[illegible] transformatio in voluntatem Dei, adeò, ut [illegible] ampliùs sint voluntates moventes, sed una sola [illegible] nempè, Divina. Nobilissimam hanc mortificatio[illegible] abnegationem exercuit Christus in horto, quando [illegible] *Luc. 22.* *Pater, non mea, sed tua voluntas fiat.* Volebat [illegible] quamvis voluntas mea desideret mortem, & [illegible] tuæ sese conformet; nihilominùs renuncio hui[illegible] voluntati, esto etiam bona & sancta sit, ac vol[illegible] ceptoque mortem, non quia ita mea vult vol[illegible]

quia tu ita vis. Et hoc sufficiat pro scalæ nostræ complemento.

Verum, ut ad unicum solum principium omnes reducamus gradus mortificationis, quibus contingit ascensus & descensus per hanc scalam (*Quod*, ex mente S. Bernardi *Angelicum est*, fit enim descensus ad ultimum nostræ annihilationis, & fit ascensus ad summum deificationis in Deo) Notanda est doctrina S. Thomæ supra allegata: *In potentiis ordinatis secundum movens non movetur, nisi virtute primi moventis.* Primarius motor in homine est voluntas rationalis, ælia potentiæ sunt moventes secundariò: ergò voluntas unita parti suæ superiori Spiritus, uti & primæ ac summæ regulæ Divinæ voluntatis, tanquàm Regina & Domina regere ac gubernare debet corpus, membra, sensus, passiones memoriam & intellectum: continendo ea à motibus inordinatis, prohibendo eis omnem alium motum proprium, nisi sit conformis & ordinatus à motu regulato voluntatis. Ad hunc modum docet Philosophus, quod primum mobile reliquas moveat inferiores sphæras, & in Regno politico Princeps sibi subordinatos movet officiales. 1. p. q. 81. a. 1. *De anima* 57.

Hic igitur considera, anima mea, qualis erit cordis illius fœlicitas, quod mediante hoc sancto mortificationis continuæ exercitio ad tàm beatum pertinget statum, ubi voluntas soli se submittat Deo, *& sub Deo despiciat universa.* Hæc est summa sapientia, inquit Bernardus: *Bern.* *scire præsse, & subesse, & cæteris sub Deo præsse*, observando Divinum præceptum: *Illi soli servies, quia ipse solus est.* Ergò soli Deo debemus amorem, obedientiam, honorem & gloriam.

Inspice & respice totum hoc universum, singula percurre elementa, transcende sphæras cœlestes, oculos considerationis tuæ converte ad divitias & decorem paradysi, ad magnificentiam & multitudinem incolarum cœlestium, penetra cuncta naturæ bona, thesauros gratiæ, fœlicitatem gloriæ: nisi tandem attingeris Deum, cuncta erunt frustratoria: quidquid creatum est, limitatum & insufficiens est cordis nostri capacitati. Unicus solus Deus increatus, illimitatus, utpotè

S. Thom. *universale esse, universale verum, universale* quietam reddit animam, explet intellectum, [illegible] luntatem, teque in perpetuum fœlicem ac [illegible] constituit.

Hic igitur sit scopus & finis hominis Ch[illegible]

B. Ægid. *Sola soli, & una uni.* Sit sola anima soli Deo: [illegible] fugiat omne illud, quod non est Deus, & non [illegible] velit ametque consortium & familiaritatem. Et [illegible] de gradibus mortificationis. Videamus nunc [illegible] praxin, uti & conditiones ejusdem.

CAP. III.

De mediis ad assequendam mortificationem.

UNiversalia ac necessaria media, quibus mor[illegible] tionis scalam conscendimus, reducuntur [illegible] que capita. Primum est præsentia Dei. Secundum [illegible] moria Passionis Christi. Tertium oratio. Q[illegible] odium proprium. Quintum & ultimum est exe[illegible] contrariorum actuum.

Quod attinet ad primum, *Memoria Dei assi[illegible]* Basilius, *contra omnes tentationes medelam præ[illegible]* potentiæ superiores unitæ Deo ad eundem fine[illegible] trahunt potentias inferiores.

In curru gloriæ Dei, quem vidit Propheta Ez[illegible] rotæ non trahebantur ab animalibus; sed à seip[illegible]

Ezech. 1. vebantur, quia *spiritus vitæ erat in rotis.* Idem [illegible] spiritus se communicabat animalibus; mirabili [illegible] morphosi transformabantur in aliam formam Ang[illegible] rum & Cherubinorum.

Simile contingit animæ ex gratia Divinæ præ[illegible] Potentiæ superiores non trahuntur ab inferioribus [illegible] per virtutem ejusdem gratiæ, potentiæ inferiores, [illegible] ex naturâ suâ sensuales & animales sunt, fiunt spiritu[illegible] & non tantùm Angelicæ; verùm etiam quodam[illegible] Divinæ, cùm elevantur ad operandum in ordine [illegible] Deum & pro Deo. Beata præsentia! quæ immo[illegible] efficit animam, & dùm *innititur in immobili,* adim[illegible]

fatiatur: *Anima saturata* consolationibus cœlesti- S. Thom.
as *calcabit favum* terrenarum consolationum: à terrâ Prov. 25.
blevatus in altum: *Sustollam te super altitudinem terræ:* Isa. 58.
nde omni recreata facta superior obrutum suum figit
pulchritudinem verbi: *Et oculis desiderantibus Chri-* S. Hieron.
um, nihil aliud dignatur aspicere.

Secundum medium pro mortificandis & regulandis ectibus est continua memoria Passionis Christi: *ertussus, si aspexerit, vivet.* Variis affectatis tenta- Num. 21.
ionibus, motibusque inordinatis; Respice devotè ydeum serpentem, Christum, scilicet, Crucifixum, & liber evades. Inspice Christum hominem, & re- picieris à Christo: conjice mentis oculos in Passionem Filij, & Patris te respiciet misericordia: veluti Domi- nus cuidam sanctæ revelavit Personæ: *Anima, quæ de-* Blos. Mon.
votè respexerit Crucifixum, respicietur à Dei misericordiâ. p. 1. c. 1.
En facilitatem hujus medij: in unico consistit intuitu: *Respice, & salvaberis.*

Quapropter Apostolus mortificationem nostram Quâ justâ de causâ vocat *Mortificationem* IESV (*Morti fica-* 2. Cor. 4.
tionem IESV *in corpore nostro circumferentes*) non solùm, quòd eam sufferre debeamus propter amorem & glo- riam JESU, aut ad imitationem JESU, & ut ei assimi- lemur; verùm etiam, quod ipsam supportare nequea- mus, JESU deficiente auxilio: idque obtinebimus, si cum consideratione & memoriâ Passionis Filij non tra- damus oblivioni compassionem Matris, quæ stat juxta crucem, vel potiùs in eâdem cruce simul crucifixa cum Filio. Hujusmodi exemplo amaritudo crucis & mortifi- cationis tuæ dulcorabitur.

Tertium medium est oratio, veluti expressè ipsemet Salvator docuit dicens: *Vigilate & orate, ne intretis* Matth. 26.
in tentationem. Variis jactamur tentationum undis, nimium opprimimur mortificationis dolore: recurra- mus ad orationem, clamemus cum Apostolis: *Domine* Matth. 8.
salva nos perimus. Ut enim quæcunque gravis superetur tentatio, necessaria est gratia, quæ nonnisi media obtine- tur oratione: & hac de causa Adamum cecidisse ferunt, quod tentationis suæ tempore per orationem non con- fugerit ad Deum.

Quartum medium est odium proprium, no[illegible]
Ioan.12. commendatum a Christo hisce verbis: *Qui odit [illegible] suam, custodit eam, &: Qui non odit Patrem, & [illegible] & animam suam, non est me dignus.* Per sard[illegible] odium facilis efficitur mortificatio: nam odio [illegible] quod odio dignum est, idque non est natura, sed [illegible] piscentia, & inordinatus appetitus illius. Et si [illegible] odio habendum, odio quoque dignus est fomes [illegible]
S. Aug. pium & causa peccati: qui fomes, opinione D. Aug. *in tentatione hominis tenet locum serpentis, & [illegible] serpentem*: etenim, sicut Dæmon tentavit Adam [illegible] serpentem, tanquam per proprium instrumentum [illegible] nos tentat per appetitum sensitivum irregulatum [illegible] quotiescunq; mortificatur & vincitur noster [illegible] devincitur pariter & mortificatur Dæmon, eripi[illegible] ei arma è manibus. Serpens venenosus, serpens [illegible] concupiscentiæ, sentina iniquitatis, Sathanæ [illegible] primogenites Luciferi, pratum Inferni confusio [illegible] creaturarum deordinatio, animarumque dam[illegible] ultimum exterminium. Ille debet esse unicum [illegible] jectum, & terminus mortificationis, tanquam [illegible] tyrannus, rebellis, semper ligatus, frenatus, & [illegible] tuum carcerem damnatus habendus est. D. [illegible]
In Lucã c.1. cape consilium: *Noli esse terrenis alligatus*: [illegible] tere, ut tibi prædominetur sensus: *esto filius [illegible] mat te terra, non capiat: vereatur caro potestatem [illegible] tui, & concussa subdatur.*

Quintum & ultimum medium est exercitium [illegible]
Coll.12.5. actuum contrariorum: *Non possunt superari*, [illegible] Cassianus, *affectiones malæ, nisi introducantur bonæ* [illegible] per alterum superatur affectus, amor sui ipsius [illegible] amore Dei: quemadmodum in rebus naturalibus [illegible] forma corrumpitur per generationem alterius. [illegible] veritatem suo nos docuit exemplo Christus D. N. [illegible] do tentatus a Dæmone per authoritatem sacræ [illegible] ræ, respondit & vicit per authoritatem contrariam [illegible] versis obrueris passionibus superbiæ, desperationis [illegible] contrarios elice actus humilitatis, cõfidentiæ in Deo [illegible]
1. Cor.10. sicque non tantum non perdes, sed *facies*, ut inquit [illegible] stolus, *cum tentatione proventum.*

CAP.

CAP. IV.

De conditionibus perfectæ Mortificationis.

MOrtificatio, ut sit perfecta, debet esse totalis, continua hilaris, devota & perseverans. Primò, totalis, quæ complectatur totum hominem, nec ullam in homine relinquat partem immortificatam. Et hic erat sensus Apostoli, quandò dicebat: *Mortificationem IESV in corpore nostro circumferentes.* 2. Cor. 4. Undequaque mortificatione cingendi & circumdandi sumus, à dextris & à sinistris, abimo ad summum usque. Si quæ pars relinquatur immortificata; si quis affectus dominetur inordinatus, sufficiens est ad turbandam totam pacem animæ: *est Remora mentis*, ait S. Gregorius, nam retardat & impedit progressum animæ in via spiritus. Parvi momenti esse videtur, ait S. Chrysostomus: *Calceare calceum pede majorem*, nihilominus tibi obstaculo erit in incessu & progressu: *Sed non tolerabis, te enim ad gressum impedit: sic domus necessitate major ad cœlos transitum impedit.* Et ut assequaris hanc primam mortificationis conditionem, secundam, ut sit continua, acquirere satage. Hom. 2. ad pop. Antioch.

Secundò, mortificatio, ut sit perfecta, debet esse continua. Audi Apostolum: *Mortificationem Iesu semper in corpore nostro circumferentes.* 2. Cor. 4. Semper nobis incumbit mortificatio, quia semper sumus in conflictu, semper impetimur à nostris inimicis, nunquàm propterea deponenda sunt mortificationis arma. Et ut eò melius capias, quâ ratione id faciendum sit, adverte, duas mortificationis dari species: Una est negativa, quæ prohibet omnem inordinationem affectuum & passionum: & hæc exercenda est *semper, & ad semper*: etenim semper nobis rectè operandum est, nunquàm permittendus aliquis actus malus & inordinatus. Sic etiam mortificatio debet esse continua circa consolationes & commoditates corporales: excludendo omnes, solum admittendo

necessariam pro sustentaculo vitæ. Legitur de
S. Herm. Hermanno, quod fugerit omnem diligentiam,
Surius. superfluitatem in commoditate corporis, nec
quàm admiserit consolationem : & cùm ab
peteretur causa, dicere solebat : *Iesus prohibuit,*
permittit: prohibuit verbo, non permittit exemplo
optima regula : fugere & abhorrere omnia
ctamenta, veluti ea fugit & abhorruit Christus,
luti docuit ea esse fugienda & abhorrenda. Alter
tificationis species est positiva, quæ fit per
carnis afflictivas, & hæc exercenda est *proloco &*
juxta vires & directionem Patrum spiritualium
pra dictum est. Unde pro praxi tria omni cum
observabis. Primum est, habeas pœnitentias
secundum dictum modum determinatas. Secu
adsit quoque mortificatio & pœnitentia interna
tiarum, passionum & sensuum, quæ est pars
tionis externæ, semper & omni tempore. T
promptus sis & paratus ad suscipiendas qua
mortificationes, quæcunque foris tibi obvenien
tando, verum esse, illas, utpotè prædestinatio
media, venire è manu Dei : *Omne, quod applicat*
Eccles. 2. 4. *fuerit, accipe*, consulit tibi Spiritus sanctus ubi
Hugo. Hugo : *Si adversitas, medicamentum : si prosperi*
ficium : & pro utroque debes Deo gratias agere. Q
Balth. sunt mortificationis fontes, solebat dicere qui
Aluar. gnæ sanctitatis Pater è societate Jesu, & omnes
nati sunt primo fonti, ac primæ causæ, quæ est
primus, *tempus, secundùm vicissitudines frigoris &*
secundus, *mundus, secundùm contradictionem &*
tiones : tertius, *Corpus, per infirmitatem, famem*
quartus, *Proximus, per morum diversitatem* :
Spiritus, per ariditatem & desolationem.

Et quandò hæ mortificationes nobis adver
suscipiendæ & acceptandæ sunt non modò lubente
& lætanter, veluti dona & gratiæ è manu Dei.
terque standum est in illis generosorum instar
nec unquàm fuga capienda est. Hæc est causa
S. Cathar. S. Catharina, cur pauci proficiant in perfectione
quod non acceptent, sed fugiant mortificationes

Dei procedentes. Quare in praxi, quamprimùm tibi obvenit aliqua mortificatio, de tali gratiâ gratias age Domino, & in Divino ejus conspectu tanto favore agnosce te indignum, amplexare tribulationem istam veluti pretiosam & Divinam. Verum, ut modo jam dicto continua sit mortificatio.

Tertio, hilaris sit, necesse est, curando, ut in eâdem perfectâ persentias gaudium quoddam Beatitudinis, si non in voluntate, ad minùs in intellectu, per considerationem summi boni, quod per eam acquiritur. *Idem est motus*, docet S. Thomas, *medij & finis.* Igitur eadem cordis plenitudine, *ex toto corde*, ex totâ animâ: eodem jubilo & consolatione, quâ contemplamur finem gloriæ, considerandum est medium mortificationis: *Omne gaudium existimate fratres*, quandò, nempè, variis afflictabimur tentationibus & mortificationibus. Et si mortificatio continet *omne gaudium*, abs dubio continebit *omne bonum*, ac proinde nostra erit beatitudo in terris, juxta oraculum Christi: *Beati, qui lugent: Beati, qui persecutiones patiuntur.* Verum hæc lætitia & hilaritas conjuncta esse debet cum devotione, propterea:

S. Tho. 1. 2. q. 12. a. 4.

Iacobi ep. 1. c.

Matth. 5.

Quartò, devota debet esse mortificatio, munita continua memoria Passionis Christi, & Mariæ Virginis juxta crucem stantis, uti supra dictum est, & cum hac obtinebitur.

Quinta & ultima proprietas mortificationis, quæ est, ut sit perseverans usque ad mortem. Audi Bernardum: *Quid prodest Christum sequi, si non contingat consequi? Idiò Paulus ajebat: sic currite, ut comprehendatis. Ibi Christiane fige tui cursus metam, ubi Christus posuit suam. Factus est, inquit, obediens usque ad mortem. Quantumlibet ergò cucurreris, si usque ad mortem non pervenerit, bravium non apprehendes. Bravium Christus est.* In Christianis, ait Hieronymus, *non quaruntur initia, sed finis*: non sufficit vivere, sed oportet vivere & mori in cruce. Hæc sit sors nostra, hæreditas nostra, consolatio nostra. *Neminem audiamus, fratres*, consulit S. Bernardus,

S. Bern. epis. 254.

Epis. 19. ad Cor.

non

Serm. 1. de Pasch. *non carnem & sanguinem, non spiritum quam... sum à cruce suadentem. Persistamus in cruc... mur in cruce: deponamur aliorum manibus, ... levitate. Caput nostrum deposuere viri justi, ... dignatione suâ Angeli sancti deponant.* Sicque... erimus, nos fore transituros à Cruce ad ... à mortificatione momentanea ad consolatio... æternam, à morte ad vitam, quam nobis ... concedat DEUS.
Amen.

DEO Laus honor & gloria.

Finis primæ partis.



INDEX

Capitum & Materiarum, quæ hac prima parte Itineris Cælestis continentur.

Quomodo quilibet possit ac debeat se continere in continua præsentia Dei, ostendit exercitium primum. pag 1

Caput 1.

De necessitate præsentiæ Dei. 2

cap. 2.

De Utilitate ejusdem. 4

cap. 3.

De modo exercendi & practicandi in genere præsentiam Dei. 6

cap. 4.

De præsentia Dei per viam luminis naturalis fidei. 8

cap. 5.

De præsentia Dei per viam luminis supernaturalis. 11

cap. 6.

De præsentia Dei in interiori domo animæ. 15

Domus interioris cubicula tria, primum, secundum, & tertium. 15

Exercitium secundum Divini amoris.

Cap. 1.

De cognitione, quam supponit amor Dei. 19

cap. 2.

De objecto Divini amoris. 22

cap. 3.

De Bonitate Dei. 27

cap. 4.

De pulchritudine Dei. 25

cap. 5.

De modo contemplandi Divinam pulchritudinem. 27

cap. 6.
De contemplatione ſuavitatis Dei.
cap. 7.
De natura amoris Dei.
cap. 8.
De actibus Divini amoris.
Varii modi exercendi Divinum amorem.
cap. 9.
De primo modo exercendi Divinum amorem per petitionis.
cap. 10.
De ſecundo modo per Viam cooperationis.
cap. 11.
De tertio modo per Viam exempli.
cap. 12.
De quarto modo amandi Deum per viam deſideri
cap. 13.
De quinto modo praxis amoris Dei per viam gaud
cap. 14.
De ſexto modo per Viam laudis.
cap. 15.
De ſeptimo modo per Viam conformationis cum v Divina.
cap. 16.
De octavo modo per Viam pacis.
cap. 17.
De nono modo per Viam orationum jaculatoriarum.
cap. 18.
De decimo modo per Viam amoris ſuiipſius.
cap. 19.
De undecimo modo per medium odii ſuiipſius.
cap. 20.
De ultimo modo per medium amoris proximi.
Exercitium tertium conformationis Voluntatis humanæ cum Divina.
Cap. 1.
De natura conformitatis hujus, nec non de ratione eandem nos obligantibus.

cap. 2.
e effectu hujus conformitatis. 68
cap. 3.
e objecto hujus conformitatis. 69
cap. 4.
e fine conformitatis cum Voluntate Divina, nimirùm, de rectâ intentione. 77
cap. 5.
Quarationeomnis propria Voluntas fugienda sit. 82
cap. 6.
De consolatione & gaudio, quod percipit Dei executurus voluntatem. 83
cap. 7.
Quod voluntas Dei facienda sit in terra, uti sancti angeli eandem exequuntur in cœlo. 85
cap. 8.
De actibus Virtutum exercendis in praxi conformitatis cum Voluntate Dei 87
Exercitium quartum De Divina Sapientia.
Cap. 1.
De natura Divinæ sapientiæ. 94
cap. 2.
De modo assequendi Divinam Sapientiam. 97
Exercitium quintum De Methodo vivendi ac moriendi instar martyris JesuChristi.
Cap. 1.
De excellentia martyrii mortis & sanguinis. 103
cap. 2.
De dispositione ad martyrium. 106
cap. 3.
De modo pugnandi & vincendi in martyrio. 107
cap. 4.
De martyrio patientiæ. 114
Exercitium sextum De Oratione.
Cap. 1.
De necessitate orationis. 121
cap. 2
De modo meditandi. 128

Exer

INDEX.

Exercitium septimum De Mortificatio

Cap. 1.

De necessitate & excellentia mortificationis

cap. 2.

De gradibus mortificationis.
De primo gradu, qui est mortificatio corporis.
De secundo gradu, qui est mortificatio sensuum.
De tertio gradu, qui est mortificatio passionum.
De quarto gradu, qui est mortificatio memoriæ.
De quinto gradu, nempe, de mortificatione intellec
De sexto gradu, videlicet, de mortificatione vol

De septimo & ultimo gradu, nimirum, de mort
spiritus.

cap. 3.

De mediis ad assequendam mortificationem.

cap. 4.

De conditionibus perfectæ mortificationis.

FINIS.

ITER COELI,

Siuè

Exercitia Spiritualia,

Quibus

Itur ad Cœlum.

Pars Secunda.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EXERCITIV
PRIMVM

De Deuotione ergà sanctissim
Dei Matrem.

De Necessitate.

DUplici ex capite pullulat ex
tionis huius obligatio: ex dig
sanctitate Virginis in seipsâ, &
neficentiâ & misericordia, quam
causa salutis nostræ, nobis exhi
de vtraque differetur.

CAPUT I.

Maria Virgo in se sanctissima.

CErtissimum est, & extra omne dubium, iur
dum sanctitatis sanctis ipsis exhibendum ef
tum ac deuotionem: ordo enim Charitatis is ell
maior collocetur amor & reuerentia, vbi maius
sertur obiectum bonitatis & perfectionis: ergò
gnitas ac sanctitas Virginis (vt fidei docet veritas)
comparatione superat excedit que reliquorum om
Sanctorum dignitatem ac sanctitatem, deuotio q
quæ debetur B. Virgini, infinito quasi excessu

perate debet deuotionem, & si Virginis sanctitas prima est post sanctitatem Christi, deuotio & cultus, quem sanctissimæ Deiparæ debemus, primus quoque est post cultum Christo debitum. Hanc sanctitatem cum exstasi admirationis contemplantes sancti Patres, quò magis oculum intellectus ad illius attollebant cognitionem, eò maiori voluntatis affectu & deuotione eandem reuerebantur & amabant. Vnde cum admiratione exclamabant: *O sanctissima puritas, & puritas sanctissima!* *S. Ansel.*
O sancta, & sanctis sanctior, & omnis sanctitatis sanctissimus thesaurus! O cœleste prodigium! O mare gratiarum! *S Pet. Dam*
O mare spirituale habens gemmam electam Christum! O *S. Ignat.*
purissimum vniuersi orbis terræ miraculum! O Sancta, O Sancta, O Sancta Maria Dei genitrix, Mater & Virgo! O matricem & amatam nostram. Tales erant S. Patrum affectus ergà Dei Matrem, & correspondente deuotionis actu eam adorabant, amabant, reuerebantur, tanquam inæstimabilem omnium virtutum thesaurum, immensum perfectionis totius pelagus, sanctarum gratiarum abyssum profundissimam, Matrem Sancti Sanctorum, *speculum sine maculâ, & candorem lucis æternæ*, quia *ipsam sanctitatem per essentiam Christum Dominum concipit, peperit, educauit.* Et hæc est prima causa, O Virgo immaculata, ob quam indignissimus ego *ante tuum tribunal genibus prouolutus offero, dedico, consecro* me totum, corpus, animam, sensus, potentias, vitam ac mortem tuo seruitio & obsequio, tuo honori & gloriæ tuæ, ac propono tibi seruire; teque honorare & reuereri, tanquàm dignissimam Dei Matrem, tanquàm sanctissimam omnis perfectionis idæam, veluti venerandum Sacrarium Spiritus Sancti. Tua mihi concedatur deuotio, tua mihi communicetur imitatio, amor tuus mihi donetur, *& dilues sum satis, nec desiderabo quidquàm posito in cœlo, & in terrâ, in tempore & æternitate.* Et hæc de primâ huius deuotionis causâ, ad secundam nunc progrediamur,

S. Ephrem.
Idem S. Bona.
Gerson. 2. serm. de
S. Bern.
lib. 1. vt sup.

Caput II.

Maria Virgo causa nostræ salutis

Sanctissima Mater vnà cum Christo coo
opus redemptionis & salutis nostræ; Ch
quàm causa primaria, B. Virgo veluti causa sec
Christus vt *Pater futuri seculi*, Virgo vt *Mat*
um; Christus mediante suâ passione, Virgo
suâ compassione; Christus nobis promeruit
merita *de condigno*, Virgo per merita *de congr*
loquitur S. Bonauentura, *de digno*; Christus
voluntatis, quo acceptauit mortem, nostræ
nis ergò, nos generauit ad vitam gratiæ, &
illo perfectissimæ Charitatis, quo mortem
æterno obtulit Patri, nostræ salutis gratiâ, no
in spiritu vitæ. Denique si Christus in Cruce
& consummauit opus nostræ salutis, Virgo C
in summis doloribus; nos, tanquàm filios suos,

Albert. Mag. Deo. Vnde Albertus de Virgine intelligi
lum: *parturiuit Sion* (*id est speculatrix*) filio
rum B. Virgo in speculatione & consideratio
sissimæ passionis & mortis Filii parturiuit nos
filios suos, ad gratiam. Et hæc ordinatio
Diuinæ Prouidentiæ conuenientissima erat:
si Protoparentes nostri Adam & Eva volun
cordi, vnanimique cordis consensu concurre
dictionem & ruinam Mundi; Christus pariter
eius simul vniti, eodem consensu, operam

S. Bern. nostram salutem. *Sicut Adam*, ait S. Bern
fuit solus in nostrâ damnatione; ità nec Chris
strâ saluatione; sed Christus principaliter, Ma
principaliter. Ipsamet B. Virgo reuelauit S.

S. Brig. S. Bona in spec. B. V. *Sicut Adam & Eva vno pomo simul vendider*
dum; ità Filius meus & ego quasi vno ictu pu
mimus Mundum. Vnde infert S. Bonauentura,
ut dicitur de Deo: *Sic Deus dilexit Mundum,*
suum vnigenitum daret; ita dici possit de B. V.
Sic Beata Virgo dilexit Mundum, vt Filium suum

mdaret. Et si Apostolus dicebat de Christo, *qui dilexit me, tradidit semetipsum pro me*, & de Virgine dicere *Ad Gal. c. 2*
ffem: *qui dilexit me, & tradidit, non semetipsam, sed ium suum, quem supra se diligebat, pro me, vel seipsam n se, sed in Filio.* Ex quo optimum S. Chrysostomus aluit documentum: Duo construes altaria in mon-Caluariæ, vnum Christo, alterum Virgini consecratũ: no Christum corpore crucifixum; in altero B. Virgi-em animâ crucifixam contemplaberis, & utrumque crificium ad tuam salutem ordinatam est; deinde co-am hinc proftratus Altaribus habitationem tuam ibi-em instrues, te offerendo in hostiam, in sacrificium, & perpetuum holocaustum Christo crucifixo & Mariæ rucifixæ, Christo propter martyrium corporis, Mariæ ropter martyrium cordis. Præterea, quemadmodum Christus est causa salutis nostræ non vniuersalis dun-axat, sed etiam particularis, ita quoque sanctissima Vir-o. Voluit ergò Deus, quod, sicut hæ duæ causæ, vna rincipalis, altera minùs principalis in nostram vtilita-tem & beneficium semper fuêre vnitæ & coniunctæ in prædestinatione, in consensu, in merito, in exemplo, in Passione, ita etiam simul concurrant in executione, ef-icacia, & applicatione gratiæ. Quapropter si Sancti Christo attribuant nomen Saluatoris, B Virginem Me-diatricis condecorant titulo; si Christum appellent ca-put, Mariam collum esse asserunt; & si Christo dent nomen fontis, Mariam vocant aquæductum. Vndè si Christo reconciliare exoptes, ad Mariam, quæ est mediatrix, tibi recurrendum est. Si desideres à capite tuo, Christo, influxus recipere, per collum, quod est Ma-ria, eosdem speres, necesse est. Si aquam è primo fonte vnà haurire percupias, per aquæductum, qui est Maria, eam derivabis & obtinebis.

Quod si igitur Maria Virgo est causa salutis tuæ, se-cundario quodam modo, *& mediatè de condigno*, quia *concepit & peperit Christum*, *& immediatè de congruo*, quia charitate suâ concurrit acceptando mortem Filii, & dando consensum, non per aliam viam, quàm per B. Vir-ginem salutem sperare poteris: *per ipsam*, per meritâ ipsi-us, *cum ipsa*, cum eius gratia, *in ipsa*, deuotione erga ipsam exercenda.

Et si Christus decreuit nulli conferre gratiam, simul eandem impetrauerit sanctissima Virgo, participabis influxus ex capite illo, nisi per eius ex Diuino illo fonte aquas haud obtinebis, nisi aquæductum, Deum minimè habebis propitium Mediatricis huius interuentu. Et si Christus, vt D. Bernardus, collocauit in Mariâ *sui Sanguinis* *Serm. de aquaduct.* *fationem, redempturus humanum genus, Dominum vniuersum contulit in Mariam, quia sic vult Matrem honorari*, quâ ratione sanguinis huius esse poteris, nisi recurras ad huius thesaurum cem? Inæstimabiles gratiarum thesauri sunt sacratissima Christi vulnera, quorum claues rit Virgo Maria, quæ eosdem aperit deuotis famulis. Hæc est dignitas, quam super omnia sceptra ambire, desiderare ac procurare mus, vt, nimirùm, huic Reginæ deuotè seruiamus uotorum famulorum eius numero asscribamur. *lib. de laud. B. Virg.* *uire huic Reginæ*, ait D. Anselmus, *regnare est ei mancipia numerari plusquàm regium. Hæc via*, deuotio ergà sanctissimam Virginem, *eâ; qui eam inuenerit, inueniet vitam, & hau tem à Domino.* Et hæc de secunda causa huius sufficiant. De modo eandem exercendi differamus.

Caput III.

De modo exercendi deuotionem ergà simam Dei Matrem.

EXercetur hæc deuotio tenendo & conser semper viuam in corde, verbo, & opere. corde, censendo Virginem sanctissimam ram Dei Matrem, sperando mediante eius salutem, amando eam post Deum supra omnes congratulando ei veluti Filii Matri, Patris Filiæ sancti Sponsæ, ac totius Vniuersi Imperatrici, ei agendo pro omnibus beneficiis, quæ ab ipsa

ſam à pientisſimo eius Filio tecepiſti. Loco omnium gratiarum ſolam petendo ab ea deuotionis gratiam, *vt tecum omnia bona pariter cum illa*, offerendo te tàm excellæ Reginæ in ſeruum, & mancipium perpetuum, denique, paucis vt plura complectar, conſtituendo cor tuum in viuum templum dedicatum & conſecratũ veneration i ac cultui excellentiſſimæ Dei Matris. Ibi memoriam, ipſius recordando beneficia; tuus intellectus, illius meditando prærogatiuas & priuilegia, voluntas tua, amando & amplectendo imitationem heroicarum eius virtutum. Hæc deuotio in corde tuo conſeruabit cæteras deuotionis functiones ad ſalutem neceſſarias, obedientem te efficiet ſanctiſsimæ Trinitati, patientem in tribulationibus cum Chriſto crucifixo, auidum panis Angelorum in ſanctiſſimo Sacramento, & ad oſtium cordis tui deſtinabit Angelum cuſtodem tuum, defenſoremque ab hoſtium inſidiis te protegentem. O te fœlicem, Anima mea, ſi tantà digna facta fueris gratiâ, cor tuum non iam paradiſus terreſtris; ſed cœleſtis erit habitario Dei, Templum Spiritus ſancti, regia Chriſti aula, Thronus Imperatricis Angelorum, idque totum, *precibus meritis, & gratiâ Mariæ benedictæ in ſæcula.* Secundò, hanc oſtendes deuotionem in verbis, ſanctiſsimam inuocando Matrem in cunctis neceſsitatibus tuis, apud alios mentionem faciendo & diſcurrendo de eius prærogatiuis, virtutibus & priuilegiis, benedicendo & laudando eam, offerendo etiam diem varias orationes vocales, puta, recitationem officii, Roſarii &c. Tertiò, in opere, omnia, quæcunque perfeceris, dirigendo opera ad maiorem eius, ſanctiſſimique Filii ſui gloriam, inſuper & feſta eius ſingulari cum deuotione ac præparatione celebrabis, ac quotidiè inſraſcriptam recitabis proteſtationem & orationem, in qua ſeptem actuum ſuprà memoratorum, quibus deuotio erga B. Virginem comprehenditur, fit mentio, ac de die in corde eam adorabis actibus præſertim virtutum Theologicarum, fidei, ſpei & charitatis, dictas poſtulando virtutes ab ea, quæ eſt Mater pulchræ dilectionis & ſanctæ ſpei.

Oratio ad B. Virginem.

PRotestor, sanctissima Virgo MARIA, Matre[m] ram sanctissima Trinitate, totaque cœlesti quod te solam post Christum, vt singularem m gnoscam, ac venerer Patronam, Dominam, Adu & Matrem.

1. Me offero Maiestati tuæ in seruum tuum, ut cipium perpetuum in tempore, & per totam æte

2. Te æstimo, pronuncio ac proclamo vt veram trem Dei.

3. Spero, tuo interueniente suffragio, gloriam stem & vitam æternam.

4. Te amo & diligo post Filium tuum super o

5. Totus exulto gaudio, summaque perfectio tia tuæ infinitæ quasi dignitatis ergò, quod sis Ma carnati verbi, Filia Patris æterni, Sponsa Spiritus Regina Angelorum, ac totius Vniuersi Imperatrix

6. Immensas tibi refero gratias pro omnibus ciis, quæ te mediante à Diuina recepi Maiestate.

7. Rogo te propter pretiosissimum Sanguinem Christi pro me peccatore effusum, vt plenariam torum meorum remissionem, nec non veram imi rum tuarum virtutum, Humilitatis, Obedientiæ, ritatis, Patientiæ, & ad mortem vsque Perseuer imitationem mihi impetrare digneris, Amen.

Caput IV.

De Mediis pro acquirenda hac deuotione.

Opusc. de dilect. c. 10.

QVatuor sunt, & simul coniuncta, iuxta doctr S. Thomæ (quæ ad quamcunq; aliam virtutem tinendã pariter inseruiunt) & sunt Lectio, meditatio & exercitium: vt igitur eò magis accendatur deuotionem præcelsæ huius Reginæ, necesse est mus meditemurq; virtutes & gratias Dei Matris

is, & duodecim illis priuilegiis, quæ modò recensebun-
ur, comprehensas, postulemusque ab ipsa deuotionis
uorem, & eundem modo supra exposito exercea-
us.

Duodecim Sanctissimæ Virginis Priuilegia.

Primum Priuilegium.

PRÆDESTINATIO.

Prædestinata fuit vt Mater Dei, vt causa nostræ prædestinationis, & vt finis Vniversi.

PRimò prædestinata fuit Mater Dei *Dominus possedit me in initio viarum suarum*, (de se ipsa loquitur B. Virgo) ab æterno me possedit, eligit ac prædestinauit Deus ad maximam, post Deitatem celsitudinem ac dignitatem, qualis est Maternitas Dei. Vnde Bernardus: *In mente Dei prædestinata fuit, vt Deum ipsum hominem procrearet.* Et sicut ex prædestinatione Christi, qua prædestinatus fuit Filius naturalis Dei, colligit S. Thomas, quod Deus plùs amarit solam Christi Humanitatẽ, quàm reliquas omnes creaturas simul, ita ex prædestinatione B. Virginis, qua electa fuit in naturalem Matrem Dei, sequitur, Virginem sanctissimam plus à Deo dilectam fuisse, quàm reliquos omnes Sanctos simul cum tota Angelorum caterua.

Prou. 8.

S. Bern. serm. de B. V. c. 4.

1. p. q. 20. a. 4. & q. 25. a. 6.

Secundò prædestinata quoq; fuit, vt nostræ prædestinationis causa. Vndè ab Ecclesia appellatur: *Mater viventium, Mater electorũ*, quia mediante sua intercessione non tantum nos genera uit ad vitam gratiæ & gloriæ, verum etiam iam dudùm antè nos produxit ad vitam æternæ electionis & prædestinationis. Quamobrèm sicut dicitur de Christo: *Prædestinauit nos in adoptionem filio-*

Ephes. 1.

filiorum per Iesum Christum in ipsum, nimirum p
rita, & ad imitationem Christi; pari quoque ra
B. Virgine dici potest: *Prædestinauit nos Deus t
nem filiorum per Mariam in ipsam*, per merita
Mariæ, & ad imitationem Virginis Mariæ: p
Christi *de condigno*, per merita Mariæ Virgin
gruo.

Tertiò, fuit etiam prædestinata tanquam
vnive: si cunctarumque creaturarum finis pres
subordinatus: etenim dignitas Matris post illam
dignitatem summè bona est in seipsa, & per se ipsa
mè appetibilis, ergò amanda & appetenda est p
ipsam, & alia propter ipsam. Ex quo infertur
omnes creaturas fuisse productas propter finem
dinatũ tamen alteri fini) nimirum, propter
honorem & gloriam sanctissimæ Virginis.

Coloss. 1. Christo affirmat Apostolus: *per ipsum, & in ip
sunt omnia*, quia *ipse est primogenitus ante omn
turam*, idē pariter dici potest de Virgine, quoniam
Eccl. 24. *& in ipsa creata sunt omnia*, de ipsa namque can
clesia: *ipsa est primogenita ante omnes creatu*
quemodmodum sacra Scriptura, ità productio
Serm. 2. Penthe: subdit S. Bernardus, tanquam finem respicit
Virginis: *De hac, & ob hanc, & propter hanc om
ptura facta est, & totus Mundus est.* Ex iis, quæ
primo priuilegio dicta sunt, considera, quanta
tio illa, quam debemus sanctissimæ Virgini, ho
omnia, vt ait S. Bernardus, omnes gratias, abe
prædestinationis nostræ incipiendo, *Deus habuit
Serm. de Assumpt. luit per Mariam*: Quapropter magno cum fund
Andreas Hierosolymitanus vocat Virginem D
prospectiuam Dei, quià oculo Diuinæ miseri
nullo alio modo, quàm Virgine mediante re
subleuat nostras miserias: Deus nos prædestin
mò respicit prædestinationem Virginis; com
turus nobis gratias & virtutes, easdem commu
pter virtutes & gratias Virginis. Ideò conclud
bemus, quod *per Deum per Mariam, & in Mar
mus, mouemur & sumus*. Ergò *omnia per Mari
ad Mariæ* offeramus laudem & gloriam.

Secundum Priuilegium.

MATERNITAS DEI.

Maria Deipara, & Deifica in Chriſto.

PRimò, non tantũ Maria Chriſtifera, ſed etiam Deiparafuit: quià verè ac propriè concepit ac peperit hominem Chriſtum, qui erat verus Deus. Et hæc excellentia Maternitatis Dei, veluti docet Angelicus, *habet dignitatem quandam infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus.* Vnde ſanctiſsima Virgo propter ſingularem ſuam ſanctitatem, aut etiam propter dignitatem Matris naturalis Dei, meretur adorationem Hyperduliæ, & ſicut vnio perſonalis in Chriſto nil aliud formaliter eſt, quàm ſuſtentatio; ſed radicaliter & *exigitiuè*, vt loquuntur Theologi, eſt omnis perfectio, & omne donum gratiæ & gloriæ; ita dignitas Matris Dei eſſentialiter aliud non eſt, quàm ordo quidam & relatio ad Chriſtum tanquam ad Filium; at radicaliter & *exigitiuè* eſt coadunatio & vnio omnium gratiarum, & propter hanc dignitatem Virgo cunctis eſt prædita gratiis & perfectionibus, nec eſt donum Dei ita perfectum, puræ creaturæ communicatum, quod ipſa non ſit aſſecuta in gradu ſemper maiori & excellentiori. S. Tho. 1. p. q. 25. art. 6.

Secundò, eſt etiam Deifica, non tantum in ſe, ſed in Chriſto, vt vult Auguſtinus, quia *caro Chriſti caro eſt Mariæ, & quamuis caro Chriſti gloriâ reſurrectionis fuerit glorificata, eadem tamen manſit, quæ ſumpta eſt de Maria*; & fortè hoc piè creditur particulare fuiſſe priuilegium in Beatiſsima Virgine, quod illa ſanguinis portio, quam ſubminiſtrauit formationi Corporis Chriſti, ſempèr perſeuerarit eadem, & nunquam virtute caloris naturalis in Chriſto aſſumpta fuerit. Et hæc gratia Petro Damiano fundamentum dedit aſſerendi, quod *Deus in Virgine eſt quarto ſpeciali modo, ſcilicet, per identitatem, quia* De Aſſumpt. B. V. c. 5. De Nativ. B. Virg.

quia idem est, quod ipsa in Christo, modo explic

Tertiò, fuit insuper honorata à Filio suo ca Mater, cùm, nimirum, Christus quodammodo serit erga eam veluti subditus, conformiter loqu Euangelista: *erat subditus illis*. Et sicut Do non sustulit à Christo, vt esset verus Filius Vi ita nec ipse se eximere voluit ab actibus reuerenti lio & subdito competentibus; licet in Christo queat vera & necessaria subiecto in ordine ad M Vnde exclamat Petrus Damianus: *Hinc tacuit tremiscat omnis creatura, & tantam dignitatis sitatem vix audeat aspicere, ideò non regat Filius*

De laud. B. Virg. *Ancilla, sed imperat vt Domina.* Quibus Richardus de Victore: *Orat Patrem, sed iubet* vt sibi & Patri æterno communem. Ex quo discrimen inter orationem Matris & aliorum Sa

S. Anton. de B. V. 4. p. tit. 15. c. 17. rum, vt docet S. Antoninus: *Oratio Sanctorum tantum gratia. Oratio autem Virginis innititur Dei iure naturali & iustitiâ*, & præterea, *dum Sanc petrant, etiam per Mariam impetrant.*

Ex hoc secundo priuilegio Virginis sequitur mentum omnis nostræ lætitiæ; quia eadem illa est Mater Dei, simul est Mater nostra, & Virgo illum est Mater Christi tanquam personæ pa verum etiam vniuersalis Capitis Ecclesiæ, cuius mus membra: ergò illa eadem, quæ est Mater C tanquam Capitis erit quoque Mater nostra & om tanquàm membrorum. Et si *Maria est Mater* sumit Hugo, *& Christus erit frater tuus. & Deus Pater tuus, & Regnum cœlorum hæreditas tua omnia bona erunt tibi cum illa*, ergò profundissima dam humilitate ac reuerentiâ præcelsam adeò

Hugo.

Eccl. 24. acceptemus in Matrem, confitentes cum d in ipsa & per ipsam *est omnis spes vitæ & virtutis.*

Tertium Priuilegium.

SANCTITAS.

Sanctiſſima fuit Virgo Maria propter aliqualem immenſitatem gratiæ, propter eminentiam virtutum, propter Diuinorum influxuum abundantiam.

PRimò immenſa fuit gratia Mariæ, quia, ut docet Angelicus, *habuit gratiam ſufficientẽ ad ſtatum*, proportionatam ſtatui Matris Dei, qui eſt ſtatus excellentiæ & dignitatis infinitæ; quod S. Bernardinus hoc declarat exemplo: *vt ignis generet ignem, nulla requiritur diſpoſitio, quia habet ex natura ſua, ſed vt ferrum generet igneus, oportet, vt fiat ignitum; ſic vt Deus generet Deum, nulla requiritur diſpoſitio; ſed vt mulier generet Deum, neceſſe eſt, eleuetur ad quandam æqualitatem cum Deo per quandam quaſi infinitatem gratiarum & donorum, & ſit vt Diuina.* S. Th. 3. p. q 7. a. 10. S. Bern. tom. 5. con 61. a. 1. c. 12.

Hoc idem alio quodam exemplo, nempe, Intellectu Beati illuſtrati poteſt; iſte enim non concurrit tanquam purum inſtrumentum ad viſionem Dei, ſed *per modũ naturæ & connaturalem* debet eleuari & fieri quaſi Diuinus mediante Lumine gloriæ: ita ſanctiſſimà Virgo quia non fuit ſolum inſtrumentum, ſed vera cauſa & naturalis Mater generationis Chriſti, neceſſarium fuit, mediante gratia eleuaretur (ſi ita dicere fas eſt) ad quandam quaſi æqualitatem cum Deo, vt digna Mater Dei eſſet; quare ſi poſſibilis eſſet gratia quædam infinita, hæc competeret Virgini, vt proportionaretur dignitati infinitæ Maternitatis Dei. Et hæ duæ dignitates, inter ſe proportionatæ, formæ, nempe & diſpoſitionis Maternitatis & gratiæ, ab Angelo expoſitæ ac declaratæ fuêre ipſi Virgini, vt aduertit Sanct. Thomas, in ſalutatione Angelica, quia dicendo: *gratia plena*, expreſſit dignitatem gratiæ, & ſubiungendo: *Dominus* S. Th. opuſc 8.

nus tecum, id est, ex vtero concipiendus, declara[illegible]
tatem Matris. Et hic stupor & admiratio om[illegible]
cedit intellectum, quod creatura eò vsque pro[illegible]
vt sit facta digna Mater Dei: vndè iure merito [illegible]
Origines: *O digna digni, immaculata sancti, [illegible]*
vnica vnici? & hoc titulo, *digna*, existimat Am[illegible]
compendio restringere omnes gratias Virginis, [illegible]
Quid in singulis moror? digna fuit, ex qua Filius [illegible]
sceretur.

Orig. tom. 3. hom. 1. & 10.

Secundò, iuxta excellentiam gratiæ habuit [illegible]
eminentissimo ea, quæ proueniunt à tali gratia, [illegible]
omnes omninò Sanctorum omnium virtutes. [illegible]
in intensione. Secundò *in multitudine.* Tertiò [illegible]
quia eas accipit *per infusionem.* Quartò *in tempore*
instanti enim conceptionis suæ eas obtinuit. [illegible]
in puritate, purissimæ namque fuêre absque [illegible]
tione habitus, aut passionis contrariæ. De[illegible]
exemplo, enimuerò Beata Virgo sola in Eccle[illegible]
constituta est *vt vniuersale exemplum omnium* [illegible]
tum imitandum post Christum, *in cuius vita* [illegible]
in speculo refulget omnis forma virtutis, quid [illegible]
quid effugere, quid timere debeamus. Cedunt [illegible]
tutibus Virginis Virtutes Sanctorum Compre[illegible]
rum, & Angelorum cœlestium, *quia habuit* [illegible]
modum viæ, simul per modum patriæ inamissibilis [illegible]
modum viæ meritorias. Tertiò, vltrà dignitatem [illegible]
tiæ & virtutum habuit sanctissima Virgo con[illegible]
communicationem cœlestium influxuum, Di[illegible]
inspectionum, & auxiliorum efficacissimorum: [illegible]
splendoribus animam eius Dominus, & vt alii [illegible]
splendore splendorum, & ardore ardorum, id est [illegible]
splendore & summo ardore, cum plenitudine Di[illegible]
minis in intellectu, cœlestis flammæ Charitatis [illegible]
luntate, cum perpetuo quodam gaudio in summo [illegible]
no, cum perpetuo beneplacito Diuinæ voluntatis [illegible]
uis quotidiè cremabatur ardoribus, & ad Filii sui [illegible]
mum & indesinentem intuitum affectuosissimè [illegible]
bat. Hoc est priuilegium gratiæ, prærogatiua [illegible]
proptiæ Matris Dei: eique data fuit non pro se [illegible]
xat, sed vt nos omnes eiusdem redderet participes.

S. Ambros. lib. 2. de virtut.

S. Anton. 4. p. tit. 15.

Isa. 58.

uit gratiam, docet Sanct. Thomas, *non solùm per* S. Tho. opusc. 8.
fusionem in se, sed etiam per refusionem in
nos; idque innuit titulus, quem ei attribuit Ecclesia
cendo: *Mater gratiæ*; quia est Mater gratiæ increatæ,
uæ est Christus, & per consequens Mater gratiarum
reatarum, disponens de illis, easque mediâ suâ inter
essione postulans pro iis, pro quibus ipsa vult: vnde de Eccl. c. 24.
ipsa loquens ait: *In me omnis gratia viæ & veritatis,*
in me omnis spes vitæ & virtutis. Quod si igitur opte-
mus gratiam, desideremus perfectionem, appetamus
amnem virtutem, instanter ac continuò eam postule-
mus à Matre Dei, quæ est Mater & Fons gratiarum, Re-
gina virtutum.

Quartum Priuilegium

PURITAS

Libera fuit sacratissima Virgo ab omni peccato ab inclinatione & tentatione peccati.

PRimò fuit sinè peccato, actuali & originali: quia S. Th. in 4. dist. 44. q. 1. a. 3.
iuxta doctrinam S. Thomæ *puritas intenditur per*
recessum à culpa: ergo vbi summa extitit puritas & san-
ctitas, qualis fuit in B. Virgine, ibi nullum potuit esse
peccatum, neque actuale, neque originale.

Hocidem confirmat S. Anselmus: *Decens erat*, in- S. Ansel. de Concept. B. V. cap. 18.
quit, *vt Beata Virgo eâ puritate niteret, quâ maior sub*
Deo nequit intelligi. Idque fuit conueniens: primò ra-
tione Patris æterni; ex quo enim ordinabat, quod Vir-
go esset Mater sui Filii, generatio humana Verbi, *quæ est*
ex vtero Matris, quoad fieri poterat, assimilanda erat
puritati generationis diuinæ, *quæ est ex corde Patris.*
Secundò ratione Spiritus sancti; cùm enim disponeret
Virginem, vt esset digna Mater Dei, rationi conforme
erat, vtad ipsiusmet Dei puritatem, quantum puræ cre-
aturæ patiebatur capacitas, proximiùs accederet. Ter-

tiò

Aug. lib. 1. de nat. & grat. c. 3. tiò propter honorem Filii, *& propter* [illegible] *Christi*, vt loquitur Sanct. Augustinus, [illegible] mè conueniens fuisset, vt Diuina eius Perso[illegible] nem aliquanto temporis spatio peccato infec[illegible] sumpsisset: *Gloriam filiorum Patres eorum, de*[illegible] *Pater sine honore.* Et quamuis Virgo sancti[illegible] Conceptione sua non esset actualis Mater Chri[illegible] men, quia ordinabatur ac disponebatur ad dig[illegible] illam, debebat esse lux purissima absque omni [illegible] vmbra peccati.

Prov. 37.
Eccles. 3.
S. Th. 3. p. q. 27. art. 5

Secundò, Virgo non sine peccato duntaxat [illegible] etiam sine propensione & inclinatione ad peccat[illegible] que probatur ex eodem principio summæ pu[illegible] sanctitatis Virginis debitæ summæ vnioni, qua[illegible] Virgo cum Deo ratione Maternitatis, & huic [illegible] puritati, qua maior sub Deo reperiri non poterat, S. Anselmus, certo quodam modo repugnab[illegible] peccati, *qui est moralis quædam necessitas ind*[illegible] *peccatum.*

D. Anselm

Tertiò, libera quoque extitit B. Virgo ab om[illegible] tatione intrinseca causata à Dæmone: etenim p[illegible] animæ sanctissimæ Virginis tali modo regulat[illegible] firmatæ erant in bono, vt nulla virtute Dæmon[illegible] rint fieri inordinatæ, imò nec disponi ad el[illegible] actum indifferentem & indeliberatum. Summ[illegible] Virginis puritati adiungitur, tanquam vltima [illegible] summata perfectio eius, Visio clara & intuitiua [illegible] Puritatis Diuinæ Essentiæ, ad quam, vt multis sa[illegible] cet Doctoribus, eleuata fuit in instanti etiam C[illegible] ptionis suæ, ita vt non solum concepta fuerit in g[illegible] ne peccato originali, sed etiam in gloria ratione [illegible] nis claræ Dei. In Conceptione ipsius, affirmat [illegible] trus Damianus, *in candorem lucis æternæ sing*[illegible] *ritas conuersa est.* Quod idem confirmat S. Ber[illegible] asserens: *In prima sua sanctificatione in Lumine* [illegible] *bat lumen*, & Antoninus: *Datum est nosse, cui* [illegible] *experiri, & quod tantum Patri est notum, sit & M*[illegible] pro ratione adducit Gerson potentiam Dei cum [illegible] tia, *potuit dare fruitionem Patriæ in instanti* [illegible] *& decuit.*

3. p. q. 41.
Pet. Dam. serm. de Assumpt. to. 2.
S. Anton. 8. p. tit. 15. c. 17. §. 1.
Sup. Magnif.

Etsi de S. Paulo affirmat S. Thomas in conuersione sua, quod viderit Diuinam Essentiam, quanto id æquiore affirmari potest de sanctissima Virgine, quando in instanti Conceptionis suæ non tantum sanctificata fuit; sed etiam cum immensa gratiarum plenitudine in omni sanctitate & perfectione confirmata, in qua tamen ad finem vsque profecit. Fortè hoc ipsum innuere voluit sacratissima Virgo, quando loquens S. Brigittæ, dixit, quod in instanti Conceptionis suæ *tanta dulcedine repleta fuit, vt impossibile sit effatu*; & hæc dulcedo ineffabilis, secundùm Apostolum, nil aliud est, quàm Beatæ Visionis gaudium. 2. Cor. 12.

Profundissima ergò ac humillima reuerentia odoro, O purissima Virgo, sacrosanctum Conceptionis tuæ mysterium, benedicendo diem, horam & momentum quò fuit creata illa anima, infusus iste spiritus, viuificatum & animatum corpus illud, quod debebat esse templum viuum Spiritus sancti, & thalamus nuptialis magni illius sponsalitii celebrandi inter naturam humanam & Diuinam. *Adoro, Virgo sanctissima, purissimam Conceptionem tuam*, & per eam, te precor, *fiat cor meum immaculatum, vt non confundar*, & corde iam purificato semper ac indelebili charactere imprimatur nomen tuum; tum, Amen.

Quintum Priuilegium.

VIRGINITAS.

Virginitas Mariæ Virginis fuit Fœcundissima, Humillima, Efficacissima.

PRimò fœcundissima, quà coniuncta Maternitati, & coniuncta Maternitati Dei *miraculum super omnia*, inquit S. Bernardus, *quà generat Mater est & Virgo, qui generatur Deus est & homo*, & quemadmodum Deo non conueniebat nasci *nisi de Virgine*; ita Virgini *non congruebat* S. Bern. serm. de

gruebat generare nisi Deum: vndè infert idem
Doctor, Virginitas & fœcunditas Mariæ
mutuæ, quia vna nascebatur ex altera, *Virginitas*
cunditate, & fœcunditas ex Virginitate, & in
eius anima, tanquam in cœlo animato *mutuo*
hæc duo sidera illustrabant. Hæc fuit causa,
metsi eo tempore nullum extiterit præceptum,
silium, neque exemplum huius virtutis, eam
nùs B. Virgo elegerit, & à principio Concep
Voto confirmauerit: quia Deus, qui ex Virg
volebat, inspirauit ei huius virtutis desiderium
qumque, quo votum illud obseruare debebat,
uit. Neque quidquam voto contrarium egit,
endo in matrimonium: siquidem per reuel
quoq; accepit, quod S. Ioseph voluntati suæ
futurus esset contrarius, imò quod idem cum
set virginitatis votum. Neque Virginis votum
tra legē, asserentem: *Non erit in te infœcunda*,
Hæc enim verba non continent præceptum,
missionem; vndè Virgo non fecit *contra, sed*
ceptum.

Secundò, non fuit duntaxat fœcundissima
Virginitas, sed etiam humillima, *& si virginitas*
tamen ex humilitate concepit, & si virginitas
ma, purissima quoque fuit humilitas propter
am suæ nihilietatis supremique esse Dei conte
nem: *Totaliter se annihilabat sub volito Diuino*
actualem relationem ad Diuinam Maiestatem
nihileitatem.

Tertiò, fuit etiam efficacissima: etenim non
in se custodiebat puritatem; sed in aliis etiam
suâ eam causabat: *Solo aspectu concupiscentiæ*
tinguebat, & mundanorum hominum corda
desideria eleuabat. Cuius sola modestia exter
S. Thomam, non erat causa; sed vigor gratiæ
Nō sola naturalis forma, aut modestia; sed erat
gularis gratia. Meritò igitur dicitur Virgo Virg
micæria Virginitatis; quia omnes superauit non
duntaxat, sed etiam Angelos: *In beatâ Virgine*
fuit multiplicior, vtilior & gloriosior; quia

S. Bern in Sign. Magnum.

S. Bonav. de Vita Christi. c. 3.
S Th. q. 28. art 4.
Exod. 13.
S. Tho. in 4. dist. 33. art. 2.
S Bern. in Homel. tom. 2. ser. 51. art. 1. c. 3 & art. 3 cap 2
S. Ambros. lib. institut. Virg c. 7.
Alens q 9 memb 7.
Henric lib 2. de B. V c. 2.
S. Tho. in 3 dist. 3. q 1 a. 4. quæst.
S. Antonin p. 4. tit. 15. c. 17. §. 4.

fuit & in corpore, & in anima, pariter cum merito & victoriâ *non per tentationem carnis, sed per tentationem spiritus*, quomodo castitas fuit in Christo Domino nostro, & in Angelis extitit solùm in spiritu sine merito, & cum necessitate. Ex iis, quæ hucusque diximus de Virginitate Matiæ Virginis, efficacissimum tibi proponitur medium, quo perseues, teque conserues in castitate & puritate. Eundem illum effectum, quem in terris hic existens Virgo suâ causabat præsentiâ, operatur modo per memoriam; conserua in corde tuo memoriam sanctissimæ Virginis, memor semper illius, & prærogatiuarum ac priuilegiorum eius, & in templo caltos purosque experieris cogitatus, sanctosque effectus: *Virgo singularis*, oremus cum Ecclesia, *inter omnes mitis, nos culpis solutos, mites fac & castos.* S. Th. in 4. dist.

Sextum Priuilegium.

MERITUM.

Meritum sanctissimæ Virginis fuit eminentissimum in termino, in intentione, in continuatione, inter omnium Sanctorum merita.

PRimò merita B. Virginis fuêre eminentissimâ ratione termini, quia *meritorum verticem vsque ad solium Diuinitatis erexit*, neque duntaxat *habuit merita congruitatis ad gratiam & gloriam*, veluti alii Sancti habuêre, verùm etiam *merita congruitatis ad Maternitatem Dei, ideò talis eligitur Virgo, quæ tantum haberet meriti, vt Dei Filium in se susciperet.* Idque Diuinæ Sapientiæ proprium est, vt non communicet dona absque prævia dispositione, vel de condigno, vel *de congruo*, ab auxilio suo Diuino promanante. Priusquam igitur communicaretur infinitum dignitas infinita Maternitatis Dei, conueniens fuit, S. Greg. Reg. 1. S. Aug. ser. 10. de Nat.

congrua præcederet dispositio & meritum, qu
pit ab instanti Conceptionis Virginis, & in vl
stanti salutationis Angelicæ, ac toto hoc temp
cursu magnus Magister cœlestis Spiritus Sanct
suit ac perfecit sanctissimam illam Animam, vt
Dei habitaculum effici mereretur.

In Orat. Ecclesiæ. Secundò, meritum B. Virginis nimirum in
magnoque excessu superauit merita omnium
rum, quia meritum & præmium inter se habent
tionem, ergò si præmium & dignitas superat ag
onem cunctarum dignitatum Sanctorum, me
riter superabit collectionem omnium merito
rundem Sanctorum. Imò addit S. Bernhard
De festis B. V. serm. 15. sanctissima Virgo solo illo actu, quo præbuit co
Angelo (quia eo promeruit infinitam digni
ternitatis Dei) aliquid longè maius promeru
reliqui omnes Sancti simul & vnitim sumpti,
cessus meriti ex quatruplici capite debetur Vir
mò, propter excessum excellentiæ Maternitat
dictum est. Secundò, propter excessum amo
fuit à Deo dilecta, cùm plùs, quàm reliqui om
cti collectim sumpti, è Deo dilecta & adamata
donum infinitum Maternitatis Dei, quo ea
Spec. B. V c 6. Tom. 2 serm. 51. c. 3. de festiuit. B. V. *Ecquid mirum*, asserit S. Bonauentura *si præ om*
ligat, quæ præ omnibus est dilecta? & potiùs, inq
nardinus, *pra sola Virgine redimenda* incarnatus
stus, quàm pro cæteris cunctis hominibus co
ceptis, & nobilissimo quodam redemptio
S. Fulgent. de B. V. quomodo redempti fuêre Angeli, *non sanando*
seruando; non vt surgerent, sed nè caderent. Te
pter excessum gratiæ, & quia est causa omnis
congruo, cunctas, necesse est, continear gratias
que omnem gratiam, & si perfectio effectu
præcedere & præsupponi in sua causa: *omnis*
S. Bonau. in spec. de B. V. c. 6. *Mariam confluxit, quia per Mariam omnis gratia*
ros defluxit. Ex qua ratione magno cum fund
concludit S. Bernardus, cunctarum creaturarum
S Bernard. serm. 2. de Assumpt. fixos intentosque esse in B. Virginem, quia ab ip
ipsam præstolantur gratiam: *Meritò in eam re*
oculi omnium creaturarum, quia in illa, & per

la illa benigna manus omnipotentis, quidquid creauit, re-creauit. Quartò, propter excessum perfectionis in operando semper secundùm æqualitatem, quo operationis genere habitum adeò reduplicauit, vt vltimo illo actu amoris Dei, quem B. Virg. ante mortem suam immediatè, elicuit, tantùm promeruit, quantùm omnibus totius peractæ vitæ actibus simul vnitis. Et hic efficacissimus operandi modus ex quatùor causis procedebat: primò, ex immensa copia primæ gratiæ: secundò, ex infusorum supernaturalium habituum excellentia: tertiò, ex Diuinis auxiliis abundantissimis & efficacissimis: quartò, ex remotione omnis passionis contrarium gratiæ retardantis. Hæ sunt diuitiæ ac thesauri meritorum Matris Dei, in hisce nobis sperandum est, hosce offerre debemus Christo in defectu nostrorum meritorum, his ce ditanda est operum nostrorum egestas & inopia: si speres, exoptesque te vnire Christo, tanquàm membrum capiti, procura te vnire Mariæ, tanquam collo, quia, vt sacri asserunt Doctores, *Tota pulchritudo gratiæ, qua est in Christo, vt in capite fluente, est in Maria, vt in colle transfundente.* Con fide, & spera in meritis Christi, sed per mediata Mariæ Virginis merita. O sanctissima merita, per vos, & in vobis est tota mea spes & fiducia. Impetat me Dæmon, quantùm voluerit, desperationis iaculo, pugnent contra me cuncti Sathanæ satellites, Totus denique in me sæuiat inferus, & ego semper dicam: Tu es, Virgo, spes mea, & tota ratio Spei meæ, spero in *Maria*, in gratia *Maria*, in sanctissimis & efficacissimis meritis *Mariæ*, *ipsa spes mea, ipsa vita mea, ipsa gaudium in æternum, Amen.*

S. Epiphan. S Bernard S. Ephren.

Septimum Priuilegium.

SCIENTIA.

Intellectus Beatissimæ Virginis fuit illuminatus & illustratus omniscientia, naturali, supernaturali, & beatâ.

PRimò, cognitio debet proportionari gratiæ, & dona intellectus donis voluntatis: ergò cùm B. Virgo sit

prædita gratia perfectissima, dignitati Matris Dei proportionata, hoc idem asserendum est de cognitione. Quam ob causam intellectus Virginis plenitatus fuit omnibus scientiis naturalibus & supernaturalium non materialium duntaxat; sed etiam spiritualium & Angelicarum, quia tanquam omnium Dominæ ac Reginæ competebat ei, vt omnium rerum polleret notitia & cognitione, &, vt

Tom. 2. serm. 51. c. 2

Sanct. Bernardus, hæc scientia ei infusa fuit in ma sanctificatione, quæ contigit in eius conc *Vt perfectè intelligeret creaturas, Creatorem, C tus, & omnia bona amplectenda, & omnia ma gienda.* Secundò, intellectus sanctissimæ V dotatus quoque fuit cognitione & scientia supernaturalium, idque etiam in instanti Conc

S. Antonin 4 p. tit. 15. c. 19.

ipsius: primò fuit ei communicata fides infusa *Angelico sine conuersione ad phantasmata*, Theologia infusa, tertiò, scientia etiam infusa eis bus supernaturalibus repræsentantibus myste

Alb. lib. 1. de B.V. cap. 71.

pernaturalia: *Habuit sanctissima Virgo*, ait Alb *mul cognitionem vespertinam & matutinam fidem & scientiam infusam*, ratione cuius habi num orationis continuæ etiam in somno, vbi huius scientiæ non habet à sensibus dependen

S. *Anton. 4. p. tit. 15.*

Tertiò, Beatissima Virgo insuper ditata fuit

S. Bern. Hom. in missus est.

Beatâ, ratione Visionis claræ Dei, vt docet S rum plurimi, *& reuelationem in Verbo, & bum, vel species infusas*, ac vndecim annorum

S Cyprian. serm. de Nat. B.V.

quo Beata Virgo in templo commorata fuit, *beatâ quotidiè fruebatur*, inquit S. Hieronymus damentum huius priuilegii est excellentia dig

Rup. lib. 3. in Cant.

Matris; quia cum Christus esset Filius Beatæ V non tanquàm purus homo; sed vt homo Deus gruum erat & decebat, vt Virgo eum, vt hom

S. Hieron. lib. de ortu B.V.

Deum, perfectè & clarè cognosceret, tùm nitate, tùm in Diuinitate; & si hoc idem priu concessum fuit aliis Sanctis, vt multi referun Paulo & Moyse, quanto magis illud concedi est sanctissimæ Virgini. Neque vllius robo quod aliqui asserunt, id esse verum in dom

riam perfectionem & sanctificationem spectantibus, bi videre Deum *in via est donum gratis datum*; siquidem hoc donum, ut benè notat Suarez, spectat ad gratiam sanctificantem, cum non actualis visio dunxat, sed etiam illius memoria excitet animam, eamque in singularem eiusdem Dei accendat amorem. Haec fuit eminentissima Virginis scientia, non ab humano, sed à superhumano Spiritus sancti magisterio solum dependens, & post Incarnationem pro Magistra ipsam Incarnati Verbi Sapientiam adepta fuit. *Accedite ad eam, & illuminamini*; deprecemur Sanctissimam Virginem, vt nostræ ignorantiæ dissipet tenebras, illuminet nos in cognitione veri boni, & iuxta lumen cor nostrum accendat in sanctissimum Virginis simque Filii amorem.

Octauum Priuilegium.

DOMINIUM.

Maria Virgo potentissima in natura, in gratia, in gloria.

PRimò, in natura, nam, cùm sit Mater Creatoris, dominium eius se extendit supra omnes creaturas: *Rerum omnium creatarum Domina effecta est, cùm Creatoris Mater extitit* Et hoc dominio verè ac propriè potitur, veluti attestatur Sanct. Athanasius: *Quia qui natus est ex Virgine Rex & Dominus est. Mater, quæ eum genuit, verè & propriè Regina & Domina est.* Ratio est, quia dignitas Filii redundat in Matrem, cum sit eius effectus: ergò idem dominium Filii Regis ac Domini supra omnes creaturas, Matri quoq; commune erit: sed quid mirum, quod dominium Virginis se extendat ad omnes creaturas, cum etiam (si ita dicere libeat) ad ipsum Creatorem se extendat? *Sanctissimæ Virgini*, ita loquitur Sanct. Ber-

S Dam. lib c. 15.

S. Athan.

nardus, *omnia famulantur, etiam Deus, qui eam illis.*

Tom. 3. ſerm. 3. de nomine Mariæ.

S. Bern.

Ex hoc dominio ſuboritur Potentia mira-rum, *non per modum tranſeuntis*, vti fuit in alijs ſed *per modum habitus & permanentis*; ſiquidem uenies erat, vt Mater Dei in eo, quod abſolute ſemper eſſet efficax: *O fœlix Maria*, exclamat S. dus, *data eſt tibi poteſtas in cœlo, & in terra, vt volueris, valeas efficere*, & in particulari poſt Ascen-nem Chriſti, quâ remanebat in terra tanquam Ma-fidei, congruum erat, vt in illius confirmationem ret miracula, & pro declaratione ſuæ Diuinæ Ma-tatis haud ſolùm miraculorum operatrix eſt; ver-is etiam talem communicat poteſtatem, omnia-dem Sanctorum miracula virtute & intercessione

Damaſc. Orat. 1. de Natiuit.

Andr. Creten. ſ. orat. 2 de Aſſump.

Damaſc. ſerm. 1. de Nat.

Prou. 8.

Virginis patrantur, vndè à D. Damaſceno vocatur *culorum officina*, quia omnia miracula è Virgine unt manibus, & Andreas Cretenſis appellat eam *um miraculorum*, quæ quomodocunque facta fiunt, effectricem: at miraculorum miraculum met erat: *Tota erat in ſeipſa miraculum*, Mater & Virgo, creatura & Creatoris Mater, mo deſcendens, ſed absque ullo peccato, etiam o

Secundò, dominium Virginis extendit ſe bona ſupernaturalia gratiæ, *mecum ſunt* ſeipſa loquitur) *& iuſtitia*, propter eandem prà allegatam de Maternitate Dei, Domini & gratiæ: quare omnia bona ſpiritualia & ſuper per eam communicantur, & quemadmodum

Ariſtot.

Solis vniuntur in Luna, & per Lunam commu terræ; ita gratiæ Chriſti deſcendunt immedia ginem, & per Virginem diſtribuuntur Angel minibus, hinc fit, quod appelletur *Mater ſalu*

S. Germa. de cœna Domini,

parturit ad ſalutem, & ad vitam gratiæ: *Et nullus ſalus fiat, niſi per te, O ſanctiſſima, nemo eſt, qui à malis, niſi per te, O puriſſima, nemo eſt, cui donum cedatur, niſi per te, O chariſſima:* & contrà vero uinos tuos, Virgo ſanctiſſima, haud partici xus: impoſſibile eſt, vt habeant ſpem ſalutis;

S. Anſelm.

uerſus ad te impoſſibile eſt, vt pereat, ita auerſus poſſibile eſt, vt viuat.

Tertiò denique, dominium & potestas Virginis manifestatur quoque in gloria, quia Filius eius *est Rex gloriæ, & in Hierusalem potestas mea. Data est ei potestas in cœlo & in terra. & in manu eius vita & mors*, & ipsi per Sancti gloriam suam à glorioſissima Virgine derivatam agnoscunt, & cum admiratione, infinitam eius proficientis potestatem, dicunt: *O Domina benedicta quid est, quod non poteris? quod enim tu vis, hoc factum est.* Lætor, & congratulor tibi, ô potentissima Virgo, de admirabili tuo dominio in omnes creaturas, cape etiam, te precor, dominium animæ meæ, tibi eam consecro & dono, *ita sit tua, & nullo modo mea.* Eccles. 24. Reuelat. S. Brig. lib. 4. c. 74.

Nonum Priuilegium.

MEDIATRIX.

Virgo sanctissima Mediatrix est inter naturam humanam & Diuinam, inter Christum & Ecclesiam, inter animam & Deum.

PRimò, mediatrix fuit inter duas naturas in purissimo suo ventre in vnitatem personæ Verbi Diuini connexas & vnitas. Quot quantasq; tibi, ô sanctissima Mater, totum genus humanum referre tenetur gratias? nomine cuius te reuerenter adoro, vt primicæriam & causam salutis nostræ. Tu fuisti cœlestis ille currus, qui inuexisti in terram Verbum Diuinum, Angelorum tot millibus in obsequium tuum occurrentium stipatus: *Regium vehiculum, quo vectum Verbum in carne venit, currus Dei multiplex millium millia lætantium.* Scala fuisti Pons ille immensus, è terra ad cœlum usque pertingens, per quem Deus in terras descendit: *Hæc sola Pons est, per quem Deus ad homines descendit*, Sacerdos iuxtà & altare fuisti, quia cœlestem nobis consecrasti panem: *Sacerdos & altare detulisti nobis cœlestem Panem.* Proclus. Epi. de B. V. Epiph. serm de B. V.

Secundò, Virgo beata non tantùm nobis dedi Chri-
stum, verum etiam reconciliauit, & indiès ac con-
reconciliat nos Christo, Mediatricis fungens offi-
ter Ecclesiam & Christum: *Quia opus est media-*
mediatorem Christum, qui licet misericors, habet
iudiciariam potestatem, & sicut Filius stat ante Pa-
ostendens latus & vulnera, Mater est ante filium
pectus & vbera, nulla ergò ibi potest esse repulsa, vbi
tot amoris insignia. Et hoc est totius nostræ spe-
mentum: *Filioli, hæc peccatorum scala, hæc mea ma-*
fiducia est: Aue igitur Dei & hominum mediatrix
ma: Aue totius terrarum orbis conciliatrix effi-
Recurramus ad Virginem, tanquàm *ad gratiæ in-*
cem, salutis mediatricem, sæculorum restauratricem
precemur & rogemus eam tanquàm *Mundi sal-*
cem, sæculi reparatricem, & peccati interemptricem.

Tertiò, non sufficit pientissimæ Virgini, vt in-
dat pro reconciliatione Ecclesiæ in vniuersali; ver-
iam de salute cuiusvis animæ in particulari solli-
efficaciter eis applicans merita sui sanctissimi Fi-
que ordini Diuinæ Sapientiæ omninò consentan-
vt Diuinæ gratiæ influxus descendat à Deo, vel-
mo fonte, de Deo ad Christum, de Christo ad Virg-
de Virgine & per Virginem ad nos, & hæc celebris
nitas, Deus, Christus & Maria significātur ab Isaia
phetâ *per virgam, florem & spiritum: per virgam*
florem, per florem ad spiritum in ipso requiescentem
nitur; Sic per MARIAM ad Christum ascendimus
per Christum gratiam Spiritus sancti inuenimus, per
quod benè Mariam alloquens D. Bernardus ait: per
cessum habemus ad filium; O Benedicta inuentrix
genitrix vitæ, Mater salutis, vt per te nos suscipiat, per
te nos redemit, Beata illa anima, cuius ante mentis
los præter Christum mediatorem apud Patrem
obuersatur sacratissima Virgo Maria mediatrix
Christum; secura erit, reperietque *gratiam reconci-*
tionis in hac vita, *& æternæ benedictionis* in altera.

S. Bern. super signum mag.

S. Bernar. serm. de aquæduct.

Epiph. de laud. B. V.

S. Bern. Episc. Nicom. orat. de Præsent. B. V.

Isa. c. 11.

Bonau. in spec. c. 6.

Decimum Priuilegium.

MATER MISERICORDI-

In vita, in morte, & post mortem pientissima.

S. Anton. de B. V. tit. 15. c. 22.

PRimò, misericordia ita propria est B Virgini, *vt qui misericordiam petit sinè ipsa duce, sinè pennis tentat volare*; duabus enim partibus constat Regnum Dei, potentiâ & Misericordiâ: *duo hæc audiui, quod potestas tua est, & tibi Domina misericordia*; & quia placuit Deo diuidere Regnum suum, sibi retinuit partem Potentiæ, & alterâ misericordiæ ditauit Matrem.

Psal. 61.

Serto c. 4. super Mag.

Adamus ad Thronum misericordiæ, ad Thronum Matiestatis, vbi expediuntur cuncta memorialia gratiæ, & nunquam patiemur repulsam, quia est Mater misericordiæ vniuersalis, videlicet, non misericors duntaxat erga innocentes, verùm etiam erga pessimos peccatores: vndè quædam sancta vidit aliquando B. Virginem, sub pallio suo diuersa cooperientem animalia, quæ significabant omnis generis peccatores, quos Virgo tota misericors *suo pallio protegebat, maternâ pietate defendebat, & singulos contrectando amicabiliter blandiebatur, quemadmodum qui catulo suo blandiri solet, donec eos Filio suo reconciliet*; & eadem beatissima Virgo cuidam alteri Sanctæ viteriùs reuelauit dicens: *Nullus est adeò maledictus, qui quamdiu viuit, careat misericordiâ meâ.* Ea propter Pater æternus loquendo B. Catharinæ de Beatissima Virgine dixit: *Posita est tanquam esca dulcissima ad capiendos homines, & præcipuè animas peccatorum.*

S. Bern.

S. Methild. lib. 4 cap. 9 reuelat.

S. Brig. lib. reuel c. 9.

S. Cath. apud Blosium.

Secundò, exhibet viscera misericordiæ speciatim tempore mortis nostræ summè necessariò: quamobrē quando Ecclesia eam cōpellat inuocatq; dicens: *Maria Mater gratiæ, Mater misericordiæ*, subiungit: *Tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe*, quasi vellet dicere, Tu, O Virgo sanctissima, quæ es Mater gratiæ, ac proinde gloriæ, *quia gratia est semen gloriæ*, defende, protege nos ab inimico nostro, & post vitam gratiæ ipsâ horâ mortis nostræ nobis etiam impetra vita gloriæ.

Tertiò, succurrit quoq; nobis post mortē in purgatorio diebus præsertim illis, qui alicui memoriæ Virginis Matris, aut Filii ipsius dedicati sunt, vti asserunt sacri Doctores, ac colligitur ex variis multisque exemplis Virginem Deiparam innumerabili Angelorum caterua stipatam descendisse ad purgatorium, plures animas ex eodem ereptas conduxisse secum ad Sanctam

ctam cœlestis paradisi libertatem, imò in die
mæ Assumptionis eius, vt refert Gerson, Purg
fuisse euacuatum, & si in coronatione vnius Reg
res aperiuntur, quantò magis in coronatione Dom
terea eo tempore, quo morantur in Purgatorio
merita & intercessionem Virginis pœna Purgato
missior & leuior, veluti ipsamet illa reuelau
Brigittæ.

Exoremus igitur B. Virginem, quæ est Mater
cordia, illos suos misericordes oculos ad nos conuerta
Iesum benedictum fructum ventris sui nobis post hoc
um ostendat, siquidem abyssus nostræ miser
habere nequit elapsum, nisi in abyssum miseri
Mariæ quæ est Mater gratiæ, Mater misericordiæ.

Serm. de Assumpt.

S. Brigitt. reuel.

Vndecimum Priuilegium.

CRUX.

Fuit Crux, quam sustinuit B. Virgo summo dolore, summâ fortitudine, & cum nostri summo fructu.

PRimò, fuit summus dolor, nam, vt benè not
nardus, *in eadem mensura* incipit Passio &
Passionis: ergò si fructus Passionis, qui e
gratiæ & gloriæ, amplior communicatus fuit B. V
quàm reliquis simul creaturis, necesse quoque
sentiret Passionis dolorem plùs, quàm reliquæ
ergo si Virgo Christum immensum dilexit amo
quoque in Passione eius compassione tacta fu
lore: *Plùs omnibus doluit, quia plùs omnibus dilexit.*
B. Virgo reuelauit S. Brigittæ, dolor Christi
Virginis, quia cor Christi per affectum erat co
nis: *Audaciter dico, dolor eius dolor meus, quia cor*
meum, & cùm flagellabatur & pungebatur, sic
quasi cor meum, flagellabatur & pungebatur. V
ritò Laurentius Iustinianus cor Virginis appell
simum Passionis Christi speculum, quia iuxta

S. Bern. super signum magnum.

Sophron. serm. de Assumpt.

S. Brigitt. in reuelat.

Laurent. Iust.

charisimo ſuo Filio crucifixo in ſeipſa repræſentabat totam ipſius acerbiſſimę Paſsionis effigiē, & plagæ Corporis Chriſti erant plagæ animæ Virginis: *Vulnera Chriſti morientis erant vulnera Matris dolentis.* *S. Bern. de Lamentatione B. V.*

Ethic Virginis dolor initium ſumpſit ab inſtanti Conceptionis eius, vt enim affirmat S. Bernardinus, anima illa ſanctiſsima ſubitò creata obtulit ſeſe morti pro Chriſto, & cum Chriſto Patri æterno ad gloriam Dei, totiusque Mundi ſalutem, & quemadmodum vehementia amoris & doloris *Crucifixa Crucifixum dilexit*; ita quoque in Incarnatione Filii *Crucifixa Crucifixum concepit*; & ſi amantium proprium eſt, *velle pro ſe inuicem mori*, haud dubium eſt, quin Virgo *infinities, ſi fieri potuiſſet, ſe morti pro filio tradidiſſet.* *S. Bernardin.* *S. Bern. tom. 3. ſer. 6. a. 2. c. 1.* *S. Auguſt.*

Crux doloris ab inſtanti Conceptionis incepit, & per totam vitam ad mortem vsque durauit: *Tu quoque longum*, ait Rupertus loquendo de B. Virgine, *in cogitationibus tuis præſcia futura Paſſionis filii tui pertuliſti martyrium*; continuò namque memoriæ ipſius obuerſabantur omnia & ſingula tormenta Paſsionis filii ſui, vnde in corde ſuo paſſa fuit martyrium nunquam interruptum, veluti S. Brigittæ reuelauit: *Sic Paſsio filii mei in corde meo fixa erat, quod ſiuè comedebam, ſiuè laborabam, quaſi recens erat in memoria mea*, quocunque occupabatur opere aut negotio, nunquàm mentem eius effugere poterat ſanctiſsima Paſsio Chriſti. *Rup in Cant. cap. 4.* *Vom. 1. rel. uel c. 77.*

Secundò, ſi ſummus fuit dolor Virginis, tanta quoque fuit animi fortitudo, quâ ipſum ſuſtinuit: *Stabat iuxta crucem in fide eleuata* propter certitudinem futuræ Reſurrectionis filii ſui, *peccato non inclinata* ab omni motu impatientiæ, & multò magis ab inordinatæ affectionis motu libera; etenim tametſi ſubiecta fuerit doloris ſpaſmi, non tamen illis imperfectionibus, quæ ſecum ſimilium dolorum attrahunt acerbitatem, cùm fuerit *Diuinæ voluntati confirmata*, ita, vt *ipſa, ſi Deus iuſſiſſet, crucifixiſſet*, propriisque manibus Chriſtum intersecioni dediſſet, modò Diuina voluntas, cui prorſus ſe conformabat, exercitioni mandaretur. Et ad imitationem filii ſummum cum ſummo dolore coniunctum habebat gaudium; ſiquidem quantùm accreſcebat dolor in mor- *S. Anton. 4 p. tit. 15. c. 41. §. 1.* *Albert.*

in monte filii, tantùm augebatur gaudium in ea tione Diuinæ voluntatis voluntatis, & sicut Sem

S. Methild. lib. 1. reuel. c. 36. Carthus. reuelauit S. Methildi : *Sola Virgo cum Diuina vo immobilis, & gaudens filium suum pro Mundi salu immolari.* Complacebat sibi plenitudine vo videns filium suum sacrificatum, quia ita volebat æternus.

S. Bon. in 1. d. 49. a. 2. q. 2. Tertiò, salutaris fuit dolor Virginis nobisque e mus, *quia compassione in filii sui Passione meruit, nuit nobis fructum Passionis*, quam ob causam *debet laudari & amari, quòd placuit, eò quod Virg suus pro salute generis humani offerretur.* Et sane ctum admiratione dignum est, videre Matrem nem pro redemptione humani generis cum gau ferentem pretium inæstimabile sui Diuini filii.

Ore sanctissimam Virginem, *Reginam martyr pter matyrium* cordis, quod in hac vita perpes tibi suppeditet fortitudinem, quâ ad imitationem dolores tuos sufferas *immobilis & gaudens in voluntate.*

Duodecimum Priuilegium.

GLORIA.

Exaltata fuit sancta Dei Genitrix super Sanctos ad dexteram Christi, ad thronum sanctissimæ Trinitatis.

S. Bern. serm de Assumpt. Suarez. disp. 30. Sect. 3. PRimò, quantùm in terris superauit Sanctos tiâ, tantundem in cœlis excessit eos in gloria *tum gratia in terris adepta est præ cæteris, tantum nuit in cœlis gloria* singularis. Superat omnes sione, quilibet enim videt in Deo aliquas creatu statum suum spectantes; at B. Virgo, veluti om Mater vniuersalis *videt omnia existentia, præsen sentia & futura* ad statum suum pertinentia portionatum habuit excessum in donibus corpo-

te claritatis clarissima est in cœlo, quia dono Sanctitatis clarissima fuit in Mundo: dote subtilitatis subtilissima est in cœlo, quia dono humilitatis subtilissima fuit in Mundo: dote velocitatis velocissima est in Cælo, quia dono pietatis velocissima fuit in mundo, abiens in montana cum festinatione: & dote impassibilitatis impassibilissima est in cœlo, quia dono patientiæ & æquanimitatis impassibilissima fuit in mundo. S. Bon in spec.

Superauit in Aureolis Virgines, quia *obtinuit virginitatem non per præceptionem, sed per carnis dominium perfectissimum.* S. Bern. Sig. mag.

Superauit Aureolam Doctorum, quia vt *magistra fidei cunctas hæreses sola interemit in vniuerso mundo.*

Superauit Aureolam Martyrum, quia pro Christo sustinuit dolores mortis, à qua fuit præseruata, *& sicut præseruatio non abstulit meritum, ita nec præmium.* S. Anselm. de excellen. B.V. c. 5.

Huic annectenda est quarta velut Aureola, nimirùm, Aureola Maternitatis Dei; relucet quippe in illa sanctissima carne *admirabilis splendor in fœcundam materna & Regia dignitatu*, vt notat Pater Suarez. Suarez. disp. 21.

Secundò, tanquam cœli terræq; Regina collocata fuit ad dexteram Christi: Astitit Regina, id est, Maria à dextris tuis, assistēte à sinistris eius tota ciuium cœlestium Curia, vti docet Seraphicus Bonauentura: *Posuit Christus in capite eius diadema Regni, diadema certè tàm imprætiabile, diadema delectabile, diadema tã mirabile, quod omnilinguâ inenarrabile, omni ingenio inscrutabile est,* quibus pretiũ & valorẽ exprimere & explanare sufficiat. Psal. 44. S. Bonav. specul. cap. 6.

Tertiò, admissa fuit ad Thronum sanctissimæ Triadis tanquam Mater Filii, tanquam Filia Patris, & tanquam Sponsa Spiritus sancti, ac declarata Regina omnium creaturarum, vniuersalis viuentium Mater, Thesaurata seu custos cœlestis ærarii & inæstimabilis thesauri gratiæ & gloriæ, nec non dispensatrix donorũ & gratiarum Diuinarum: vndè *Accepit ab æterno Patre fontalem fœcunditatem ad generandos omnes electos* in gratia & gloria, *& etiam ipsos Angelos in aliquo gustu & experientia Diuinorum*, & cum hac præsentia sanctissimæ Matris in diuino consistorio Diuina Sapientia valde promouet salutis nostræ negotium, unà pro nobis intercedentibus Sanguine Filii, Matris precibus, infinito pretio Sanguinis, quem Christus pro nobis S. Bern. tom. 3. serm. 11. ar. 2. c. 1.

nobis sparsit, & stupenda efficacia orationum Virgo Maria pro nobis fundit ad Deum. Unde res sacri B. Virginem vocant *sua oratione omnipo-* nempe, admirabili ac extraordinaria virtute pr ad impetrandum id, quod in orationibus suis beneficium & favorem ipsa postulat. O pretio Sanguinem! O intercessionem efficacissimam speramus salutem; sed precibus Virginis Mariæ venientibus, neque à se invicem disiungi pote guis Christi & gratia Virginis Matris. Diram corde, ac frequenter recitemus ore orationem

lib. 6. revelat. quam Angelus docuit S. Brigittam: *Qui nos pretio sui Sanguinis, defendat nos precibus sue Ma ginu. Ad societatem civium supernorum perdu gina Angelorum. Amen.*

Et hæc dicta sufficiant de gloria Virginis ex privilegiis. Fructus ex iisdem colligendus quod supposita eminentia status Virginis, ac dine beneficiorum, quæ continuò nobis exhibe veram quandam ac totalem servitutem profi que tanquam vera mancipia sancto ejus dem obsequio offerre & consecrare debeamus. Ma via debet suo Patrono: amorem, obedientiam tatem, quia *quidquid est, Domini est, quidq Dominus habet, & quidquid acquirit, Domin* tenemur eam amare ex toto corde tanquam Patronam, à qua speramus libertatem gloriæ, eidem obedire tanquàm nostræ Dominæ ad etiam voluntatis illius nutum, esseque ei fide nostræ Reginæ, quærentes semper ejus gloriam in praxi, veluti supra dictum est, totum id, qu cogitabis, loqueris, ipsi consecratum erit. sit principium, medium & finis tuus, totum id cum *Maria*, & per *Mariam*, & hocidem obsequ tinebis in cœlo, cantando & magnificando sanc nomen per omnia sæcula sæculorum.

Verùm, ut hæc recognitio, qua Matrem Dei Reginam nostram, profitemur & veneramur, m cedat cum fructu, subiiciam modum eandem & est ille, qui sequitur.

Obſequium tributi inſtar Matri Dei perſoluendum.

QUia, ut ſuprà diximus, ſanctiſſima Virgo eſt verà Regina & Domina noſtra, noſque veri eius famuli & mancipia; de iure & per omnem rationem nobis competit & incumbit, vt ei quotidiè humilis tributi exhibeamus ſpecimen & ſignum aliquod, quo hanc noſtram obligationem atteſtemur & recognoſcamus, imitantes in eo SS. Angelos, qui quàm primùm in Verbo per viſionem beatam cognouerunt, quod *ſicut Chriſtus eſt Angelorum caput, ita Beata Virgo eorum Regina*, ac proindè agnouêre iidem Angeli, quod in ſuo gradu eram eius ſerui & mancipia; hac perceptâ notitiâ ſubitò ſeſe dederunt illius cultui, non quotidiè duntaxat; ſed omni momento, & ſemper, viuis reuerentibusque affectibus eam adorabant, amabant & glorificabant, tanquàm veram ſuam Reginam, Dominam ac præcelſam Dei Matrem, omni eius nutui & iuſſui promptè, vt veri ſerui, parentes, rogantes inſuper & obſecrantes Diuinam Maieſtatem, vt quantocyùs in vniuerſale totius Mundi beneficium in hanc mortalem prodieret lucem, ac in terris compareret auroræ inſtar prænunciantis magnum Solem iuſtitiæ, quem vt reparatrix & reſtauratrix damni per peccatum protoparentum illati conceptura erat ac paritura. Noſtros igitur affectus Angelorum iungentes affectibus, offeramus quotidiè B. Virgini tributum aliquod, petentes ſimul aliquam gratiam: quia, vt optimè notat S. Bernardinus, ab eo tempore, quo ſanctiſſima Virgo concepit Filium Dei in vtero ſuo, aliqua ei quaſi iuriſdictio & authoritas in omnes temporales Spiritus ſancti gratias communicata fuit, adeò, vt, nulla creatura illam à Deo recipiat gratiam, quæ non tranſeat per manus eius: Verba D. Bernardini ſunt iſta: *Beata Virgo à tempore, quo concepit Deum in vtero ſuo, quandam iuriſdictionem, vt ita dicam, ſeu authoritatem habuit omnes temporales gratias Spiritus ſancti; ita quod nulla creatura aliquam à Deo recepit gratiam virtutis,*

Suarez. de Angelis. lib. 6. c. 5. num. 1.

D. Bernardin. tom. 1. ſerm. 52.

nisi secundùm dispositionem ipsius Virginis Mat
verò Diuinæ Prouidentiæ ordo hic est, vt quec
dùm idem sanctus Doctor affirmat, cunctæ g
nos descendentes habeant tres processus & prog
primus est à Deo ad Christum, secundus est à
ad B. Virginem, tertius à B. Virgine ad nos vsq
in corpore humano omnes spiritus vitales hab
motus: primus est à corde ad caput, secundus in
collum, tertius à collo ad membra, & Christ
dùm Diuinitatem est veluti cor in corpore m
M. Ecclesiæ, Christus in quantum homo Capu
sanctissima eius Mater collum.

Varia tributa B. Virgini soluenda singulis diebus per hebdomadam.

Pro die Dominicâ.

OFferam præcelsæ Reginæ cor meum totu
rum, & tot tantisque defectuum pecca
maculis sordidum vnà cum purissimis & imm
Iesu & Mariæ cordibus, exorans sanctissimam
& Reginam Virginum, vt veram mihi impetret
ris mentisque puritatem.

Pro die Lunæ.

Offeram hoc idem cor meum totum imm
tum, tot tantisque passionibus effrenatis, vitiis
litati prorsus subiectum, vnà cum cordibus ma
cunctorum sanctissimorum martyrum, & cum
corde pariter mortificato, sanctissimam obsec
ginem, Martyrum vtpotè Reginam, vt mihi ve
tificationis & in carne, & in spiritu impetr
tum.

Pro die Martis.

Offeram cor meum totum vanitatibus oppletum & superbum vnà cum cordibus sanctorum Confessorum in seipsis humiliatorum & annihilatorum in societate humillimi Christi, deprecans sanctissimam Matrem, vti Confessorum Reginam, quatenus veram mihi humilitatem exmei ipsius annihilationem impetrare dignetur

Pro die Mercurii.

Offeram rursus cor meum obscuratum & tenebratum vnà cum cordibus sanctissimorum Patriarcharum viuâ, planè fide illuminatis, & cum Christi corde infusâ pariter & beatâ scientiâ illuminatissimo, ac precabor sanctissimam Virginem, vt impetret mihi viuam ac perfectam fidem.

Pro die Iouis.

Excellentissimæ pariter Reginæ offeram cor meum totum desideriis & spei rerum mundanarum addictum & immersum vnà cum sanctorum Prophetarum cordibus rerâ spe bonorum cœlestium eleuatis, & cum corde Christi Domini Nostri erectissimo ad gloriam animæ cum secura spe ad gloriam corporis, & precabor sanctissimam Virginem, vt impetret mihi veram spem bonorum cœlestium & æternorum.

Pro die Veneris.

Offeram similiter cor meum totum amore & cupiditate terrenâ repletum vnà cum SS. Apostolorum cordibus Diuino amore prosùs inflammatis, & cum Christi corde Diuinâ Charitate in summo gradu ardente, & precabor eandem Virginem Deiparam veluti Angelorum Reginam, vt à suo Filio sanctissimo, sanctoque Spiritu impetret mihi perfectam & ardentem Dei proximique charitatem,

Pro die Sabbathi.

Offeram cor meum totum occupatum, & in va-
rena obiecta distractum vnà cum SS. Angelorum
dibus planè vnitis, recollectis, Diuinisque conte-
tionibus deditis etiam in maximis occupationib
externis, ministrando quippè assistunt, & assistent
nistrant, simul cum Christi corde perfectè exerce
tam actiuam & contemplatiuam, cùm in omnib
bus simul quæsierit gloriam Dei, & hominis vtili
At precabor eandem Virginem sanctissimam, de
rum Reginam, vt impetret mihi cor verè Christi
quo in cunctis meis actionibus manum proximo,
Deo parite offeram.

Hæ sunt oblationes meæ & tributa, O sanct
Virgo, totius Vniuersi Regina, & hæ sunt gra
quas à Maiestate tua supplex postulo, accipe h
meum, Domina mea, laua, munda, sanctifica
guine filii tui pretiosissimo, tu thesauri huius di
es, hoc cor meum eodem ditare digneris, vt in Sa
sanctificatum abeat totum Deificatum.

Recordare, sanctissima Virgo, quod sim ma
tuum, idemque hoc nomen importet, quod pos
mini, instrumentum Domini, manumissio Dei
igitur sum possessio tua, possideme, voca me,
ad te, sum instrumentum tuum, cunctæ meæ act
opera cedant in gloriam tuam, tuique filii; si sum
numissio tua, à te sola post Deum veram spero
tem filiorum Dei in statu gloriæ; *suscipe denique*
go sanctissima, in seruum tuum & perpetuum man
tuum, & quidquid sum, possum, & ago, tibi
Mater sanctissima, in tempore & æter-
nitate, Amen.

(o)

SU

SVMMA PRIVI-
legiorum Beatissimæ MARIÆ Virginis.

VLtra priuilegia supra explicata, haùd credo ingratum fore deuoto Virginis clienti, si pro maiori materiæ huius complemento præfata priuilegia in ampliorem distribuero numerum, quod tamen breuiter iuxta modum sequentem præstabo.

Primum Priuilegium.

PRÆDESTINATIO MARIÆ.

I. *Prædestinata creaturarum primogenita.*
II. *In eodem signo cum Christo esto cum subordinatione sui ad ipsum.*
III. *Prædestinata ad similitudinem Patris.*
IV. *Ad Maternitatem Filij.*
V. *Ad communicationem Spiritus sancti.*
VI. *Prædestinata Reginæ.*
VII. *Finis proximus & subordinatus Vniuersi.*
VIII. *Causa.*
IX. *Motiuum.*
X. *Signum nostræ prædestinationis.*

Declaratio.

I.

Prædestinata primogenita creaturarum.

S. Bernard. Tom 2 ser. 51. art 3. c. 4 Eccles. in officio B. V. Eccles. c. 24 S. Bernardin Tom. 1. serm. 61. c. 9. fol. 516.

ID affirmat & attestatur S. Bernardinus dicens: *Ante omnes creaturas in mente Dei prædestinata.* Quod affirmat S. M Ecclesia: *Elegit eam & præelegit, id est, antè omnes creaturas elegit.* fundamentū habet in Diuino Oraculo: *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnes creaturas.* Eg... ipsa loquitur Virgo) in æterna mente Dei ... fuit ante omnes creaturas, & Ratio, secundum ... sanctum Doctorem, est, quia inter puras ... Virgo est prima in propria excellentia: *Est ... mum purum creatum, id est, summum bon... Christum*: ergo etiam prima erit in propria pu... tione, ergo est priuilegium B. Virgini debitum, ... primogenita filia post Christum in prædes... Dei.

II.

In eodem signo cum Christo esto cum ... natione sui ad ipsum.

Cater. de Concept. B. V. lib. 1. fol. 17.

Idque asseruit Ambrosius Caterinus sing... tor prærogatiuarum & priuilegiorum sanctiss... ginis: *Est ab æterno prædestinatus Iesus, atque ... tùm quia fuit prædestinatus, non tanquam ... taxat; sed tanquam Filius hominis*, nempe, Filius ... nis; tùm quia nostræ redemptionis executo ... *Matre*, & fuit vnita cum Matre, tanquàm causa ... palis cum instrumentali; ergò conueniens fu... etiam vnirent in eadem prædestinatione.

III.

Prædestinata ad similitudinem Patris.

Et hæc est dignitas serenissimæ Virginis quasi immensa, inquit Cauhusianus, quod eundem cum Patre habeat Filium naturalem; enimuerò quemadmodum ab æterno Pater æternus *Genuit Verbum increatum vt Creatorem*; ita B. Virgo in tempore *concepit Verbum Incarnatum vt Saluatorem*. Præterea simile tudo Matris temporalis cum Patre æterno consistit in hoc, quod sicut Pater per propriam cognitionem in suo fœcundissimo ac purissimo corde genuit Verbum; ita Mater Dei cognoscendo proprium nihilum vti ipsamet attestatur dicens: *quia respexit humilitatem, id est, nihilitatem meam*, in vtero suo fœcundissimo ac purissimo concipit Christū. *Garthus. 1. art. 20. & 21.*

IV.

Ad Maternitatem Filii.

Maria prædestinata fuit, vt Deum ipsum hominem procrearet, vt esset Mater Dei, qui fieret homo in virginali suo vtero, *vt qui est consubstantialis & Matri*, ait S. Leo Papa, nimirùm, vt is, qui eiusdem erat Naturæ cum Patre, esset eiusdem naturæ humanæ cum Matre. *S. Bernardin. Tom. 2 serm. 51. a. 3. c. 4. S. Leo epist. 13. ad Pulcher.*

V.

Ad communicationem Spiritus sancti.

Tres enim sunt communicationes trium Diuinarum Personarum: prima est Patris æterni ad Filium per viam generationis: secunda Patris & Filii simul ad Spiritū sanctum per viam spirationis: tertia Spiritus sancti *ad extra* ad humanitatem Christi, & ad sanctissimam Matrem per viam infinitæ quasi cōmunicationis gratiarū; vndè Chri-

Ex Caiet. stus & B Virgo tunquam Caput & Collum in membra Sanctæ Ecclesiæ, in eis proferentes quas è corde hauſêre Spiritus ſancti.

VI.

Prædeſtinata Regina.

S. Tho ſuper Salut. Angel. S. Bern. Tom 1. ſer. 52. art. 3. c. 2.

Quia Mater Domini Domina & Mater Regis tertæque prædeſtinata eſt, ipſa etiam ad idem eſt Dominium, & vt notat S Bernardinus, maius eſt, quod ſit electa Mater Dei, quàm totius Vniuergina; *quia hoc dependet ab illo tanquàm ramus à propterea potius dicimus: Mater Dei, quàm Domina di vel vniuerſi.* Quod enim Maria Virgo ſit Regina huius Mundi, ſupponit aliud, quod prius electa & conſecrata in Matrem Dei.

VII.

Finis proximus & ſubordinatus Vniuerſi.

S. Bern. ſerm. 2. de pent.

Etenim, vt benè aſſerit S. Bernardus, *Ob hanc propter hanc totus mundus factus eſt*, propter Maria propter gloriam Mariæ poſt Chriſtum Deus creauit omnia, quia, vt ſuprà dictum fuit, B. Virgo *eſt ſummum bonum poſt Chriſtum, igitur per ſe appetenda, & propter ipſam.*

VIII.

Cauſa.

Meritoria *de congruo* prædeſtinatorum. Vocatiſsima Virgo ab Eccleſia dicitur *Mater electorum* prædeſtinatorum, quemadmodum Chriſtus dicitur *Pater electorum de condigno.* Præterea eſt cauſa prædeſtinatorum, quia ſicut de Chriſto probant Theologi, Pater æternus eos prædeſtinauerit, quos à Chriſto

uidit proponendos, quando dixit ei: *Poſtula à me, & dabo tibi gentem, &c.* Hoc idem cum proportione ſua dici poteſt de B. Virgine, videlicet, eam concurriſſe ad prædeſtinationem electorum, offerendo Filium, applicando propria merita, & pro iis intercendo & orando. *Pſal. 2.*

IX.

Motiuum.

Populum iſtum formaui mihi. laudem meam narrabit. Creaui, inquit Deus, magnum hunc populum electum prædeſtinatorum ad finem laudis & gloriæ meæ, & non ſolum gloriæ meæ, in quantum Deus ſum; verùm etiam in quantum homo ſum & filius hominis, nempe, Virginis; ergò ad gloriam Chriſti, pariter & Virginis. *Iſai. 43.*

X.

Signum noſtræ prædeſtinationis.

Quia cauſa eſt ſignum à priori effectus: ergò cum Virgo ſit cauſa noſtræ prædeſtinationis, ſignum quoque erit, ac proindè deuotus Virginis cliens & famulus, qui eam vt cauſam prædeſtinationis ſuæ ſuſcipit, vt ſignum quoque eandem ſuſcipiet. Quapropter æquo iure Germanus Patriarcha deuotionem erga B. Virginem comparat reſpirationi corporis, quæ ſimul eſt cauſa & ſignum vitæ corporalis, ita deuotio erga B. Virginem eſt cauſa & ſignum ſpiritualis vitæ. Et hic eſt ſenſus illorũ verborum Spiritus ſancti: *Qui me inuenerit, inueniet vitam*, qui me inuenerit, ait ſanctiſsima Mater, per verum affectum deuotionis, inueniet etiam viam gratiæ & gloriæ, ſum enim cauſa & ſignum iſtius vitæ. *Germ. Patriarch. ſerm. de Deipara. Prou. 5.*

Hoc idem confirmat S. Bonauentura, cum ait: *Qui profert pretium pro liberandis, debet conferre beneficium liberatis.* eadem Virgo, quæ profert ſanguinem Chriſti, noſtræ ſalutis pretium, curare debet, vt talis redemptio conſequatur effectus, idque mediâ deuotione, quam quis *D. Bona. in ſpecul. c. 6.*

habet erga eam: ergò deuotiò erga B. Virginem gnum prædestinationis nostræ.

Secundum Priuilegium.

Maternitas Dei.

I. *Maria vera Mater Dei.*
II. *Mater naturalis.*
III. *Mater digna.*
IV. *Virgo & Mater.*
V. *Causa instrumentaria vnionis personal*
VI. *Maria non Deipara solùm, sed Deificat non in se, sed in Christo.*
VII. *Non solùm Deifica in Christo, sed ab ipso honorata pio superioritatis*
VIII. *Maria affinis & Consanguinea Dei.*
IX. *Comparentalis Deo Patri.*
X. *Hospitium sanctissimæ Trinitatis.*

Declaratio.

I.

Maria vera Mater Dei.

Conc. Eph. Can. 1. Tom. 1. Conc. 17. EST vetitas Fidei definita in Concilio Ephesino Maria Virgo verè ac propriè censenda sit Tha nimirùm, *Deipara, Deigenitrix, Mater Dei.*

3. p. q. 35. art. 4. Et Ratio, secundùm Doctorem Angelicum, concepit & peperit hominem Christum, qui Deus per hypostaticam Verbi vnionem.

II.

Mater naturalis

Quia conceptio Christi est naturalis, quantùm ad substantiam, cùm pro materia habuerit naturalem Virginis sanguinem; sed est miraculosa quò ad modum, quia virtute Spiritus sancti contigit: quemadmodùm (& est exemplum S. Thomæ) potentia visiua miraculosè restituta cœco naturalis est, quò ad substantiam; supernaturalis verò quo ad modum. *3 p. q. 33. a. 4.*

Ex hac connaturalitate colligit S. Bernardinus, sanctissimam Virginem necessariò eleuandum fuisse *ad æqualitatem quandam Diuinam per quandam quasi infinitatem perfectionum & gratiarum*, & hoc apportat exemplum: sicuti ferrum, vt fiat causa naturalis alterius ignis, necesse est, & ipsum fiat ignis seu ignitum, ita beatissima Virgo necessariò fieri debuit, quasi Diuina, vt esset causa naturalis Filii Diuini, Filii Dei. *S. Bern. Tom. 1. Conc. 61. a. 1. cap. 12.*

III.

Mater digna.

Priuilegium est ac titulus, quē ei attribuit S. Ecclesia: *Tu sola fuisti digna portare Regem cœlorum & Dominum*, quo titulo veluti compendio Sanct. Ambrosius comprehendit cæteras omnes Virginis gratias: *Quid enim in singulis moror, digna fuit*, & hoc sufficit, nec aliud dicendum occurrit, *ex qua filius Dei nasceretur*. Et secundùm Sanct. Bonauenturam id intelligitur *de dignitate congruitatis, non condignitatis*, quia dispositio gratiæ, cum sit inferioris ordinis, condigna esse nequit & æqualis dignitati Maternitatis spectantis ad ordinem superiorem vnionis hypostaticæ. *Eccles. in offic. de Concept. & Natiuit. S. Ambros. lib. 2. de de off. S. Bonauent.*

IV:

Virgo & Mater.

Quia Filius eius *Deus est, & Homo*: nec poterat uti argumentantur sacri Doctores, talis Filius, ... *Deus & Homo* aliam habere Matrem, quàm illam ... *Mater & Virgo est*; nec talis Mater alium poterat ... filium nisi eum, qui Deus Homo erat: Vndè ... Origenes, *O digna digni, immaculata sancti, vna ... vnica vnici*, dignissima Mater dignissimi Filii, ... immaculata Filii sanctissimi, & sicut est vnus & ... Filius absque alio simili, ita est vna & vnica Mater ... que pari.

Origen. Hom. 1. ex 10. tom. 3.

V.

Causa instrumentalis vnionis hypostatica seu personalis.

Etenim, quamuis hoc priuilegium non foret ... rium B. Virgini, ad hoc, vt esset vera Mater Christi, ... ominùs attribuitur ei *ad maiorem excellentiam* ... dùm Esychium, vndè Virginem sanctissimam ... *Instrumentum Incarnationis*, quia non concurrit ... xat tanquàm instrumentum Spiritus sancti ad formam ... nem corporis Christi, verùm etiam ad productionem ... vnionis personalis, neque contra hoc facit Conc. ... Toletanum asserendo: *Vnio hypostatica soli Deo ... da est*; id enim solùm intelligendum est, vnionem ... staticam tribuendam esse soli Deo, tanquàm causa ... cipali, cum quo simul stat, quod Virgo concurrit ... lùm tanquàm instrumentum.

Esych tom. 7 BB. PP. Homel. 2. de B. V. Suarez. tom. 1 disp. 10. sect. 1. Conc. Tolet.

VI.

Maria non Deipara duntaxat; sed etiam Deifica, non in se, sed in Christo.

Esse Deificam in Christo est priuilegium Virginis ...

priſſimum, pars enim ſubſtantiæ Virginis effecta eſt corpus Chriſti, quod Verbo hypoſtaticè vnitum eſt. Quamobrèm, iuxta S. Bernardinum, pars carnis & ſanguinis Virginis *aſſumpta eſt à Verbo*; non in Virgine; ſed in Chriſto, vti dictum eſt. Et in hac veritate fundati Doctores ſacri Matrem ſanctiſſimam vocant *Deificam*, nempè Deum factam in Chriſto, imò Carthuſianus non dubitat eam appellat Deificam & Diuinam, verùm etiam *Deificatiſſimam & Diuiniſſimam* & Nazianzenus, *vt Deam habita*. Præ reliquis verò Gerſon ei attribuit ipſummet nomen Deæ: *O Amatricē & amatam Deam noſtram*, quod intelligendum eſt eo in ſenſu, quo Pſalmiſta de perſonis in excellenti ſanctitatis gradu conſtitutis loquitur dicens: *Ego dixi Dii eſtis, & filii excelſi omnes*, nempe exaltati ſuper communem ſtatum hominum.

S. Bern. apud Carthuſ. c. 3. art. 15. de B. V.

Carthuſ. lib. 1 art. 16. & c. lib. 2. art. 7. de B. V.

Nazianz. in Tragœdia.

Gerſon. tom. 2. ſer. de S. Bern.

VII.

Non ſolùm Deifica in Chriſto, verùm etiam ab ipſo honorata pio Superioritatis reſpectu.

Sanctiſsima Mater honorata fuit à Chriſto, quaſi Superior, veluti loquuntur ſacri Doctores: vndè ſecundùm S. Bernardinum, quemadmodum hæc propoſitio vera eſt: *Diuino imperio omnia famulantur & Virgo*; ita & hæc alia vero conformis eſt: *Virginis imperio omnia famulantur & Deus*. Ratio eſt, quia aliqua ſuperioritas eſt proprietas neceſſariò connexa cum Maternitate, ſicut ſubiectio cum filiatione, & ſicut Diuinitas non impedit, quò minùs Chriſtus ſit filius; ita neque impediuit, quò minùs ſe tractari permitteret tanquam ſubiectū & ſubditum, iuxta Diuinum Oraculū: *Et erat ſubditus illis*. Quapropter S. Petrus Damianus rogat B. Virginem dicens: *Ora pro nobis Patrem & iube natum.*

Tom. 1. ſer. 16. a. 1. c. 6.

Pet. Damia. de Nat. B V.

VIII.

Maria affinis & Conſanguinea Dei.

Quia fuit conſanguinea & in primo gradu parentelæ

tum

cum Christo in quantùm homo est, & affinis & in
gradu affinitatis cum Christo in quantùm Deus est
uti asserit & contestatur Caietanus, cùm ait: Ma
tas Virginis *fundauit affinitatem cum Deo*, qui
Diuinitatis propriâ operatione ac naturali attingit,
concepit ac peperit hominem illum, qui erat Deus

Caiet. 22. q. 10. a. 24.

IX.

Comparentalis Patri.

Hunc titulum & priuilegium ei attribuit. Car
nus: *Mater Filii Dei*, inquit, *est comparentalis Dei*
scilicet, eundem filium cum Deo habet. Idque
nes explanat exemplo vocis: *Sicut verbum humanum*
non diuiditur in audientibus, sed totum est in singulis
Verbum vnigenitum vbique totum est, & in cœlo
terrâ & apud Patrem & in Virgine, & in partes
uiditur; ergò cum fundamento affirmari potest
ctissimam Virginem esse comparentalem Patri.

Carthus. de B.V. art. 9. Orig. in Matth. Hom. 1.

X.

Hospitium sanctissimæ Trinitatis.

Postquàm Esychius Hierosolymitanus in con
tione Beatissimæ Virginis cum arca Noë exp
multas ac varias prærogatiuas illius tanquam
quæ excellentiori modo competebant Virginitati
figurato, concludit dicens: *Illa*, nimirum, *arca*
tres contignationes & mansiones habebat. Hac autem
uersam Trinitatis plenitudinem: quandoquidem
tus sanctus aduenietbat atque hospitabatur, & Pa
umbrabat, & Filius vtero gestatus inhabitabat
idem significare voluit Archangelus Gabriel
dixit: *Spiritus sanctus superueniet in te, ecce Spiritus*
ctum; & virtus altissimi obumbrabit tibi, ecce Pa
& quod nascetur ex te Sanctũ vocabitur Filius Dei
filium, qui nouem mensium spatio in vtero eius
li corporaliter habitauit.

Esychius Hom. 2. de B.V. BB. PP. Iside. apud Carthus. de B.V.

Tertium Priuilegium.

PURITAS MARIÆ.

I. *Præseruata à peccato originali.*
II. *Acceleratus in ea rationis vsus.*
III. *Libera à peccato actuali.*
IV. *Libera à potentia.*
V. *Sine fomite.*
VI. *Sine deordinatione passionum.*
VII. *Sine tentationibus.*
VIII. *Purior Angelis.*
IX. *Primicaria seu vexillifera Virginum.*
X. *Purissima in se & in aliis*

Declaratio.

I.

Præseruata à peccato originali.

Quia magna profecto cacophonia & dissonantia est, inquit Catarinus *inter hos duos terminos, esse Matrem Dei, & esse sub ira Dei*, & tametsi in Conceptione sua nõ fuisset actualis Mater Dei, *erat tamen prædestinata & futura Dei Mater*, & Mater futura Dei toto & omni tempore debet esse honorata, quia *ignominia antecedens sequitur eam, etiam pro eo tempore, quo Mater est*, in quo non tantum *est ignominia esse, sed etiam fuisse in peccato & sub ira Dei*, esto tali, culpæ vnico duntaxat temporis momento fuisset obnoxia. *Catar. lib. de pecc. orig. & de Concept. B.V. Ibidem.*

Ex alia parte, veluti argumentatur Anselmus, *est maxima consonantia & decentia* inter hos alios duos terminos, *Summa dignitas Matris & summa puritas*; ergò hæc summa puritas ab omni peccato etiam originali remotissima post Christũ attribuenda est B. Virgini, *S. Ansel. de concept. Virginali & peccato orig. c. 18.*

pam

nam iuxta S. Augustini regulam *decuit ita fieri*, [illegible] conueniens fuit, vt Deus ita se gereret erga Ma[illegible] am; *ergò ita fecit Deus, & quidquid tibi veram[illegible] liùs occurrerit, id scias fecisse Deum*; & eadem confirmatur S. Thomæ doctrinâ concedentis B. Virgine *sit summa puritas, non verò summa* quia *augmentum puritatis est secundùm re[illegible] trario, scilicet, à peccato*; & quia in Virgine fuit ab omni peccato, erit in ea consequenter [illegible] omnis puritatis; at augmentum charitatis est *sum ad Diuinam bonitatem*, quod semper [illegible] & maius in sanctissima Virgine, & per conse[illegible] summam charitatem; sed summam habuit [illegible] quâ maiorem haùd habere poterat, in quantum [illegible] tat remotionem ab omni culpa. Procedit vbe[illegible] bertus magnus, qui non solùm in anima, verùm[illegible] corpore & sanguine Virginis hanc summam [illegible] extitisse asserit: *Non enim*, inquit ille, *Spiritus [illegible] lium, à quo ipse procedit, sanguini imprimeret, [illegible] tatem Diuinam purificaret, nec Verbum Sapien[illegible] membra sua formaret, nisi de materia æquè pura.* ex omni capite sanctissima Virgo in Conceptio[illegible] titit purissima, quam cùm sancti Angeli summa[illegible] uerentia & veneratione spectarent, subitò ac [illegible] illa anima creata, iuxta & corpori vnita fuit, [illegible] lætitia & iubilo *festum Conceptionis in cœlo [illegible]* vt refert Vincentius Ferrerius.

S. Aug. lib. 3. de lib. arb

S. T. in 1. dist. 17. q. 2. a. 4. ad 4.

Inc. 11. loc. fol. 202.

S. Vinc. Ferrer ser. 2. de Nat.

II.

Acceleratus in ea vsus rationis.

Cæteras inter gratias, quas Verbum Incarnatum [illegible] hibuit Præcursori suo S. Ioanni Baptistæ eo tempo[illegible] quo visitata à sanctissima Virgine Matre eius Elisa[illegible] dignatum fuit hunc suum Præcursorem sanctifi[illegible] mundare à culpa originali, hanc etiam eidem [illegible] gratiam, quod in eo accelerauerit vsum rationis, [illegible] sanctus Præcursor dotatus insuper spiritu prophe[illegible] ventre materno perspicuè cognouit Verbum In[illegible]

cum, conformiter de eo cantat S. M. Eccleſia: *Ventris obtruſo recubans cubili ſenſerat regem thalamo manentem.* Quis igitur negare poterit, eandem hanc gratiam atque ampliorem Beatiſſimæ Virgini conceſſam fuiſſe in Conceptionis ſuæ momento, quando ipſi fuit infuſa gratia? haud dubium eſt Virginem ſanctiſſimam debitæ reuerentiæ actu ad Deum conuerſam elicuiſſe actum ſubmiſſimæ charitatis, maioris, vt ſentit & probat Suarez, perfectionis, quàm ſit actus amoris ardentiſſimi etiam Seraphini.

III.

Libera à peccato actuali.

Idque probatur ex eodem principio ſummæ puritatis Virgini competentis, roboratur que ratione D. Thomæ, qui ait: *Non autem fuiſſet idonea Mater Dei, ſi peccaſſet aliquando, quia honor & ignominia parentum redundat in prolem; ideò ſimpliciter fatendum* (concludit idem ſanctus Doctor) *quod Beata Virgo nullum peccatum actuale commiſit, nec mortale, nec veniale, vt ſic in ea impleatur, quod dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Eadem veritas definita fuit per Concilium Tridentinum: *Sola Beata Virgo ex priuilegio in tota vita omnia peccata etiam venialia vitauit.* 3. p. q. 27. a. 4. Cant. Trident. ſeſſ. 6. Can. 25

Eadem D. Thomæ ratio extendi poteſt ad oſtendendum primum priuilegium B. Virginis, videlicet ad probandam præſeruationem à peccato originali *à fortiori*, quia redundat in maiorem ignominiam Matris & filii peccatum originale, quàm veniale; illud enim & non iſtud priuat gratiâ Dei, & conſtituit animam Deo inimicam; ergò ſi ſanctiſſima Virgo exempta fuit à peccato actuali veniali, multò magis à peccato mortali originali.

IV.

Libera à potentia.

Quod etiam affirmat S. Thomas; ſed limitat hoc priuile- S. T. in 3. d. 3. q. 1. a. 3.

Alenſ. 3. p. q. 9. memb. 3. a. 2. Carthuſ. lib. 1. a. 22. de B.V.

priuilegium ad tempus, quo concepit Christum. nim erat actualis Mater Dei; Verùm alii facti id absolutè intelligunt absque limitatione tem nimuerò ſi non erat Mater, futura tamen erat hanc adducunt rationem, quia ſemper & omni regratia Virginis libera extitit ab omni contra pugnante, reſiſtente, & impediente; inſuper in lis fuit propter continuam gratiæ efficacis con tionem, & propter negationem Diuini concu

D. T. loc. cit.

lum, nam ſecundùm D. Angelicum *impe tollit libertatem, ſed defectum libertatis; qua vel illud bonum, & non in malum*, & in hoc ctiſsima ſuperauit gratiam Adami & Angelo

Chriſtophorus à Caſtro de B.V. c. 2. n. 6.

rum, quia hi *poterant non peccare, ſi vellent, non poterat velle peccare, vndè quod Chriſtus natura, Virgo eius Mater ex ipſius habuit gratiâ* Chriſtus habuit repugnantiam ad poſſe pecc rura ratione hypoſtaticæ vnionis ad Verbum, Virgo eandem habuit ex priuilegio ratione gratiam Matris Dei.

V.

Sine fomite.

Seſſ. 5. de peccato origin.

Quià, ſecundùm Concilium Tridentinum, *ſcentia non eſt peccatum, ſed eſt ex peccato & ad inclinat*, ſupponit namque peccatum originale causam, & inclinat ad peccatum actuale, relict ctum; ergò ſi in Virgine non habuit locum originale, neque fomiti vllus vnquam patuit loc terea hæc inclinatio ad peccatum haudquaquam nientem ſummæ puritati ſupra allegatæ. Ex q tionibus eruitur, fomitem in ſanctiſſima Virg gatum duntaxat, ſed etiam extinctum fuiſſe, ter latum & quò ad actum ſecundum, & quò ad mum; nec ſolùm fuiſſe extinctum in concepti ipſomet conceptionis tempore ſublatam & e fuiſſe omnem fomitis concupiſcentiam & quo

primum, & quò ad actum secundum, & quò ad appetitum sensitiuum Virginis, cuius Ratio est, quia Virgo in conceptione sua nullo modo contraxit peccatum originale, neque illius fomitem. Porrò modus, quo fomes ille extinctus abiit, contigit per communicationem habitum virtuosorum appetitum sensitiuum Virginis inclinantium ad bonum & ad subordinationem illius ad rationem; sicut etiam per auxilia proportionata efficacium gratiarum, & præterea per negationem Diuini concursus cum eodem appetitu ad omnem actum inordinatum & non subordinatum rationi.

VII.

Sine deordinatione passionum.

Hoc priuilegium sequitur ex præcedente, quia vbi non est inordinatio fomitis, vbi neque est turbatio passionum: *Si radix bona & rami*, si appetitus inferior est in actu primo ordinatus & regularus, talis quoque erit in actu secundo operationum. Quamobrem appetitus inferioris B. Virgine nonnisi ad imperium voluntatis se mouebat, & ipsi ad nutum obtemperabat absque vlla repugnantia, & voluntas perfectum habebat dominium in suos actus, cum nullos haberet actus indeliberatos & inuoluntarios; sed omnes deliberatos & liberos: & ideò, quemadmodum de Christo dicitur, quod *non fuerunt in eo passiones sed propassiones*, non fuerunt in Christo motus partis inferioris inordinati, sed omnes ordinati & rationi obedientes; sic tristitia, gaudium & similes affectus *non fuerunt passiones*, primum, affectus inordinati in Virgine; sed veluti propassiones, nempè, affectus ordinati omnes, & subordinati superiori.

Hieron. in Matth. 26 Mag. sent. in 2.

VII.

Sine tentationibus.

Quod intelligitur de tentationibus intrinsecis, quæ

contingere solent mediantibus prauis malisque
tationibus & motibus, & Ratio est, quia vt supra
sum fuit, appetitus inferior Virginis liber erat
fomite; ergò neque per seipsam, neque vt in
Damasc. tum Dæmonis poterat esse rebellis rationi;
lib. 3. de fide poterat esse causa intrinsecæ suggestionis; solum
c. 22. purissima Virgo tentari poterat extrinsecè, q
modùm Christus D. N. tentatus fuit. Ex quo
liquod dubium, an hęc potentia fuerit reducta
nimirùm, an B Virgo hoc modo fuerit tentata?
S. Bern. det negatiuè S. Bernardinus, *quia effugabantur*
Tom. 2. *nes à sua ardente charitate; sicut muscæ ab igne.*
Serm. 51. a. verò probabilem censet partem affirmatiuam,
3. c. 2. tim verò Dæmon, quando intellexit dictum illu
Gerson su- nis in cantico eius: *Beatam me dicent omnes gener*
per Magnif *credidit arrogantem*; vndè vt adderet ei stim
perbiæ, comparens in forma humana applaus
Virgini, rationes Beatitudinis eius confirmand
sis & nouas etiam adducendo, vt ratione summ
fœlicitatis adeptæ eam in animi elationem &
tem deduceret; ast subitò summâ cum prudent
militate abactus & repressus fuit à B. Virgine;
men Dæmon propterea à priori suo destitit co
irâ fremens potentioribus eam aggressus
quanquàm omninò vanis; etenim quam prim
tam, fœlicem & exaltatam deprædicauerat, ea
vertens vela, vt humilem admirabatur, in hæc
Ibidem. pens verba: *Quàm benè superbiam humilitate*
eugè, eugè, digna eris, & laudanda per omnes
nes. Cui respondit Virgo: *Confundantur &*
tur, qui dicunt mihi eugè, eugè, sed soli Deo
nor & gloria.

Rationes pro hac opinione militante, sunt
Christi, exemplum nostrum: *vt possit compa*
per omnia, sicut & exercitium maioris meriti &
tatis, & hoc ipsum videtur voluisse innuere Deus
illis Dæmoni dictis: *Tu insidiaberis calcaneo*
mirum, per extrinsecam suggestionem, *& ipsa*
caput tuum, semper de te triumphans.

VIII.

Purior Angelis.

Quia, secundùm Albertum, puritas in Angelis *fuit à natura necessaria & non meritoria*; ast in Virgine *fuit à gratia libera, & meritoria.* Angeli, quia sunt puri spiritus, impuris motibus, qui à carne proueniunt, haùd poterant esse subiecti, ac propterea ipsi habuêre puritatem quandam sine merito, quia fuit necessaria; at Beata Virgo, non obstante eo, quod non esset purus spiritus, habuit nihilominus gratiam Virginitatis adeò singularem, vt superârit Angelicam, & ex ea indicibile percepit meritum, quia in ea conservanda fuit libera. *lib. de B. V. cap. 182.*

IX.

Primicaria seù vexillifera Virginum.

Priuilegium est, quod ei attribuit S. Bernardus sanctissimam Virginem appellans primicæriam Virginum, id est, significeram seu vexilliferam Virginum, quæ Vexillum gestat inter Virgines, & ratio, iuxta Albertum Magnum, est, quia *fuit prima Virgo origine & excellentiâ; vnde genuit omnes alias Virgines per imitationem.* Et in hoc sensu notat & aduertit idem Doctor non dici de Christo, quod *sit Virgo Virginum*, quia non est primus inter Virgines, veluti Mater sua prima est; nihilominus idem subiungit, quod Christus in Virginitate superârit sanctissimam Matrem suam, quia maioris dignitatis & excellentiæ est, esse Virginem & Filium Virginis, quàm esse Virginem & Matrem Virginum: *Plus est esse Virginis Virginis Filium, quàm esse Virginem Matrem Virginum.* *S. Bern.* *Albert. de B. V. c. 230.*

X.

Purissima in se, & in aliis.

Tanta enim erat vis & virtus gratiæ, quæ relucebat in vultu Virginis, & tanta erat vis virtutis Diuinæ, quæ in

eâ operabatur, *vt solo aspectu mundanorum etiam ad cœlestia eleuaret*, & solâ suâ præsentiâ spectat corda accenderet in amorem & desiderium æternæ titudinis.

Quartum Priuilegium.

GRATIA MARIÆ

I. *Maria Inuentrix gratiæ.*
II. *Repleta omnibus gratiis.*
III. *Dispensatrix gratiarum.*
IV. *Gratiæ super omnes gratias.*
V. *Super statum Adami.*
VI. *Super statum Angelorum.*
VII. *In gradu intensissima.*
VIII. *In valore quasi infinita.*
IX. *Continet summum virtutum apicem*
X. *Excellentiam quoque donorum comp*

Declaratio.

I.

Maria Inuentrix gratiæ.

Luc. 1. S. Bern. Hom. 3 super Missus est.

PRriuilegium attributum Virgini ab Angelo *nisti gratiam apud Dominum: Inuenisti*, Bernardus, *quod quærebas, & quod nemo anteà pu uenire.* Sed quæ est ista gratia quam inuenit Vir tunatissima? inuenit *Dei & hominis pacem, mor ctionem, vitam perennem.*

II.

Repleta omnibus gratiis.

Albert. M. Quia, secundum Albertum est repleta gratia

pempè, Verbo Diuino & æterno, quod in ſe cunctas comprehendit gratias; ideò *cæteris per partes, Maria ſe tota infudit plenitudo gratiæ. Habuit gratiam Diuinitatis in carne, gratiam Charitatis in corde, gratiam affabilitatis in ore, & gratiam miſericordiæ & liberalitatis in manibus.* S. Hieron. ſerm. de Aſſumpt. S. Bernard.

III.

Diſpenſatrix gratiarum.

Quia theſaurus Dei eſt, & Theſauraria gratiarum ipſius. Quapropter nulla gratia de cœlo in terram venit, niſi tranſeat per manus Mariæ. Cuius rationem profert S. Bernardinus: *Quia eſt Mater Filii ſpirantis Spiritum ſanctum ex utero ſuo*; ergò quemadmodum habet certam quandam authoritatem in Chriſtum: ita *quandam, quaſi dicam, iuriſdictionem ſiue authoritatem habet in omnes temporales proceſſiones Spiritus ſancti, quibus vult, quando vult, quomodo vult, & quantum vult, per manus ipſius adminiſtratur.* Idiota de B. V. in prologo BB. PP. S. Bernardus. S. Bernardinus Tom. 1. ſerm. 61. c. 8.

IV.

Gratia ſuper omnem gratiam.

Quia cæteræ omnes gratiæ terminantur ad gloriam; at gratia Virginis tranſit ad Maternitatem Dei, ad Incarnationem Verbi; illius namque ſuffragio non promeruit duntaxat gloriam, adeòque non ſolum habuit rationem meriti ad gloriam; ſed etiam diſpoſitionis ad dignitatem Maternitatis Dei.

V.

Super ſtatum Adami.

Enimuerò ſanctiſſima Mater adornata fuit iuſtitia originali, quantum, deffectum primarium gratiæ & virtutis, longè perfectiori, quàm fuerit iuſtitia originalis Adami, quamuis non habuerit effectum ſecundarium impaſſibilitatis & immortalitatis, veluti habuit Adamus. Carthuſ. de B. V. lib. 2. c. 8.

VI.

Super ſtatum Angelorum.

S. Anton. p. 4. tit. 15. cap. 9.

Quia gratia Beatiſſimæ Virginis, iuxta S. Anton. num ſtabilior fuit gratiâ Angelorum, ſiquidem *non poſſunt, ſed potuerunt aliquando peccare; Virgo nec poteſt, nec potuit vnquàm peccare*, namque fuit per gratiam impeccabilis toto tempore, veluti ſuprà diximus. Præterea, ſecundum S. Thom. opuſc. 8. Thomam fuit quoque plenior, familiarior Deo, ditior gratiâ Angelorum.

VII.

In gradu intenſiſſima.

Quoniam eſt gratia diſpoſitiua ad infinitam dignitatem; ergò talis gratia debet eſſe in gradu intenſiſſima, videlicet ſumma & incomparabilis reſpectiuè iuxta alterius creatæ gratiæ, cùm ſemper quæque aliâ maior exiſtat.

VIII.

In valore quaſi infinita.

Quia perſona Virginis ad infinitam quandam dignitatem, iuxta doctrinam D. Angelici, exaltata eſt *hoc, quod eſt Mater Dei, habet quandam dignitatem ex bono increato, quod eſt Deus*; ergò dicet p. 1. q. 75. a. 6. gratiam Virginis, in quantum eſt gratia talis perſonæ, operationumque à dicta gratia procedentium, habere valorem quaſi infinitum.

IX.

Continet ſummum virtutum apicem.

S. Anton. Quia gratia ſanctificans continet gratiam virtutum

& ſecunda creſcit iuxta proportionem primæ: vndè cùm in B. Virgine ſit gratia habitualis in ſummo gradu, in eodem gradu conſtituta erit gratia virtutum. p. 4. tit. 15. c. 19. Carthuſ. lib. 1. art. 15. de B. V.

X.

Comprehendit etiam excellentiam donorum.

Propter eandem rationem, vt notant iidem ſacri Doctores, & dona Spiritus ſancti, ſicut & gratiæ gratis datæ in excellentiſsimo ac eminentiſsimo gradu repertæ fuerunt in ſacratiſsima Virgine.

Quintum Priuilegium.

VIRTUTES MARIÆ.

I. *In origine altißimæ.*
II. *In gradu perfectißimæ.*
III. *In productione infuſæ.*
IV. *In duratione ſtabiles.*
V. *Puræ ſine contrario.*
VI. *Liberæ ſine impedimento.*
VII. *Perfectæ donis.*
VIII. *Confirmatæ votis.*
IX. *Non humanæ; ſed Angelicæ.*
X. *Et ſupra Angelicas, quia exemplares & Diuinæ.*

Declaratio.

I.

In origine altißimæ.

Quia ſicut virtutes Chriſti ſuam deduxêre originem & principium à gratia vnionis; ita virtutes Mariæ à gratia Maternitatis.

II.

In gradu perfectissima.

S.T.3.p.q.3 a.2. Quia, secundùm D. Angelicum, *virtutes sanctorum derivationes*, seu effectus & rami gratiæ, cui proportionari debent; ergò si gratia Virginis, vti supra dictum est, in summo gradu perfectionis, in eodem erunt omnes eius virtutes.

III.

In productione infusa.

S. *Anton.* p.4. *tit.*15. c.19. S *Bern.* *tom.*2 *ser.* 51. Etenim in instanti conceptionis suæ cuncta ... est virtutes, tàm naturales, quàm supernaturales, ... *acquisitionem* per proprios actus; sed *per* ... dono Dei, & cum virtutibus simul obtinuit ... tus sancti & gratias gratis datas.

Communicata ei fuit gratia miraculorum, ... *dum actum* duntaxat, quomodo illam habe... Sancti; sed etiam *secundùm habitum*, eamq; ... exercuit post Ascensionem Filii in confirma... dei Christi, ac huius præsertim veritatis, quod ... Mater eius. Fuit ei cõmunicata gratia linguarum ... diuersarum nationum hominibus & populis, ... ex variis mundi partibus ad eam confluebant, ... eorum lingua & idiomate satisfaciebat. Donum ... phetiæ prædicta fuit, eiusq; specimen aliquod ... quando dixit: *Beatam me dicent omnes generationes*, ... nuptiis; quia præcognouit in Spiritu futurum ... diceud): *quæcunq; dixerit vobis facite*, & de V... tellexit Isaias illud: *Accessit ad Prophetissam*, ... *Isa.*c.8. *& peperit.*

Hoc idem dicendum est, de dono interpr... sermonum, id est, scripturarum, aliisque simil... batio huius priuilegii desumenda est tum ex ... merito dignitatis talis Matris tùm etiam, quia ... uilegium istud fuerit concessum protoparentibus ... stris Adamo & Evæ, non potest, neque debet ... Beatissimæ Virgini.

IV.

In duratione ſtabiles.

Quia non ſolùm hæ virtutes nunquàm neq; in toto, neq; in parte defecerunt & decreuerunt in B. Virgine, ſed ſemper profecerunt, & in illis Virgo ſacratiſſima ſemper magis magisque profecit iuxta augmentum gratiæ.

V.

Puræ ſine contrario.

Quia nunquam in eam irrepſêre habitus praui contrarij; vnde Virgò ſanctiſſima ſemper habuit ſummam inclinationem & facillitatem ad benè operandum.

VI.

Liberæ ſine impedimento.

Nunquam Virgo benedicta habuit impedimentum vel obſtaculum paſſionum, quia ſicut dicitur de Chriſto, quod *non fuerunt in eo paſſiones*, videlicet, motus inordinatiſ, ſed *propaſſiones*, nempè, affectus ordinatiſſimi, & rationi ſubordinati, ita hoc idem poteſt ac debet dici de Beata Virgine, vti ſuprà dictum fuit. *Magnif. in 3. diſt. 15. S. Hieron. in Matt. c. 26.*

VII.

Perfectæ donis.

Quia *perfecta virtus in dono, Donum in beatitudine, & Beatitudo in fructu*, id eſt, virtus perficitur dono Spiritus ſancti, donum perficitur Beatitudine, & Beatitudo perficitur fructu eiuſdem Spiritus ſancti; cùm igitur virtutes in Virgine fuerint perfectiſſimæ, eis quoque vnita fuerunt ſeptem dona Spiritus ſancti, octo beatitudines, & duodecim fructus Spiritus ſancti, & à virtutibus recipiebat perfectionem operationis, à dono eminentiam, à Beatitudine ſtatum, à fructibus voluptatem & delectationem æternæ dulcedinis, nec non æternæ gloriæ deſiderium. *Albertus Mag. ſuper Miſſus eſt. Iſa. 11. Matth. 5. Gal. 5.*

VIII.

VIII.

Confirmatæ votis.

Albert. *S. Ambros.* *S. Bern.* *S. Thomas.* Volunt enim nonnulli sacri Doctores, sanctiss. Virginem etiam ab instanti conceptionis suæ h votis confirmatas virtutes principales perfectio angelicæ & religiosæ obseruantiæ, puta, Paupert Castitatem & Obedientiam; siquidem ab eo t cognouit perfectiora, gratiora Deo, ac magis m esse ea opera, quæ fierent à voto sese obstring quàm à solutis, idque confirmatur etiam exemp sti, qui in Conceptione sua emisit votum tot pendendi in redemptionem humani generis ad vsque. Prætereà veritas hæc corroborari po

S. Brig. lib. 1. reuelat. c. 1. quæ ipsamet B. Virgo sanctæ Brigittæ reuelauit verbis: *Voui in corde meo obseruare virginitatem vnquam possidere in mundo, & omnem voluntat am Deo commisi.*

Magno igitur cum fundamento hoc priuileg betur B. Virgini, quod, nimirùm, prima omnium rit, quæ ex instinctu Spiritus sancti voti nexu strinxerit Diuino seruitio & obsequio, ac proinde prima fuerit inuentrix & institutrix status Religi ius in Conceptione sua prima iecit fundamenta, eà compleuit & perfecit eundem in sua Præsen quando insuper adiunxit obseruantiam extra propriosque deseruit parentes paternasque plum ingressa, in quo veluti loco & habitaculo R sorum proprio Deo se consecrauit.

IX.

Non humanæ, sed Angelicæ.

S. Tho. 1. 2. q. 61. art. 5. Quia *non sunt virtutes purgatoriæ*, passionu delicet, subiectæ; sed virtutes *purgati animi*, q virtutes heroicæ, perfectissimæ, competentes & Beatis in cœlo existentibus.

Neque tamen esse meritorium, seu ratio meriti defuit virtutibus illis, quibus sanctissima Virgo dotata erat, quia tametsi habuerit virtutes *per modum patriæ, quantum ad actum perfectissimum, habuit tamen per modum viæ, quantum ad meritum*: in perfectione virtutum similis fuit statui Beatorum; at quantum ad meritum similis statui Viatorum. *Albert. Magn. c. 69 de B. V. fol. 46. S. Anton. p. 4. tit 15. c. 17. §. 4.*

X.

Et super Angelicas, quia exemplares & Diuinæ.

Quemadmodum enim virtutes Diuinæ *dicuntur virtutes exemplares*, quia Deus est primum exemplar à nobis imitandum; ita virtutes sanctissimæ Virginis cum sint exemplar secundum post Deum nobis pariter imitandum, dici possunt exemplares: *Posita est enim B. Virgo* (asserit Angelicus Doctor) *vt vniuersale exemplum omnium virtutum*, è quo cuncti viuam cuiuslibet virtutis extrahere possent idæam. *S. Tho. q. 61. a. 5. par. 2. S. Topusc. 8*

Sextum Priuilegium.

MERITUM MARIÆ.

I. *Eminentissimum in ordine.*
II. *Efficacissimum in virtute.*
III. *Intensum sine remissione.*
IV. *Continuum sine interruptione.*
V. *Stabile sine diminutione.*
VI. *Mirabile in excessu.*
VII. *Fœcundum in communicatione.*
VIII. *Fundamentum secundarium Ecclesiæ.*
IX. *Gaudium Vniuersi.*
X. *Vnitum merito Christi.*

Decla-

Declaratio.

I.

Eminentissimum in ordine.

TRansilit namque ordinem gratiæ habitualis, ordinem vnionis accedit, quia terminatur ad ternitatem Dei, & Incarnationem attingit Verbi quispiam inmaginari sibi potest ordinem perfectiorem aut etiam eminentiorem eo, in quo reperitur Maria est Mater Dei.

II.

Efficacissimum in virtute.

Quia iuxta dictum S. Gregorii: *Meritorum* *Virgo Maria vsq; ad solium Diuinitatis erexit,* S. Greg. Sanctorum merita promerentur gratiam dum gloriam; at merita sanctissimæ Mariæ Virginis Diuinitatis attingunt thronum, cùm in proprium filium verum Dei Filium promeruerit.

III.

Intensum sine remissione.

ETenim iuxta doctrinam Doctoris Angelici: *non impeditus operatur secundùm totam suam tem:* Vndè actus suæ virtuti æquales semper quotiescunq; gratiæ intensioris aderit motio, res etiam causabit actus; habitus virtutis in Virgine mni impedimento passionum & fomitis, vt supra dimus, liber semper extitit; ergò semper actus operatur æquales adeptæ gratiæ, augendo & duplicando mam gratiam, adeò, vt, si prima Virginis gratia exempli causa gradus decem intensionis propter actum, quem elicuit, creuerit ad XX & propter ad XXXX & propter tertium ad LXXX & sic vi tecedentis actus semper gratiæ perfectio accrescens plicata fuit. Præterea si in B. Virgine, veluti

eſt, aderat motio gratiæ efficacis intenſior habitu gratiæ, non operabatur duntaxat actus ſemper æquales; ſed etiam habitibus ipſis intenſiores; neque hic operandi modus, quo ſemper duplicabatur meritum, incredibilis videri debet in Matre Dei: ſiquidem ſimilis conceditur fuiſſe Angelis in principio creationis ſuæ, & inſuper probabile eſt, vti adnotat & notat Suarez, S. Franciſcum eodem operandi modo dotatum fuiſſe ab exordio Conuerſionis ſuæ; imò ſubiungit idem Author: aſſerere de Matre ſanctiſſima, *quod ſemper habuerit motionem Diuinam ad actum intenſiorem, eſt pietati magis conſentaneum & altius & excellentius de Virgine ſentire: vnde dicendum eſt ſemper operari ex tota efficacia Charitatis & gratiæ, tàm habitualis, quàm actualis, ſeu mouentis.*

Suarez. diſp. 18. ſect. 2. tom. 2. 3 p.

IV.

Continuum ſine interruptione.

Sanctiſſimam Virginem hoc etiam priuilegio dotatam fuiſſe omninò verſimile eſt, ſuppoſito, quod habuerit aliud priuilegium ſcientiæ infuſæ, de quo mox dicetur: etenim hac interueniente ſcientiâ absq; dependentia & fatigatione corporis mentaliter ſemper operari poterat, intendendo, amando Deum, & gaudendo Deo; quod præterà hac ratione oſtenditur, quia ſemper ac continuò Virgo operabatur deliberatè, nunquam habens actus indeliberatos, veluti ſuprà probauimus, ac ſemper operabatur *ex fine amoris Dei*: operari namque propter alium finem naturalem & humanum imperfectionis & defectus fuiſſet in B. Virgine: ergò ſemper ac cõtinuò meruit; neque dici poteſt, quod voluntariè elegerit ſuſpenſionem omnis actus; ſiquidem humanitus impoſſibile eſt Beatiſſimam Virginem nec vllum elicuiſſe actum etiam indeliberatum, quod ſi etiam ita manſiſſet exempta, non caruiſſet aliqua imperfectione.

S. Anton. p. 4. tit. 15. c. 20. §. 6. Alb. c. 126. & 177. S. Bern to. 2. ſer. 3 1. c. 2 Belprat. lib. 7. p. 3. a. 2. t. 126.

Confirmatur hoc idem exemplo Angelorum bonorũ, quia primo inſtanti cõuerſionis ſuæ ad Deum nunquam ceſſarunt ab actuali Dei amore: ergò multò magis & cũ perfectione longè maiori hoc idem aſſerendũ eſt de B. Virgine. Suarez noſter præſentẽ diſcutiens materiã duo diſtinguit

Suar. diſp. 18. ſect. 2. conc. 4.

Suar. disp. 18. sect. 2. conc. 4.

stinguit tempora, primum quando Virgo vigila-
cundum, quando dormiebat, in primo tempore
quam certissimum asserit, Beatissimam Virginem
nuò meruisse propter rationem suprà adductam,
nimirùm perfectum habebat dominium in omn
actus, nullos admittens indeliberatos; in secun-
rò tempore hoc idem ait esse probabile, quia in
in statu innocentiæ adhuc constituto non impe-
vsus rationis, libertas & meritum tempore somni.

Belpr. in Stellar. lib. 7. p. 2. a. 2. S. Aug. lib. contra Iulianum. c. 9

dem, vt bene allegat Belpratus: *Ligatio intellec-
mno est pœna peccati*, & in statu innocentiæ, iuxta
gustinum, *tam fœlicia erant somnia dormientium
vita vigilantium.* Neque obstet, quod in
sit pœna peccati, poterat tamen esse in B. Virgine
fuit dolor, lassitudo, & fames, quia *pœnæ qua
pœnæ*, vti sunt illæ iam recensitæ competere pote
Virgini; ast non illæ pœnæ, *quæ sunt immediatæ
tum*, veluti sunt, *concupiscentia, ignorantia, liga
lectus in somno, & distractio actus non emplatus.*
addendum, conformiter idem Author observat:
sicut Christus in se non assumpsit has pœnas,
decebat & oportebat, eadem permitteret in B. V
cum sit vna & eadem caro Christi & Mariæ, v
tum caro Christi de Virgine sanctissima desu
Quare concludendum, quod si hic operabat
cum libertate & merito fuit in Adamo, multò
concedendus est Beati Virginis: vnde semper &
tempore, & vigilando & dormiendo *operabatur
ali affectu Diuini Amoris*, ac proinde cum me
tinuò.

V.

Stabile sine diminutione.

Et hoc propriũ erat meritis B. Virginis, quod
crescere; at non decrescere & deficere, *vt dolor
non reuertebatur.* Ratio est, quia nulla prorsus
culpa, quæ illud tollere aut retardare valebat.

VI.

Mirabile in exceſſu.

Si vera eſt Regula S. Dionyſii, quod *minimum ordinis ſuperioris & maius maximo ordinis inferioris*, dicendum eſt, quemcunq; gradum etiam minimum meriti B. Virginis, eò quod, vt ſuprà dictum eſt, ſit meritum ordinis ſuperioris, fuiſſe maiorem quolibet merito cuiuſcunque alterius Sancti in ordine inferiori comprehenſi; idque inſinuare videntur verba illa Alberti M. *Maria in merito ſuperauit omnes Sanctos, quia habuit actum Deiformiſſimum*, ordinis, ſcilicet, Diuini & ſuperioris. S. Dionyſ. Alb. Mag.

VII.

Fœcundum in communicatione.

Quia Virgo erat Mater Chriſti, non tanquam perſonæ particularis duntaxat; verùm etiam tanquàm capitis vniuerſalis Eccleſiæ, & tanquàm *primogeniti in multis fratribus*, ergò eſt Mater Chriſti, & ſimul Mater noſtra, nobisque veluti perdilectis ſuis filiis communicat ſanctiſſima ſua merita.

VIII.

Secundarium fundamentum Eccleſiæ.

Quia ſicut eſt quaſi corredemptrix in myſterio redemptionis; ita quoque affirmari poteſt, quod ſit quaſi cofundatrix cum Chriſto in fundanda S. M. Eccleſia: vnde poſt Chriſtum, qui eſt primarium fundamentum, appellari poteſt ſecundarium ſanctæ Eccleſiæ fundamentum.

IX.

Gaudium vniverſi.

Siquidem propter merita Mariæ Virginis, veluti no-

ſtra propria, *acceſſum habemus ad Chriſtum*, quem dùm propter merita Chriſti *acceſſum habemus ad Patrem*, vt ab eo, totum, quod optamus, obtinere mus propter merita Filii, & pariter aditum habem Filium, vt ab eodem, quod deſideramus, conſequa mus per merita ſanctiſſimæ Matris.

X.

Vnitum merito Chriſti.

Quia ſunt merita Mariæ Virginis, tanquàm Chriſti: ergò vniuntur & quaſi ſimul conſtitu merita Chriſti & Mariæ; illa de *condigno*, hæc *gruo* noſtram impetrant, obtinentque ſalutem. igitur, vt meritorum Beatiſſimæ Virginis partice ciaris, ſicque certo certiùs particeps eris Filii.

Septimum Priuilegium.

COGNITIO MARIÆ

I. *Illuminata per ſcientiam naturalem.*
II. *Per fidem infuſam ſimilem fidei ſ gelis.*
III. *Per ſcientiam infuſam ſcientiæ Chriſti fuſæ ſimilem.*
IV. *Per reuelationes Diuinas extra Verbum*
V. *Per cognitionem experimentalem Verbi carnati.*
VI. *Per Viſionem Beatam in Verbo.*
VII. *Illuminata & non ab alio Magiſtro, q SS. Trinitate.*
VIII. *Et tota illuminata abſq; ignorantia*
IX. *Illuminatrix Eccleſiæ.*
X. *Illuminatrix Angelorum.*

Declaratio.

I.

Illuminata per scientiam naturalem.

QVia, conformiter docet S. Antoninus, sanctissimæ Virgini in instanti conceptionis suæ communicatæ fuêre cunctæ scientiæ naturales, tàm illæ, quæ per accidens sunt infusæ, quàm etiam illæ, quæ sunt per se infusæ in ordine ad obiecta spiritualia; vndè non res materiales & corporeas duntaxat, verùm etiam spirituales, nempè, Angelos Dæmones & animas in propria eorum substantiâ & per propriam speciem cognoscebat: & hæc cognitio iuxta S. Bernardinum competebat Beatissimæ Virgini, quia ipsa omnium creaturarum etiam spiritualium Regina erat.

S. *Anton. p. 3. tit. 15. cap. 19.*

tom. 2. ser. 15. c. 2. tom. 3 serm. 3. c. 2.

II.

Illuminata per fidem infusam similem fidei infusæ Angelis.

Quoniam fides ei communicata fuit independenter à phantasmatibus & sensibus, qualis fuit infusa Angelis, & si donum huiusmodi datum est seruis & famulis, multò magis communicari debebat eorum Reginæ; inde etiam in somno exercere poterat actum fidei, & cum hoc actum Charitatis, cognoscendo & amando Deum.

III.

Illuminata per scientiam infusam scientiæ Christi infusæ similem.

Sanctorum plurimi hanc scientiam per se infusam

S. Anton. 4 p. tit. 15. c. 10 §. 2. S. Bern. 10. 2. serm. 51. a. 1 c. 2. Alber. de B. V. c 51. Gerson. tract 1. super magn. p. 86.

in ordine & mysteria supernaturalia admittunt[ur] gine, tùm quia non repugnat statui viatoris, consistere potest cum habitu fidei; tùm ob sin[gu]nem cum Christo habitam: neque inconuen[iens] quod eam incognitionem, quæ competit Ch[ristus] naturam. Virgo sanctissima adepta sit per gratiam etiam, quia, cùm hæc scientia fuerit com[mu]nis gelis adhuc viatoribus, haudquaquam de[ne]gan[dum] Virgini, tùm denique, quia remotâ hac scien[tia] difficile, & forte etiam impossibile esset allegare plurium aliorum priuilegiorum quæ comm[uni]ter ceduntur B. Virgini, veluti continui mentis exm[m]no, accelerationis vsus rationis: quodque exi[m]mni corporali infirmitate fuerit exempta, fi[de]que extraxisset prauam aliquam qualitatem [con]tionem saluti corporis contrariam; si ad eo[rum] mentis exercitium concurrisset phantasia [in]consummatione spirituum, neque etiam perfec[ta] ueretur animæ dominium, quod habebat, in [suum] corpus, haùd absimile animæ beatæ, cæteris[que] innocentiæ positis, veluti suprà innuimus: & [alia] huiusmodi priuilegia Mariæ Virgini concedi [non] ter eidem attribui & concedi possent, si prat[er] negaretur scientia. Quapropter concludit *in sua contemplatione MARIA nullo modo imag[inem] admittebat, imò nec rationem*, quia nec semper [in] sariò per phantasmata, neque per intellectus [sed] sed per proprias species cognoscebat, & idem

Gerson. tr. 3. super magnif. t. 7 p. 718. Alb de B. V. c. 71.

firmat: *Spiritus Mariæ erat in corpore, sed nihil [in] portabat.* Idem quoque euidenter affirmat [Al]Magnus, cùm ait: *Habuit simul cognitionem m[at]& vespertinam*: & per cognitionem vespertin[am] ligit fidem, per matutinam verò scientiam.

S. Anton. p. 4. tit. 15. c. 19 §. 2. Rup. in Cant lib. 1. circa med.

Et præter iam memoratam scientiam [sa]communicata & infusa sanctissimæ Virgini Theologia in summo, vt ei inseruiter ad [ex]& defendendam fidem in dubiis, quæ occurre[bant] liter post Ascensionem Christi in cœlum. Rupertus, Virginem tanquàm Apostolorum

interfuisse Conciliis, veluti interfuit primo *de cessatione legalium, & omnem soluit quæstionem.*

IV.

Illuminata per reuelationes Diuinas contra Verbum.

Inter quas ea fuit excellentissima, quam recepit in Annunciatione Verbi per Gabrielem Archangelum, vti & frequentibus aliis toto vitæ suæ decursu, ac illo præsertim tempore, vt ait D. Hieronymus, quo habitauit in Templo, ditari meruit reuelationibus: *Vbi quotidiè ab Angelis frequentabatur.* Recepit insuper, iuxta D. Anselmum, reuelationes de propria salute, & de sui exaltatione super omnes Angelorum choros: & secundum Albertum Mag. eandem quoque reuelationem recipiebat de statu & salute hominum.

Hieron. to. 9. de ortu Mariæ. Epis. 91.

Anſel de Excell. V. c. 17.

V.

Illuminata per cognitionem experimentalem Verbi.

Non solùm simplici scientiâ, sed ipso effectu, ipso experimento didicerat de mysterijs Iesu Christi. Non qualicunque notitiâ de mysteriis ad Incarnationem Verbi spectantibus instructa erat, sed cognitione clarâ, cognitione euidenti, cognitione experimentali ei non absimili, inquit S. Athanasius, quam habemus de anima: siquidem per effectus aliquos, quos Virgo sanctissima in se experiebatur, tametsi reuelatâ facie Verbum Diuinum non intueretur, in euidentem eiusdem Verbi deueniebat notitiam, & hi effectus erant illuminationis, & illustrationis cœlestium affectuum, gaudii, ac ineffabilium consolationum, quas in anima sua profundissima suscipiebat humilitate. Præterea experiebatur in se nonnullas operationes miraculosas, quæ euidenter indicabant præsentiam Verbi in vtero suo Virginali, vt, quod

Anſel. loc. cit.

S. Athan. ſerm. de B. V.

erat Mater & Virgo, grauida sine grauedine, [illegible] riens sine dolore, vt etiam fuit instantanea [illegible] animatio Corporis Christi, obsequium Ange[illegible] eorundemque adoratio sibi tanquàm Reginæ [illegible] præsertim verò plenitudo gratiarum, quam [illegible] Conceptionis suæ eidem communicauerat Filius [illegible] que experimentalis hæc scientia à B. Virgine [illegible] cludebat, quia non erat immediatè circa Verbum [illegible] est fides; sed circa aliquos duntaxat effectus [illegible] præsentiæ Verbi, quæ dictam scientiam non [illegible] tam, quantùm fides, efficiunt.

Ad hanc experimentalem scientiam pertinet [illegible] aliud quoddam eminentissimum & singu[illegible] priuilegium B. Virginis, & erat, quod nonnu[illegible] Diuinam reuelationem secreta cordis Filii cog[illegible] vti expressè id affirmat Eusebius Nissenus dice[illegible] *Spiritu sancto repleta ipsas Filii sui cogitationes* [illegible] *bat*, idque probat ex facto, quod contigit in [illegible] Cana Galilææ, ubi *quod ille facere disponebat, ipsa* [illegible] *ceret, admonebat, dicens: vinum non habent, & quodcunq; dixerit vobis, facite.*

Euseb. Niss. Hom. in Dom. secundam post Eph. & Dom. 1. post Nat.

VI.

Illuminata per visionem beatam in Ve[illegible]

Ita affirmant SS. Patres, S. Bernardus: *Datum* [illegible] *cui datum est experiri.* S. Bernardinus: *In prima* [illegible] *ficatione in lumine suo vidit lumen*; videlicet, [illegible] gloriæ Regem gloriæ. Gerson, vti hunc [illegible] tandi modum reprobat: *potuit dare fruitionem* [illegible] *tri suæ, ergò dedit*; ita approbat hunc alium [illegible] *& decuit facere fruitionem, ergò dedit.* Ide[illegible] mat Sanct. Antoninus: *In conceptione Christi* [illegible] *Diuinam Essentiam, quam in se receperat, &* [illegible] Petrus Damianus in Natiuitate Christi in [illegible] *substantiâ defixit obtutum.* Eodem tempore, [illegible] git Sanct. Cyprianus *intùs & extrà Christi* [illegible] *fruebatur.* Denique Sanct. Hieronymus d[illegible] de vita, quam in templo duxit sanctissima Virgo [illegible]

S. Bern. to. 2. serm. 51. ar. 1. c. 2. S. Anton. 4 p. tit. 15. c. 17. Alber. de B. V. c. 32. Gers. sup. Magn. Pet. Dam. serm. 1. de Nat. & ser. de Assump.

prorumpit verba: *Quotidiè ab Angelis frequentabatur, & Diuinâ fruitione fruebatur.* Ipsamet Virgo hoc idem reuelasse videtur S. Brigittæ, quando dixit ei, quod in conceptione suâ ineffabili dulcedine repleta fuerit, quæ facili negotio de Visione beatâ intelligi potest. Ratio, cur hoc priuilegium B Virgini concedendum sit, est, quia conueniens & decens est, vt Mater cognoscat Filium suum, & quidquid est Filii, cum sit partus suus, suorumque viscerum fructus; cùm igitur Christus sit filius Mariæ Virginis, neque filius duntaxat homo est; sed etiam Deus, conueniens erat, vt Christus esset notus B. Virgini & vt homo, & vt Deus, & secundum humanitatem & Diuinitatem simul.

S. Hieron. Epist. de Nat. B.V.t. 9.
S. Bern super Missus est.
Carthus. de B V. lib. 3. a. 1.
S. Brigitt. lib. reuel.

Et huius quoque opinionis videtur fuisse S. Bernardus, quando dicebat: *Datum est nosse, cui datum est inuenire, & quia notum Patri est, notum sit & Matri.* Maius est habere experientiam Dei per viam Maternitatis, quàm per viam cognitionis, & conueniens ac congruum est, vt cum experientia naturæ vniatur euidentia cognitionis, & quemadmodum, quia est Filius Patris, notus est Patri, ita, quia est Filius Matris, sit quoque notus Matri. Præterea si iuxta probabilem quorundam Doctorum sententiam nonnullis aliis sanctitate conspicuis concessa est hæc gratia, eandem & perfectiori & frequentiorique modo Sanctorum Reginæ concessam fuisse negari haudquaquam potest, præsertim in quibusdam principalioribus vitæ Christi mysteriis, puta, in Conceptione Christi, Natiuitate & Resurrectione. Neque dici potest, hoc donum non conducere ad propriam sanctitatem; sed esse tantummodò gratiam quandem gratis datam, ac proindè non competere B. Virgini; enimuerò visio illa Dei, esto fiat per modum transitus, accendit animam in ardentissimum amorem Dei, non eo duntaxat, quo durat illa visio, sed etiam subsequenti tempore, dùm mediante illius recordatione animam excitat ad eundem amorem, & ad perfectissimam quandam vnionem cum Deo. Subiungit Carthusianus, quod virtute huius doni habitus fidei

fidei ineffabilem clarificationem & certificationem [illegible]
uat, ita vt de fide ambigi non possit; & si mediante
sapientiæ adeò perficitur fides, vt, tametsi propter
tormentorum *negaret aliis fidem exterius, tamen cor*
de negare non posset; quantò magis per visionem
communicatam in hac vita *per modum transeuntis*
citur habitus fidei, & per consequens etiam habitus
ritatis aliarumque virtutum; ergò hoc priuilegium
ad aliorum duntaxat, verùm etiam ad propriam eorum
vtilitatem & sanctitatem.

VII.

Illuminata & non ab alio Magistro, quam Sanctissima Trinitate.

S. Hieron. serm. de Assumpt.

Quia, vt asserit S. Hieronymus, *Conuersabatur Senatoribus cœli intra Curiam Paradisi sub sancta disciplina & magisterio totius Trinitatis*; sed pari modo à proprio suo filio illuminata fuit circa militãtis pariter & triumphantis Ecclesiæ, quæ eaq; occulta ipsi reuelauit & aperuit mysteria de mẽtis, de Sacrificio missæ, vti & mysteriũ redemptionis nostræ & alia hisce è similia. Insuper, vt testantur

Carthus. lib. 2. de B. V. a. 22.

& Carthusianus, Christus aperuit & ostẽdit sue

Albert. ib.

brum vitæ, in quo vidit, legitque nomina ac nu
prædestinatorum, præsertim verò propriam præ
tionem, & omnia quæ toto vitæ suæ decursu
sura erant. Et si Christus D.N. vtpote veritas
ster, omnibus passim loquebatur de vita æterna
dibili cum auscultantium consolatione, quanto
suæ perdilectæ Matri eiusque Sponso Iosepho
charitatis officium priuatim exhibere, oportebat

Apud Carthus. lib. 2. c. 14.

ipsamet Virgo reuelauit S. Brigittæ hisce verbis
meus loquebatur mihi & Ioseph separatim vera
toria, & verba Deitatis, ita, vt incredibili
repleremur.

VIII.

Et tota illuminata absque ignorantiæ tenebris.

Quia libera extitit ab omni peccati fomite, ergò & ab omni potentiarum deordinatione, ac proinde ab omni errore intellectus, sicuti ab omni prauo voluntatis affectu; ergò in rebus dubiis & incertis, eo modo quo faciunt Angeli, determinatè non affirmabat, nec negabat; sed aut judicium suspendebat, aut per viam verisimilis vel probabilis solùm præcedebat; ergò in sanctissima Virgine non fuit ignorantia erroris, nè quidem ignorantia, vt vocant, priuatiua, quæ est priuatio scientiæ debitæ ac conuenientis proprio statui, qui omnia, quæ ad eam, vt ad Matrem Dei, & vt ad vniversalem Ecclesiæ Matrem, totiusque vniuersi Reginam spectabant, nouerat.

Albertus Magnus, declarando hoc idem perfectissimæ cognitionis Virginis priuilegium, absolutè & absque vlla distinctione respondet dicens: *Beata Virgo nullam rei habuit ignorantiam*; hoc tamen intelligendum est in sensu supra exposito, quod, nimirùm, non habuerit defectum cognitionis ad proprium statum spectantis. *Apud Carthus. lib. 2. a. 28.*

IX.

Illuminatrix Ecclesiæ.

Vnde à S. Antonino sanctissima Virgo appellatur *Magistra Apostolorum & Evangelistarum, & de multis mysteriis informabat Apostolos & Evangelistas*, vt ritè & sine errore exercere potuerint Apostolicum suum officium & ministerium. *S. Anton. 4. p. tit. 15. c. 22. §. 5.*

X.

Illuminatrix Angelorum.

Quia secundùm ordinem Hierarchicum primi Seraphim illuminationes suas recipiunt per influxum Beatissimæ Virginis. *S. Dionysius.*

Octauum Priuilegium.

AMOR MARIÆ.

I. *In materia nobilis.*
II. *In forma cognoscibilis.*
III. *In quantitate magnus*
IV. *In virtute inextinguibilis.*
V. *In pondere stabilis.*
VI. *Summus in natura.*
VII. *Immensus in gratia.*
VIII. *Maximus in conuersatione.*
IX. *Causa mortis sed beata.*
X. *Neq; etiam morte interruptus.*

Declaratio.

I.

In Materia stabilis.

S. Thom. opusc. 61. art. 48. S. Idelphõs. de Assump.

HÆc est prima conditio beatifici & seraphi[illegible]ris, iuxta S. Thomam, nimirùm, vt sit in [illegible] nobilis: etenim nonnisi Deum pro obiecto [illegible] aliud quicquàm respicit extra Deum; eandem [illegible]nem, & quidem cum excessu infinito sibi vend[illegible] Virginis, quia, *veluti ignis ferrum, Spiritus [illegible] tam decoxit, incanduit, igniuit, ita, vt sola Spiritus [illegible] flamma videatur, nec sentiatur alia, nisi [illegible] amoris Dei.*

II.

In forma cognoscibilis.

Hæc est secunda amoris Seraphinorum [illegible]

& secundum priuilegium amoris Virginis; siquidem nõ comprehendebatur sub illa vniuersali regula: *Nemo scit, vtrùm odio vel amore dignus sit*, cogeo scebat namque se esse in gratia & charitate Dei constitutam, non per viam coniecturæ & cognitionis probabilis tantùm; sed per certam euidentemque scientiam, vti suprà dictum sunt, ratione priuilegii scientiæ supernaturalis infusæ. Qua de causa ab Ildenphonso charitas Virginis vocatur *flamma visibilis*, nempe visibilis ab ipsa Virgine. S. Ildephõs. loc. cit.

III.

In quantitate magnus.

Quia *Cherub dat & mensurat ignem*, amor correspondet cognitioni Seraphinorum, & quia horum cognitio est in altissimo gradu, in eodem constituta eorum charitas: & amor Virginis hoc alio gaudebit priuilegio, quod *sit in quantitate* non solùm *magnus*, sed *maximus*, summæ & immensæ cognitioni proportionatus. Ezech. c. 10.

IV.

In virtute inextinguibilis.

Amor beatificus in cœlo neque per defectum materiæ, neque propter coniunctionem aut concurrentiam contrariorum deficere potest, semper namque laudando Deum occupati sunt & remoti ab omni peccato: Huiusmodi erat ardens Virginis charitas, in virtute inextinguibilis, quia nunquàm à continua laude & gloriâ Dei cessabat, neque vlli vnquàm defectui aut culpæ etiam minimæ indulgebat aditum; in aliis econtrà notat S. Thomas, quod *Charitas frequenter extinguitur, nunc penuriâ lignorum, nunc inundantiâ aquarum, cùm vel desunt necessaria, vel assumuntur contraria.* S. Thom. lo. cit.

V; In

V.

In pondere ſtabilis.

Amor Dei in patria *eſt in pondere ſtabili*, quia [illegible] inhæret centro, quemadmodùm ignis propria [illegible] Verùm tametſi amor Virginis ſit ſtabilis, vt [illegible] Beatorum, ex eo quod diminui nequeat; [illegible] bilis non eſt & firmus in eo, quod Beatorum [illegible] ſtar creſcere & augeri non poſſit; vndè Amor [illegible] iſtum excedit, quia cum impeccabilitate ſeu im[illegible] peccandi, de qua ſupra, habebat virtutem, qui[illegible] proficere poterat in merito; idque ex hac parte [illegible] rat firmus & ſtabilis.

VI.

Summus in natura.

Quia ſummo amore naturali diligebat Chri[illegible] ſi in hoc amore, quo Matres amant prolem ſuam [illegible] inueniri exceſſus, quando per ſimilem creatur[illegible] ſionem ſeparat à Chriſto in B. Virginis amore [illegible] huiuſmodi haud poterat committi exceſſus, ſ[illegible] amor ille ſanctiſſimam Virginem magis magi[illegible] ſto ſemper vniebat, & idem ille, quem ipſa tan[illegible] um naturali proſequebatur amore, ſimul erat [illegible] Præterea ſubdit S. Bernardinus aliam quandam [illegible] gatiuam naturalis huius amoris Virginis, [illegible] quod *Chriſtus, vt homo, totus fuit de ſubſtantia* [illegible] vbi reliqui omnes filii generantur quoque de [illegible] Patris.

S. Bern. tom. 3. de glorioſa nom. Mariæ art. 1. c. 3.

VII.

Immenſus in gratia.

Ethic amor, vtpotè fundatus in gratia, longe [illegible] eſt præcedente fundato in natura, idque etiam [illegible] rium Sanctorum (inter quos præcipuus Patriarcha [illegible]

ham) qui proprios morti consecrarunt filios solo amore Dei ducti, clarum & manifestum est. Et hac supernaturali charitate Virgo instructa Christum respiciebat quinque modis: primò vt Deum summum bonum, & in seipso infinitum, infinitum in sua essentia, & in omnibus suis attributis & perfectionibus.

Secundò, tanquam hominem, secundùm perfectiones supernaturales gratiarum, virtutum & vnionis personalis, quibus sanctissima Christi anima dotata erat.

Tertiò, tanquam benefactorem, à quo & receperat beneficia vniuersalia creationis, redemptionis &c. & particularia sibi specialiter concessa, vti fuêre tot ac tanta Virginis priuilegia, maximè verò donum & beneficium illud Maternitatis.

Quartò, tanquàm proprium filium, & hunc vnicum, & sine Patre in terris natum: *vndè utrumq; amorem illi præstabat*, vt Mater, simulac vt Pater, neque hunc amorem suum cum aliis diuidebat filiis, & in hac consideratione recognoscebat quidem se vt innumeris à Christo ditatam beneficiis; id tamen non obstabat, quo minùs certo quodammodo appellari & censeri poterat tanquam benefactrix Christi, cùm vt Mater Christo suppeditârit esse creatum & humanum: *Et hoc est stupendum miraculum, & inauditæ altitudinis fastigium, vt à muliere Dei filius quodammodò recognoscere videatur suum esse humanum.* *S. Anselm. de B.V. c. 4.* *S. Bern. to. 3. serm. 11. a. 2. c. 2.*

Quintò & vltimò amabat Deum tanquàm vltimum suum finem supernaturalem, quia *anhelabat ad facialem eius intuitum, ad immediatam & intimam vnionem, ad beatificam visionem.* *Carthus. serm. 1. de Assumpt.*

VIII.

Maximus in conuersatione.

Vltra amorem naturalem & supernaturalem considerat S. Antoninus tertium acquisitum, nempè amorem conuersationum B. Virginis cum Christo qui semper accreuit propter innumerabiles quasi actus, continuasque operationes Christum inter & sanctissimam Virginem exer- *S. Anton. p. 4. tit. 25. c. 21.* *S. Anselm. de B.V. c. 4.*

exercitas, quando simul conuersabantur, loquebat
comedebant, quando Virgo Mater subblandiebat
puerulo IESU, cum tenebat, amplexabatur, amp
stringebat, & in mutuo isto contractu, quando V
aut tangabat Christum, aut Christus castissimam V
nem, in magna abundantia & copia communica
sanctissimæ Matri augmentum gratiæ.

IX.

Causa mortis sed beatæ.

Quemadmodùm Virgo sacratissima non obiit
pter pœnam peccati; ita in morte sua haud
fuit infirmitati aut cuiuis alteri dolori. Mortua
est primò ex obedientia Dei, *& iubente Domino*,
uti dicitur de Moyse; sed melius, vti de Christo
Sanct. Cyprianus, obiit ex voluntate & præcepto
tris, *& non respondit verbis se obedire, sed inclinatio*
put & tradidit Spiritum. Secundò mortua est pro
re, sine dolore, conformiter loquitur Albertus,
tantum potest intendi inclinatio sursùm, quod sepe
inclinatione deorsum, sic mors; & cùm suspensa
(ita loquitur B. Virgo S. Brigittæ in reuelatione
templatione & admiratione Diuinæ charitatis. T
demque mortua est in euidenti & clarâ Verbi visione
in gaudio beatifico *ad intuitum dilecti Filii sui cum*
comparabili suauitate, & feruentissima delectatione
rata anima eius sine pœna à corpore, quia si gaudium
lætitia ex obiecto creato percepta, quando est in
su efficit & causat mortem, vt in multis docuit expe
tia: quid causabit *summum gaudium de somno*
visione clara Dei? *non videbit me homo, & viuet*
potest quispiam reuelatâ facie videre Diuinam Es
am, & conseruare se in vita, quin moriatur, quia
um illud beatum, sublato miraculo, quale fuit in C
sto, communicatur corpori, & dum com
catur corpori, resoluit ac consumit omnes
tus vitales ad conseruationem vitæ necessarios,
dè succedit mors, at fœlicissima & beata: ita aliqua

S. Cypr. super ista verba Inclinato capite.
Alb. Magn c. 472.
S. Brig. lib. 6. reuel. c. 62.
Carthus. lib. 4. a. 3.
Exod. 55.

arte experti fuêre nonnulli Sancti, in particulari vterque Franciscus de Assisio & Xauerius, qui ex dulcedine cœlestis gaudii omninò deficiebant, & si illa non cessasset, è vita corporis sine dubio migrassent: & ad alium quendam Sanctum, ne persentiret mortis pœnas, Deus miserat Prophetam Dauid pulsantem citharam suam, ad cuius suauissimum concentum sancta illa omnia sine agonia & dolore è corpore & terra euolauit ad cœlum; quod si huiusmodi igitur gratias legimus concessas aliis Sanctis, quâ ratione similem & cum infinito excessu & in perfectione maiorem denegare possumus Sanctorum Reginæ? Fuit igitur sanctissima mors sine aliquo timore aut dolore, sine agonia, sine turbatione & angustia, obiitque ex sola obedientia & amore Dei, in visione beata, Diuinaque & Filii, & Dei sui fruitione.

X.

Neque etiam morte interruptus.

Adeò continuum & sine vlla interruptione fuit exercitium amoris Dei in sanctissima Virgine, vt non solùm non ab externis occupationibus; sed neque etiam à somno impeditum & retardatum fuerit, & quod plus est, neque ab ipsamet morte; sed aut eundem continuauit amoris actum in vita & post mortem; aut ab amore vitæ diuinæ immediatè transiit ad amorem patriæ sine medio & interruptione aliqua, & hæc amoris perfectio competebat ei, quæ Mater erat sanctissimi amoris, *Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis & sanctæ spei.*

Suarez. disp. 21. sect. 2.

Eccles. 24.

Nonum Priuilegium.

DOMINIUM MARI

I. Regina & Domina Vniuerſi.
II. Regina Angelorum.
III. Regina à dextris Filii.
IV. Dominium æquale ſuæ regulatiſſimæ [illegible] tati.
V. Dominium ſine ſubiectione in [illegible] creaturam.
VI. Dominium ſine indigentia.
VII. Potentiſſimo in natura.
VIII. Potentiſſima in gratia.
IX. Potentiſſima in impetrando.
X. Potentiſſima in iudicando.

Declaratio.

I.

Regina & Domina vniuerſi.

S. Anton. QVia, qui natus eſt ex Virgine Rex eſt, Dominus, propterea Mater, quæ eum genuit, & [illegible] Domina, & Deipara propriè & verè cenſetur, [illegible] de Dominio per naturam & proprietatem, [illegible] lud Dei & Chriſti, qui creauit omnia, & eadem [illegible] lare poteſt; ſed de Dominio iuriſdictionis, [illegible] & excellentiæ intelligitur, & hoc ob varias ratio[illegible] tulos competit ſanctiſſimæ Virgini.

Damaſc. d. 2. S. Thomas ſuper ſolut. Angel. Primò, *iure naturali*, quia omnis ratio natu[illegible] git, vt Mater, quæ *habet ius in filium, habeat eum bona filii, decet Matrem ea, quæ filii ſunt, poſſi[illegible]*

Mater Domini Domina; ergò iure materno naturali habet ius in filium, & in omnia bona filii.

Secundò, *iure Diuino*, quia Deus ipſemet ei attribuit hunc titulum Reginæ & Dominæ, imponendo ei nomen hoc, *MARIA*, quod in lingua Syriaca idem, quod *Domina* ſignificat, & in ſacris litteris appellatur Regina: *Aſtitit Regina à dextris tuis.* *Pſal. 44.*

Tertiò *iure Angelico*, quia ipſimet Angeli eam vt Reginam cum Rege tuo Chriſto cõfitentur & adorant, eodemque Reginæ nomine condecorauêre, quando compares S. Gregorio cantâtunt: *Regina cœli lætare Alleluia.*

Quartò, *iure Eccleſiaſtico*, etenim eundem titulum Reginæ ei attribuit Eccleſia, dum cantat antiphonam: *Salue Regina, &c.* & hanc aliam: *Aue Regina cœlorum &c.*

Quintò, *iure humano*, quia omnes Chriſti fideles tam hoc nomine nuncupant, inuocant & recognoſcunt pro Regina.

Sextò, *iure morali*, quia ratione ſuæ perfectionis & ſanctitatis, eſto etiam non eſſet Mater Dei, competit ei, vt ſit Domina totius Vniuerſi, vti aduertit & notat S. Bernard, dicens: *Propter ſuam perfectionem, etiamſi non fuiſſet Mater, non minùs debuiſſet eſſe Domina Mundi.* *S. Bern. te. 1. ſerm. 61. S Bern. l. c.*

Septimò, *iure hereditario, tùm iure conceptionis, quia concepit Dominum, & hæc ſucceſſio nunquam legitur ceſſaſſe, tùm etiam, quia ſucceſſit ad eius mortem, tùm nullus eſt alius, qui poſſit ſuccedere*, ac propterà voluit filium, vt Mater Cruci aſtaret, *tanquàm illius vniuerſalis hæres, in qua ille deponeret vniuerſum ſanguinem ſuum, merita & gratiam, vt illa ea colligeret, & poſtea ſuis ministris ac interceſſione nobis diuideret.* *S. Anſelm. de B.V.c.5.*

Præterea competit B. Virgini dominium & monarchia vniuerſalis in omnes creaturas propter alios titulos. Primò, *titulo propriæ dignitatis*, quia dignitatem Maternitatis Dei, veluti proprietatem naturalem ſequitur dominium vniuerſale in omnes creaturas; talis namque dignitas extollit ſanctiſſimam Virginem *ſupra omnem naturam creatam*, & ponit eam *in ſuperiori ordine Diuino*, vnde omnes res creatæ ei debent eſſe ſubiectæ. *S. Bern.*

Secundò, *titulo donationis & electionis*, quia ter æternus ei donauerit Christum in filium, ad Rom. 8. *non tum illo omnia donauit?* & quia ipsam elegit trem sui filii, per consequens etiam eligit eam ram omnium Reginam.

Tertiò, *titulo emptionis & reparationis*, quia bis Christum vt pretium Mundi pro nostra liber- S. Bern. Hom 4. super missus est. morti eius assentiendo, & talis consensus de- demptio nostra suum haud sordita fuisset effec- *consensu statim liberabitur.* Præterea, vt Anselm. mus, *Sicut Deus omnia creando Pater est & Dom- mnium, ita B. Virgo suis meritis omnia repara- est & Domina rerum.*

II.

Regina Angelorum.

Omnes ei assistunt, non tanquàm custodes- S. Bern. to. 3. de nom. Mariæ to. 10. ser. 3. a. 3 c. 3 f. 91. Reg. 4. nistri & serui, veluti, asserit S Bernard, hisce ver- *nnes Angelici Spiritus sunt huius gloriosæ Virg- stri atq; serui, & dicunt illud 4. Reg. Serui tui quæcunque iusserit, faciemus.* Enimuerò Reg- dignitati conuenit, vt iidem Angeli, qui Christ- unt, sua etiam deferant obsequia Matri: capi- cipes horum Angelorum Virgini ministrant- plurimi volunt Sanctorum, S Michael & S. Ga- super Virgo sanctissima est etiam Regina Ang- idque ad maius ipsorum tormentum & cruci- ad eius iussa & mandata timent & tremunt, sanctissimi Nominis illius inuocationem repu-

S. Brigitt. lib. 1. c. 9. & lib. 6. c 21. S. Bern. to. 3. ser. 3 de nom Maria n. 3. c. 4. instar animarum deserunt prædas, quas rapu- uas tenebant, fugiunt, & ab ardenti Chari- flammâ se oburi persentiunt: *Et non audent ad- dere, & stupent immunem à peccatis.*

III.

Regina à dextris Filii.

Quemadmodùm enim gratia vnionis in Ch-

conferebat ei quoddam ius & dominium naturale in quascunque creaturas, & quantum ad proprietatem, & quantum ad vsum, tametsi is in terra adhuc existens vsu illo se priuârit ad nostrum exemplum; ita dignitas Matris conferebat ei in omnes creaturas vniuersale dominium & iurisdictionis & excellentiæ, veluti dictum est supra, esto ex humilitate & in exemplum nostrum, quamdiu in terris degebat, vsu illius se abdicauerit; quapropter stare dicitur à dextris filii: *Astitit Regina à dextris tuis*, videlicet, quod habeat dominium & potestatem similem ei, quam habet Filius.

V.

Dominium æquale seu regulatissimæ voluntati.

Quia Mater Dei es, habes concurrentem cum tua voluntate potentiam. Et *Christus Mariæ* dixit, *quod olim Pharao, Genes. 4. absq; tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in tota terra Ægypti.* Sufficit Virginem velle, & subitò factum est: *Tu velis, & nequaquam fieri non poterit.* Quamobrem magno cum fundamento Gregorius Nicomed. *Virginem omnipotentem appellat, quia, quæcunque vult, potest, quam sic Deus exaltauit, & omnia secum possibile donauit.*

S. Germun. Constantinopol. Gen. 4. Anselm. de B.V.c.12. Greg. Nicom. S. Anselm.

V.

Dominium sine subiectione in ordine ad creaturam.

Hæc est prærogatiua potentiæ Virginis admirabilis, & est prima potentia post Christum, nec aliud Dominium creatum agnoscit superius: *Quomodo subiicietur creatura, qua Mater effecta est Creatoris? imò Mater omnis creatura effecta est Domina omnis creaturæ.*

S. Bern. to. 3. serm 3. a. 1 fol. 87.

VI.

Dominium ſine indigentia.

S. Bern. l. c. Cuius rationem profert S. Bernardinus: Qui
tur ſupra dilectum ſuum, in quo eſt omnium
abundantia, omnium bonorum copia, &
S. Bona. in ſpec. c. 8. *tionum & ſuauitatum affluentia.* Et S. Bona
Quia Dominus potentiſſimè tecum eſt, idèo
tiſſima ſecum, potentiſſima es per ipſum, potent
ipſum.

VII.

Potentiſſima in natura.

Idque propter potentiam ac dominium
racula, & ſecundum actum, & ſecundum
propter manifeſtationem fidei, & in confirma
ius, quod erat Mater Dei, vt dictum eſt ſupra;
Damaſc. Orat. 2. de dormit. B. V. & orat. 1 de Nat. Andr. Cret. orat. 2. de Aſſumpt. D. Damaſcen orat. 1 de Natiu. Damaſceno appellatur *Miraculorum abyſſus*,
rum officina, eiusque rationem reddit Andreas
ſis, quia cuncta miracula fiunt aut ab ea,
mediante, nimirùm, eius interceſſione: *Eſt*
raculorum effectrix, qua quomodocunq; facta
unt. Et quid mirum eſt, omnium
ipſam exiſtere cauſam, ſi in ſeipſa, & in vita
ne ſuorum priuilegiorum ac prærogatiuarum
culum omnium miraculorum, maximè nouum.

VIII.

Potentiſſima in gratia.

Quia nulla ſalus, nec vlla ſalutis ſpes
niſi mediante Mariæ Virginis interuentu &
S. Germanus. S. Petrus Damian. *Non eſt, qui ſaluus fiat niſi per eam. Et*
qui potens eſt, & data eſt tibi omni
terra. Propter potentiſſimam eius
Deus in cœlo gloriam, & in terris

ſungit Petrus Damianus, potentiſsimam Virginem hanc oſtendere potentiam erga peccatores præſertim deſperatos: *Nihil tibi impoſſibile, cui poſſibile eſt deſperatos in ſpem beatitudinis releuare.* *Idem Pet. Dam ſer. de Nat.*

IX.

Potentiſſima in impetrando.

Quia ſola plùs poteſt, quàm omnes Sancti ſimul & vnitim; vndè ſi hoc idem, quod apud Danielem accidit, vbi vnus Angelus reſiſtabat alteri Angelo, occurrere poſſet, *potentior eſſet, maioriq; efficacia* & valoris apud Deum, Virginis, quàm reliquorum Sanctorum omnium, oratio. In hac igitur collocanda eſt ſpes noſtra, quia *Abyſſus Abyſſum inuocat, id eſt, Mater Filium inuocat pro nobis.* *Suarez diſp. 23. ſect. 2.* *S Bonav. in ſpec. c. 5.*

X.

Potentiſſima in iudicando.

Quia cum Chriſto ſedebit in throno iudicii, veluti modò ei aſſiſtit à dextris in throno gloriæ, vtà toto Mundo recognoſcatur pro vera Matre Dei, & compenſetur confuſio illa, quam habuit, *quando ſtabat iuxta crucem Filii crucifixi.* Quod probat etiam Petrus Gallatinus, quia in omnibus principalioribus vitæ ſuæ myſteriis Chriſtus comitem habuit Matrem, ergò etiam comitem eandem ſortietur in iudicando: *Venturus ſperatur ad iudicandum, ſed ad eius latus aſſiſtente Maria.* Idque confirmat ex parabola Virginum, quæ in die iudicii *exibunt obuiam Sponſo & Sponſæ, id eſt, Chriſto & Beatæ Virgini.* *Pet. Galat. opuſc. de immacul. concept. lib. 1. fol. 17. Matt. c. 22.*

Decimum Priuilegium.

PULCHRITUDO MAR

I. *Nobilißima propter naturam.*
II. *Dignißima propter gratiam.*
III. *Diuinißima propter fructum ventris*
IV. *Simillima pulchritudini Christi.*
V. *Eminentißima super omnem pul-*
nem.
VI. *Pulchritudo cunctis proficua.*
VII. *Triumphatrix cordium.*
VIII. *Condecorat cœlum.*
IX. *Pulchrum ac nobile reddit Vnive*
X. *Perfectißima idæa omnis pulchrit*

Declaratio.

I.

Nobilißima propter Naturam.

Carthuſ. lib. 1. art. 34.

QUia in Beatißimâ Virgine natura extend
vires, vltimumque potentiæ ſuæ poſuit ter
Natura aliquando facit pulchrum, aliquando
aliquando, vti in B. Virgine, *pulcherimum, qu*
minum, in quem poteſt, & non vltrà.

II.

Dignißima propter gratiam.

III.

Diuinissima propter fructum ventris sui.

Quia MARIA *est arbor pulcherrima in foliis oris* (quæ est pulchritudo naturæ) *pulchrior in floribus cordis* (quæ est pulchritudo gratiæ) *pulcherrima in pulcherrimo fructu ventris* (quæ est pulchritudo Diuinitatis) ac propterea iuxta Bonauenturam pulchritudo Mariæ Virginis similis existit pulchritudini Lunæ, *pulchra vt Luna.* Sicutenim pulchritudo Lunæ originem suam ducit à Sole, ita quoque pulchritudo Mariæ à Sole suum deducit ortum, *quia æternus Sol receptus & conceptus est in ipsa.*

S. Bonav. tom. 2. spec. c. 14.

Idem spec. tom. 2. c. 11.

IV.

Simillima pulchritudini Christi.

Et enim ad Diuinam spectabat Prouidentiam, vt materiam accommodaret fini; cùm igitur corpus purissimæ Virginis formaretur in talem finem, vt ex illo conciperetur Christus pulcherrimus, Virginis corpus pulcherrimum quoq; esset, oportebat, & eandem veritatem patefecit Christus loquens Matri: *Sicut semen quale est tales flores germinat, sic membra mea conformia fuerunt membris tuis in forma & specie.*

Galatinus.

S. Brigitt. lib. 1. cap. 15.

V.

Eminentissima supra omnem pulchritudinem.

Talem deprædicant SS. Patres, S Epiphanius: *Solo Deo excepto cunctis superior existit, formosior Cherubim, & Seraphim, & omni exercitu Angelico.* Gregorius Nyssenus: *O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum, O Dei genitrix, pulchrorum omniũ summũ ornamentum*

Ex Gaud.

tum. Ratio est, quia quemadmodum in Angelis ra proportionatur gratiæ: ita quoque in Mari nec; ergò sicut in pulchritudine gratiæ B. Virgo alias superauit gratias; ita quoque in pulchritudi poralı cæteras omnes superauit.

VI.

Pulchritudo cunctis proficua.

S. Tho. 3. d. 3. q. 1. a. 2. Gerson to. 4. super Magn.

Quia intuëtes ad castitatem excitabat affectu lâ, solo vultus aspectu vocisque sono mitigab guebatque omnem carnalem affectum, & p tiarum abundantiam, & propter conuersand am, & propter splendorem vultus, & quia suam tudinem occultabat, quando peccatoribus hunc verò castitatis effectum causabat non tan *tuentibus*, sed etiam *audientibus suauissimam* vt notat Gerson.

VII.

Triumphatrix cordium.

Quia triumphauit de corde Dei, Angelorum minum; vndè orat S. Antoninus: *Specie tuâ & tudine tuâ*, nempe, pulchritudine corporali spirituali animæ (*intende*) respiciendo nostras *prosperè procede*) ab eis nos eripiendo tuis o (*& regna*) super nos in cœlo.

VIII.

Condecorat cœlum.

Totam namque gloriæ pulchritudinem, p tam Christi Humanitatem, à sola Virgine cognoscunt Sancti in cœlis; vndè eam admira quàm prodigium gratiæ, tanquam gloriæ mi & veluti stuporem Paradisi: & quemadmod gratitudinis debitæque recognitionis *mittunt* Apocal. *suas ante thronum Agni*; ita quoque *mittunt* Mariæ.

IX.

Pulchrum ac nobile reddit Vniuersum.

Primò propter Christum, quia Christus assumendo naturam humanam, quodammodò assumpsit etiam omnes creaturas, eas quasi in seipso Deificando. Secundò propter seipsam, quia *Maria creaturis constat omnibus*, eo ipso, quo Deus pulcherrimum, quod est in creaturis, in Maria collocauit, ac propterea omnes in Maria nobilitantur, *& meliores sunt in Maria, quàm in seipsis.* *Damasc. orat. 1. de Deip. Arnald. Carthus.*

X.

Perfectissima idæa omnis pulchritudinis.

Quia *omnis creatura adunatur in Maria, vel formaliter, vel eminenter*; quapropter, cùm prodiit in hanc lucem, cunctis fuit veluti cœleste admirationis prodigium, imò & ipsis Dei oculis, veluti ille ipse id manifestat in hisce verbis: *O quàm pulchra es amica mea*, vbi Rupertus, *O pulchritudo admirabilis, quam sic admiratur & collaudat pulcherrimus Auctor pulchritudinis.* *Gerson super Magn. fol. 82.* *Cant. 4. Rupertus*

Vndecimum Priuilegium.

NOMEN MARIÆ.

I. *Altissimum in origine.*
II. *Diuinissimum in sanctificatione.*
III. *Potentissimum in virtute.*
IV. *Gloriosissimum Deo.*
V. *Nomen dignissimum reuerentiâ.*
VI. *Efficacissimum in inuocatione.*
VII. *Spes peccatorum.*

VIII. *Iubilum iustorum.*
IX. *Gaudium Angelorum.*
X. *Terror Dæmonum.*

Declaratio.

I.

Altissimum in origine.

S Hieron. tom. 9. Epiph. de Nat B. V. ep. 40. Idiota de B V. c. 5. Pet. Damian. Tom 2. serm 11. de Annunciat.

QUia fuit reuelatum à Deo, & ab Angelo ann[illegible] tum Sancto Ioachimo: *Vxor tua pariet tibi [illegible] & vocabis nomen eius MARIAM*: vndè de sanct[illegible] Virgine, vt notat sapientissimus Idiota, dicipo[illegible] *cabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nom[illegible]* imò secundùm Petrum Damianum, cùm in pr[illegible] mundi sanctissima Trinitas consilium quasi [illegible] Angelis circa totius mundi reparationem, stupe[illegible] *& mirabantur præ gaudio, ex Thesauro Diuinit[illegible] riæ nomẽ desumptum, & per ipsam & in ipsa, & [illegible] cum ipsa totum hoc faciendum decernitur, & [illegible] lo nihil factum est; ita sine illa nihil refectum [illegible]*

Diuinissimum in significatione.

S. Anton. 4. p. tit. 15. c. 22.

S. Pet. Dam.

Quia iuxta S. Ambrosium idem significat, q[illegible] *ex genere meo*, de quo tametsi alii dubitent, [illegible] men hoc S. Antoninus, quia prima littera [illegible] huius in Hebræo idem significat, quod ign[illegible] *meis, id est, Deus, qui ignis est ex visceribus meis*, [illegible] est ac *ex genere meo*. Et iuxta S. Petrum Da[illegible] idem significat hoc nomen, quod *Theotocos*, id est [illegible] *ra*, idque ab Angelo reuelatum fuit ipsi Ioa[illegible] quando hæc subiunxit: *& Virgo generabit [illegible] Filium, qui Iesus vocatur.*

III.

Potentiſsimum in virtute.

Quia deuotè inuocatum maximam habet virtutem & efficaciam à Deo impetrandi id, quod mediante illo poſtulatur, & quemadmodum de ſanctiſſimo nomine Ieſu dicitur: *IESV nomen auditum fugat noxios ſpiritus*, idem, iuxta ſupra dicta, SS Patres affirmant de nomine Mariæ: *Maria nomen auditum fugat Dæmones*; & ſicut hoc ſanctiſsimum nomen terrorem incutit dæmonibus: ita lætificat conſolaturque corda iuſtorum, animum & vires addit peccatoribus, totamque cœli curiam gaudio & iubilo reficit & recreat. Quapropter, vt reuelarum fuerit S. Brigittæ: Beati illi ſpiritus nunquàm ſatiantur ceſſantque repetere hoc ſanctiſſimum nomen: & ſi particulari modo ſemper virtutis ſuæ oſtendit efficaciam eam, vt vult S. Bonauentura, manifeſtat præcipuè in articulo mortis: *glorioſum & admirabile eſt nomen eius, qui illud retinent, non expaueſcunt in puncto mortis.*

Arrobius

S. Bern. in pſal. B.V.

IV.

Glorioſiſsimum Deo.

Quia *eſt nomen portans totius Deitatis gloriam*, cunctaque tribuens honorem ſanctiſsimæ Trinitatis, repræſentando merita eius, quæ eſt Mater Dei, & multò magis magis merita Chriſti: etenim hoc nomen operatiuum eſt, non propter exteriorem vocis ſonum, ſed propter vocis illius ſignificatum.

S. Chryſol. Serm. 142.

V.

Nomen digniſsimum reuerentiâ.

Quia eſt nomen *Tetragramaton*, veluti nomen Dei & Ieſu. Quamobrem Angelus, annunciando Virgini Incarnationem Verbi, nõ fuit auſus eã proprio appellare nomine, ſed illud circũſcripſit dicendo: *Gratia plena*: Hoc idẽ

pro-

propter reuerentiam huic nomini debitam Gerar[...] piscopus obseruari volebat in Hungaria, vt, vid[...] Virginem loco *Mariæ* appellarent *Dominam*, & [...] nunquam proprio eam nomine contingeret app[...] inuocari, id nonnisi detecto capite flexoque ben[...] plice.

Surius 24. Februar.

VI.

Efficacissimum in inuocatione.

Adeò, *vt inuocatione eius nominis nonnunquam [...] cior sit nostra salus, quàm inuocatione nominis IESV*, namque placet Filio propriam honorare Matrem.

S. Anselm. de B.V.

VII.

Spes peccatorum.

Tu es spes vnica peccatorum, exclamat S. Aug[...] alloquendo B. Virginem, *quia per te speramus [...] omnium delictorum, & in te nostrorum est [...] præmiorum*, cùm huius sanctissimi ac dulcissim[...] tanta sis vis & efficacia, *vt mirabiliter emolliat, [...] tret duritiam cordis humani.*

S. August.

Idiota to. 10. de B. V. c. 5. BB. 95.

VIII.

Iubilum iustorum.

Variæ sanctissimi huius nominis sunt interp[...] nes, & omnes vergunt in consolationem iustor[...] mò idem significat, quod illuminata & illumina[...] nos in vita virtutis suo illuminat exemplo, & [...] Albertum Magnum, *illuminat in dubiis, ducit [...] compungit in illecebris.* Secundò idem innuit, [...] *la maris, vel stella poli*, quia inter mundi huius [...] tes ad gloriæ portum nos deducit: [...] hanc stellam, ait S. Bernardinus, *non iactabitur [...] gloriæ vento, nec frangetur scopulis adversorum, [...] bebitur scyllæ voraginæ voluptatum; sed propere [...]*

Super missus est.

Tom. 3. de nom. Mariæ serm. 2.

portum quietis æternæ. Tertiò indicat idem, quod Deus ex genere meo, quod idem est ac *Deipara, Verbigena, generans Verbum.* Quartò hoc idem, quod *imitatrix Dei*, in eadem generatione, denotat. Quintò idem etiam, quod *exaltata, mare amarum, Domina spes*, significat. Ex dictis eruitur, quàm falsa & impia sit hæreticorum quorundam etymologia, qui hunc titulum *stella maris*, quem Ecclesia vsurpat ad honorandam Virginem Mariam, peruertunt, & ad eandem virginem maiori ludibrio exponendam legunt *stella maris.*

IX.

Gaudium Angelorum.

Nomen MARIÆ tantæ virtutis est, vt ad eius inuocationem cœlum rideat, Angeli congaudeãt; quod idem affirmat S. Brigitta in suis reuelationibus, cùm ait; *Ad inuocationem nominis MARIÆ gaudent Angeli in cœlo.* *Sapientissimus Idiota. S. Brig. lib. 1. cap. 9.*

X.

Terror Dæmonum.

Quia sanctissima Virgo est Aurora, Luna, Sol, & Exercitus instar armatorum hominum: *Quæ est ista quæ progreditur, quasi Aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata*, est Aurora respectu principiantium, Luna respectu proficientium, Sol respectu perfectorum; at instar armati exercitus terribilis est respectu Dæmonum. *Cant. 6. S. Bern. to. 3. de nom. Mariæ ser. 3. art. 3.*

Duodecimum Priuilegium.

COMPASSIO MARI

I. *Summa ab exordio Conceptionis sua.*
II. *Summa per totius vitæ decursum.*
III. *Maria speculum patientiæ.*
IV. *Regina Martyrum.*
V. *Sine spasmo cum spasmo.*
VI. *Stabilis in Diuina Voluntate.*
VII. *Dolor cum gaudio.*
VIII. *Redundans à Christo.*
IX. *Redundans in Christum.*
X. *Redimens cum Christo.*

Declaratio.

I.

Summa ab exordio Conceptionis s

QUia à primo conceptionis suæ instanti co
futuram Christi Passionem pro redemptio
neris humani, cui & cum qua æterno sese obtu
summo cum Amoris incendio; vndè cum Rupe
bate dicere possumus Virgini: *Tu quoque long*
gitationibus tuis præscia futuræ Passionis Filii tu
sti martyrium. Et hoc vnum fuit inter eximia &
Virgininis priuilegia, iuxta Albertum, quod
donauerit communicatione Passionis filii sui, a
secundùm eundem, duo requiruntur, & fides
Christum Crucifixum, scilicet, Deum & hom
se passio ex compassione patientis; quod si oppo
passio non importat commodum, sed tormentum;

Rupert. in Cant.

Alb. Mag. de B. V. c. 187.

Carthus. lib. 3. de B. V. a. 25.

eſt priuilegium. Reſpondet Albertus, quod *importat omne bonum & gaudium*, iuxta Diuinum Oraculum: *Omne gaudium existimate fratres, cùm in varias tribulationes incideritis*; ergò Pater misericordiæ *soli Matri misericordiæ opus summæ misericordiæ, id est, passionem eo modo, scilicet excellentissimo communicauit.* Alb. l. cit.

II.

Summa per totum vitæ suæ decursum.

Quia sicuti ab illo conceptionis suæ momento incepit ac toto vitæ suæ tempore ad mortem vsque continuauit cognitionem & amorem Christi Crucifixi; ita quoque compassio, & in particulari hoc mare doloris in conceptione Christi accreuit pari mensura, quâ creuit amor; vnde dixit S. Bernardinus, quod illo temporis puncto *crucifixæ crucifixum concepit.* Quapropter summa cum sapientiâ Diuina ordinauit Prouidentia, vt Christus eodem, quo fuit crucifixus, conciperetur die. S. Bern. to. 3 serm. 6. a. 2. c. 1.

III.

Maria speculum patientiæ.

Quemadmodum virtutum omnium, ita & patientiæ extitit exemplar & speculum, veluti ipsamet S. Brigittæ reuelauit: *vt visâ patientiâ meâ & moribus, plures confirmarentur: Apostoli corroborarentur, & Corona mea maiorem augeretur.* S. Brig. lib. 6. reuel.

VI.

Regina Martyrum.

Quia sicut *plus omnibus dilexit, ita pra omnibus doluit, & sicut amor fuit infinitus, ita & dolor*: insuper ait S. Bernardinus: *Si talis dolor diuideretur inter omnes creaturas mundi vitales, caderent mortua.* Sophron. serm de Assumpt. S. Bern. to. 4 serm 45. f. 241.

Præterea aliæ adsunt differentiæ dolorem Virginis inter aliorumque Martyrum; Virgo patiebatur in anima, ac

mâ, ac talis passio & tormentum vocatur à S. Ber-
no *Martyrium cordis.* Secundò patiebatur in Ch-
quem plùs seipsâ amabat. Tertiò, Charitas Ch-
quo patiebatur, augebat dolorem; verùm alii
res primò patiebantur in corpore & non in anim-
cundò patiebantur in seipsis, & minus seipsis an-
Christum, imò potiùs odio se habebant; vnde C-
tas Charitas Christi, pro quo patiebantur, dim-
eorum dolorem.

V.

Sine spasmo cum spasmo.

Quia cum dolore spasmi, at sine spasmi imperf-
ne, nempè, sine perturbatione & defectu ratio-
batur Virgo, *quia gratius erat Deo, quod Beat-*
compateretur ei secundùm rationem, quàm secund-
tem sensitiuam, quia illa pars est nobilior, & pr-
ritoria, & per se grata.

Caiet. opus. de spasmo B.V.

VI.

Stabilis in Diuina Voluntate.

Stabat enim *iuxta crucem primò fide eleuata*
Diuinitatem. Secundò *peccato impatientiæ non*
ta: tertiò *Diuinæ voluntati conformata, & si De-*
set, ipsa crucifixisset.

S. Antonin p. 4. tit. 15. c. 41. §. 1.

VII.

Dolor cum gaudio.

Sicut Christus Dominus habuit summum g-
& summum dolorem simul; ita sanctissima Virg-
simul dolorem compassionis, & gaudium congra-
Enimuerò considerabat ac contemplabatur P-
Filii, non vt læsiuam duntaxat eiusdem Filii
etiam, vt redemptiuam Mundi, & glorificati-

Carthus. lib. 3. a. 25. Alens. 3. p. q. 16. Belpar. p. 2 a. 1.

Vnde S. Epiphanius ita de B. Virgine sermocinatur: *Dicebat illam esse cœlum & crucem, quia cum summa contemplatione summam etiam mortificationem vniebat.* Et hoc idem coefirmat S. Methildis in reuelatione quadam ab Angelo recepta: *Sanctissima Virgo in morte Filii sui fuit immobilis & gaudens*; Quamvis alii nō desint Authores, qui, vt refert idem Carthusianus, contrarium sentiunt, asserentes, Virginem in Passione Filii sui purum quendam elegisse dolorem, nec ullum cogitationi aut effectui gaudii dedisse locum propter Passionis fructum.

S. Epiph. serm. de B. V.

S. Methild. lib. 1. reuel. c. 56.

VIII.

Redundans à Christo.

IX.

Redundans in Christum.

Quia totus dolor Virginis Mariæ reuerberabat in Christo, & è contra, Christus & Maria erant duo tersissima specula, sicque alter alterius totum in se repræsentabat dolorem, vt vult S. Gregorius: erant veluti duæ perfectissimæ cytharæ idem proportioni cooptatæ, quarum vnà alteri communicat tonum & sonum, imò, vt notat S. Bernardus & S. Bernardinus, quilibet plùs de altero, quàm de seipso, dolebat; *Stabam & ego videns eum, & ipse me* (inquit sanctissima Virgo) *& plùs dolebat de me, quàm de se*, & è contra Virgo *plùs de Christo, quàm de se*, adeò, vt Christus plus doluerit de Matre, quàm de se, & Mater plùs de Christo, quàm de seipsa.

S. Bern. to. 4. serm. 45. fol. 241.

S. Greg. lib. 1. moral. c. 5

S. Bernardus de lamentat. B. V. S. Bernardin. loc. cit.

X.

Redimens cum Christo.

Quia dolor eius & consensus in Passionem Filii, tanquàm causa secundaria, concurrerunt ad redemptionem nostram; vnde S. Chrysostomus ait: *In passione Christi duo videbantur altaria: alterum in pectore Mariæ: alterum in cor-*

S. Chrysost. ser. de pass.

Belp. de B. V. lib. 12. p. 1. ar. 2 fol. 120.

in corpore Christi, Christus pro nobis carnem, & sanguinem, MARIA animam immolabat. Neque hic [illegible] cum morte Christi finem accepit: etenim præsens [illegible] militi lanceâ perforanti Christi pectus, quæ perfo[illegible] *fuit tantùm sensibilis in corde Mariæ, quantùm fuisset Christo corporaliter, si vixisset; vndè præ nimio dolore illicò obiisse credendum est, nisi Diuino miraculo [illegible] præseruata*, & quia Christus sentire haud poterat [illegible] rem vulneris, voluit tali priuilegio honore [illegible] suam.

Decimum tertium Priuilegium.

EMINENTIA MARIÆ

I. *Eminentissima in perfectionibus creatis.*
II. *Digna forma Dei.*
III. *Exemplar Christi.*
IV. *Exaltatio personæ creatæ.*
V. *Compendium Vniuersi.*
VI. *Vltima perfectio mundi.*
VII. *Perfecta gloria Dei.*
VIII. *Primogenita Christi in redemptione.*
IX. *Mare omnis creatæ perfectionis non [illegible] dans.*
X. *Omnis laus Mariæ Virgini silentium est.*

Declaratio.

I.

Eminentissima in perfectionibus creatis.

Gerson tom 3. de Nat. & 4. super Magnif.

QUia iuxta doctrinam S. Dionysii ordo Hierarchicus id postulat, *vt inferiores perfectiones [illegible] rioribus, & cum excellentia, vis igitur breui [illegible]*

Mariæ Beatitudinem tibi notam fieri, omnem perfectionem creatam, exceptâ, quæ est vnita Diuinitati, vt est humanitas Christi, tribue illi formaliter, vel eminenter; exempli gratiâ, amor Seraphinorum, cognitio Cherubinorum, Thronorum potestas Virgini attribuenda est, & cum excellentiâ absque comparatione maiori, sicque discurres de cæteris perfectionibus creatis.

II.

Digna forma Dei.

Si te formam Dei appellem, *dignæ existis*, quia sanctissima Virgo fuit quædam veluti Idæa Dei, primò in creatione, *cum eram cuncta componens*, vbi Deus ab oculos sibi positam habuit Virginem, tanquàm secundum post Verbum exemplar. Secundò in sanctificatione, *in me omnis spes vitæ & virtutis*, quia eius interuentu contulit nobis sanctificationem. Tertiò in Incarnatione, quia Deus sacram Christi humanitatem Virgini Matri similem formauit.

S. Aug. to. 10. serm. de Assumpt. qui est ser. 83. in appendice. Ezech. 28.

III.

Exemplar Christi.

Quia Christus & MARIA sibi vicissim fuerunt Idæa: MARIA fuit idæa Christo, quantum ad humanitatem, veluti suprà diximus, & Christus Mariæ, quantum ad Diuinitatem: *Tu mihi communicasti, quod sim homo: & ego tibi communicabo, quod sis Deus.*

Guar. Abbas.

IV.

Exaltatio personæ creatæ.

Quia quemadmodùm natura humana eleuata fuit in Christo; ita persona humana in Maria: *Vt totum genus humanum, & quantum ad naturam, & quantum ad personam sibi Christus vniret*, eleuans, nimirùm, personam Virginis specialissima vnione affectus & amicitiæ, vt esset

Carthus. de B. V. lib. 1 a. 26.

Mater Dei; suam verò Humanitatem ad vi[illegible] ad Hypostaticam & personalem.

V.

Compendium Vniuersi.

Andr. Carn. Quia *quidquid Creator singulis creaturis di[illegible] Matri adornandæ concessit.*

VI.

Vltima perfectio Mundi.

Bern. to. 1. de B. V. ser. 61. fol 515. Hesich. to. 7. BB. PP. hom 2. de laud. B. V. *Vltima perfectionis consumatio vsq; ad partum V[illegible] dilatata est; quia omnes creaturæ appetebant vna[illegible] esset optimum, purum creatum*, & hoc erat [illegible] Virgo, imò ratione Verbi Diuini, quod generau[illegible] tam perfectionem euexit mundum, vt maior[illegible] capax; vndè Virgo meritò appellari potest: *Pr[illegible] naturæ ornamentum, gloria luti nostri.*

VII.

Perfecta gloria Dei.

S. Bern. to. 1. serm. 61. cap. 9. S Bonav. in spec. cap. 2. *Eleuata est magnificentia tua super cœlos, id [illegible] cuius magnificentia ampliùs magnificat Deum, [illegible] mnes aliæ creaturæ simul sumptæ*, ita loquuntur [illegible] nardinus & Bonauentura, *plena est omnis terra [illegible] eius, id est, Mariâ relucente in se plenissimè Diuinæ [illegible]*

VIII.

Primogenita Christi in redemptio[illegible]

S. Bern. to. 2. serm. 51. a. 3, c. 3. Cant. 4. *Dicitur primogenita Christi, qui plùs pro ea [illegible] in mundum venit, quàm pro omni alia creatura, [illegible]* gitur in Canticis: *Vulnerasti cor meum, soror mea [illegible]* vertit glossa, *pro amore tuo carnem assumpsi.* [illegible] admodum fuit primogenita Dei in creatione: [illegible] *tissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam* [illegible] suprà dictum est; ita est primogenita Christi in [illegible] ptione.

IX.

Mare omnis perfectionis creatæ non redundans.

Nulla enim gratia simplici creaturæ concessa superat & excedit Virginis sanctissimæ dignitatem; sed câ omnes inferiores sunt, nullum est priuilegium, prærogatiua nulla, quæ ei non competat & conueniat: *Omnia veritate ipsa sunt confirmata*, eo enim ipso, quo ipsi conceditur dignitas Matris, cæteræ connaturaliter prærogatiuæ, vtpotè, inferiores ei denegari nequeunt.

X.

Omnis laus Mariæ Virgini silentium est.

Hoc priuilegium consequitur ex præcedenti: sicut enim Beatissima Virgo à nobis incomprehensibilis est in merito; ita ineffabilis in laude: vndè hoc ipsum, quod de Deo in sensu altiori affirmatur de Deo, de B. Virgine verificari potest: *Coram te reputatur sicut silentium laus Angelorum*, quia cunctæ hominum Angelorumque laudes quasi nullæ sunt ad explicandam infinitam dignitatem, & merita Virginis, multò minùs cæteræ omnes creaturæ, si ad celebrandam Virginis Mariæ laudem lingua & eloquentia instructi, aut instrui possent, vix enarrare valerent eius prærogatiuas.

Versio Chald. in illo Te decet hymnus. Psal. 64.

Decimum quartum Priuilegium.

GLORIA MARIÆ in terra.

1. *Participat aliquo modo gloriam corporalem Beatorum.*

II. *Agilitatem ambulandi.*
III. *Subtilitatem in aliquo gra*
IV. *Splendorem & odorem.*
V. *Habet propriæ visibilis speciei domin*
VI. *Sanitatem perfectam, & nonnunquam ab Angelis ministratum.*
VII. *Grauida sine grauedine.*
VIII. *Parturit cum gaudio.*
IX. *Nascitur sine dolore Matris.*

Declaratio.

I.

Participauit aliquo modo gloriam co lem Beatorum.

Carthus. lib. 4. de B. V. a. 1. S. Anton. p. 4. tit. 15. c. 11. §. 5. Gerson super Magn. to. 4.

ITa asserit Carthusianus: *Cœpit in hac vita ... ter glorificari.* Et S. Antoninus: *Fuit B. V. ... simpliciter, & secundùm quid comprehensor.* E... Gerson: quamdiu in terris degebat B. Virgo, ... *poris glorificati inchoabat ex abundantia virtu... perfecto dominio spiritus super animam & corpus ... ius corpus videbatur agile, subtile, clarum, & ...* idq; conueniens & decens erat, vt, sicut pa... cta fuit dotis essentialis animæ in visione clara ... quoq; particeps fieret gloriæ accidentalis corp... liqua dote corporali, nõ quidem perfecta; sed ... quo huiusmodi dotes participari queunt à cre... huc viuente in carne passibili & mortali.

III.

Agilitatem ambulandi.

Demonstrauit hanc agilitatem in variis oc... veluti eundo *in montana cum festinatione, & ...* quando, cùm trium esset annorum, *sine ...*

quantumuis celerrimè quindecim Templi gradus ascendit, & quanta futura esset, huius miraculi indicio Dominus permonstrauit. S. Hieron. serm. de Nat. B.V.

III.

Subtilitatem in aliquo gradu.

Certo quodam modo impassibilem se exhibuit, quando sine interruptione & continuò se occupabat in vnione cum Deo, nec non subtilitate dotatam, quando in varias diuersisque locis apparens Apostolis omnia transiit impedimenta & obstacula.

IV.

Splendorem & odorem.

De splendore ait Albertus, *non solùm mens B. Virginis; sed etiam corpus luce Diuinitatis resplendebat, & erat sufficiens argumentum*, vt idem notat Carthusianus, *veritatis fidei, quod sancta Mater esset*, imò ipsi S. Dionysio *immensus ille & Diuinus splendor* erat quasi augmentum, quod statum conditionemq; mulieris excederet. Et de odore ac fragrantia idem attestatur Dionysius, quod, quando conspexit sanctissimam Virginem, *ea omnium odoramentorum superabundauit fragrantia*. Idq; Carthusianus aliorum Sanctorum confirmat exemplo: *Simulta corpora viua Sanctorum virtute abstinentia, vel castitatis suauiter redolebant: quantò magis B. Virgo, quæ ex assistente Diuina prolis contactu & deportatione eius in vtero excellenter extitit Deificata, quia, vt optimè Ambrosius, incomprehensibilis filius incomprehensibiliter operabatur in Matre.*

Albert. Compend. Theol. lib. 3 c. 4. Carthus. lib. 2. ar. 17 S. Dionys. Epist. ad D. Paul Carthus. lib 1 de B. V. c. 35. 36. S. Ambros.

V.

Habet dominium in propriam speciem visibilem.

Corporum beatorum proprium est, vt probant Theologi, quod, quotiescunq; ipsis libet, visibilia aut inuisibilia se efficiant, idq; non necessariò, sed liberè, cõmuni-

do aliis propriam speciem: & hanc perfectionem ... dammodò adepta est sacratissima Virgo adhuc ... existens, vti nonnulli volunt, quia non omnibus ... sed diuerso modo se manifestabat, prout expedi... cabat, vndè malis & impiis propriam occultabat ... scondebat pulchritudinem, eam verò manifes... iustis, veluti S. Dionysio. Et hoc priuilegium ... cile est in B. Virgine, supppsito dominio, quod in ... suum habebat, conformiter suprà innuimus.

VI.

Sanitatem habet perfectam, & cibum ... nunquam ab Angelis subministratum.

Caiet. to. 2 opusc. tr. ult.
Galat. lib. 7. c. 10.
German. Arch. Constant. Orat. de oblat. B. V.
Georg. Arch. Nicom. orat. de oblat. B. V.

Dissonant quidem rationi, Beatam Virginem ... nem aliquam passam fuisse, quia similis debebat ... lio per omnia, quantum fas est, ita Caietanus, & ... firmat Galatinus, nempè, quod corpus B. Virgi... ctè sanum, non subiectum esse debebat infirmi... corporalibus, quia à peccto originali euasit libera ... quia *passibilem & mortalem filium paritura erat, ... riò quoque mortalis fuit.* Quantum ad cibum ... *mentum per Angelum accipiebat.* Cui aliud ... annexum erat priuilegium, quod eodem medio ... anima quoque reficiebatur cibo gratiæ: ita asse... gorius Archiepiscopus, *& per ipsum immaculata ... implebatur bonis,* ꝙ citati Authoris remitto auth...

VII.

Grauida sine grauedine.

VIII.

Parturit cum gaudio.

Serm. de B. V. super illud Ioan. Signum magnum.

Duo hæc S. Bernardus B. Virgini attribuit ... comparatione dignitatis Matris Dei; & quia ... originali extitit libera, credere nobis licet hæc ...

sa fuisse priuilegia; etenim grauedo partus, & dolor partus, & dolor parturientis irrepsêre in pœnam peccati originalis.

IX.

Nascitur sine dolore Matris.

Nullum dolorem attulit parentibus; fieri enim non potest, vt quæ erat voce Angeli gaudium vniuersorum, afferret tormenta Matri suæ in partu. Et lex ista: *In dolore paries*, intelligenda est de partu in peccato originali concepto, qui est filius doloris, huiusmodi verò doloris filia haud erat Virgo sanctissima, quia peccato originali nunquàm obnoxia, ac proindè filia gaudii fuit. Præterea parturiit sancta Anna sine dolore, quia sine sensuali delectatione conceperat, veluti B. Virgo reuelauit S. Brigittæ, quod, nimirùm, S. Anna & S. Ioachim *non ex concupiscentia voluptatis, sed ex Diuina voluntate & charitate contra propriam voluntatem conuenerunt.* Et sic de multis Matribus legitur, eas per specialem quorundam Sanctorum intercessionem exiguum valdè aut planè nullum sensisse dolorem in eorundem partu, vt magis probabile & pium credendum est, sanctissimum Virgineem eandem gratiam & cum maiori perfectione suæ Matri Annæ impetrasse, & pro coronide huius capitis de gloria & beatitudine Mariæ Virginis in terra, concludam cum dicto Gersonis in hæc verba prorumpentis alloquendo Virginem: *O terque quaterque Beata: Beata primò quia credidisti, clamat Elisabeth. Beata secundò, quia gratia plena, secundū Gabrielis salutationē. Benedicta & Benedicta, quia Benedictus fructus ventris tui. Beata quarto, quia fecit tibi magna, qui potens est. Beata quintò, qui Mater Domini. Beata sextò, quia fœcunda virginitatis honore. Beata septimò, quia nec primam similem visa es, nec habere sequentem.*

Rudolph. lib. de Virg.

S. Brig. lib. 1. reuel. c. 9

Gerson.

Decimum quintum Priuilegium.

GLORIA MARIÆ in cœlo.

I. *Gloria sufficiens ad statum.*
II. *Gloria omnem creaturæ gloriam ex[illegible] & fons gloriæ.*
III. *Coronata à Patre.*
IV. *Honorata summoperè à Filio.*
V. *Dotata à Spiritu sancto.*
VI. *Gloriosa in dotibus corporis.*
VII. *Gloriosa in Aureola Sanctorum.*
VIII. *Gloriosa in proprio throno.*
IX. *Declaratur Mater Dei.*
X. *Proclamatur Regina totius Vniuers[illegible]*

Declaratio.

I.

Gloria ad statum sufficiens.

S. Thomas. ETenim gloria correspondet mensuræ gra[illegible] *gratiam sufficientem ad statum*, videlicet [illegible] natam & conuenientem infinitæ dignitatis M[illegible] idem dicendum est de gloria, est in hanc [illegible] gloriæ considerationis suæ vela expendens [illegible] Carnotensis prorupit in hæc verba: *Filii* [illegible]

Arnold. Carn. *Matre, non tantùm communem [illegible] quàm eandem.*

II.
Gloria omnem creaturæ gloriam excedens, & fons gloriæ.

Quia est gloria superioris ordinis; ergò *improportionabiliter excedit omnem gloriam aliorum Sanctorum, sicut circumferentia centrum*; vndè aliud sequitur Virginis priuilegium, quod sit fons & Mater non gratiæ duntaxat, sed etiam gloriæ: *Sanctissima Virgo habet fontalem fœcunditatem ad generandos omnes Sanctos*, non tantum in gratia, verum etiam in gloria. Prætereà ait S. Bernardus: *Hoc gloriosæ MARIÆ priuilegium est, quod quidquid potest Deum pulchrius, quidquid dulcius, quidquid iucundius in gloria est, hoc MARIA, hoc in MARIA, hoc per MARIAM est.* Et concludit S. Bernardus: *Summa gloria nostra est, O MARIA, posse Dominum te videre.* Vationem horum duorum priuilegiorum confirmat similitudo S. Bernardini, nimirùm: quemadmodum omnes stellæ *superantur à Sole, & irradiantur à Sole*; ita gloria Virginis omniũ simul Sanctorum *superauit gloriam, & illam copiosis augmentis cumulauit*; Insuper Stellæ cum Luna ita superantur à Sole, vt *in comparatione illius sint, quasi non sint, nec possint, nec debeant apparere*; ad eundem modum cæteræ omnes aliorum Sanctorum gloriæ quasi euanescunt, quando immensa Virginis comparet gloria, & ad hanc gloriæ eminentiam peruenit sanctissima Virgo per summam suam humilitatem: *Et bonitas Dei, & profunda B.V. humilitas videbantur concedere, MARIA se humiliante, & DEO hanc exaltante: imò MARIA & non solùm se humiliante, sed & in humilitate sub omni creatura se abiiciente, & Deum non solùm exaltante; sed & super omnem Angelicam creaturam eam magnificante.*

S. Bern. to. 1. serm. 61. c. 8.

Carthus. de B.V. art. 9.

S. Bern. l. cit.

Apud D. Bona. in Specul. c. 6.

Tom. 1. ser. 61. c. 3.

S. Petrus Dam. serm. de Assumpt.

Carthus. lib. 4. de B. V.

III.
Coronata à Patre.

Quia *posuit diadema Regni super caput eius*, quod

est

S. Bern. to. 1. serm. 61. ar. 3. c. 5. S. Brig. in reuel.

est diadema & corona dignitatis Regiæ Matris ... exposuit Angelus S. Brigittæ, est Imperium ... Mundi, cùm sit constituta Domina cœli & terræ ... num & Angelorum, qui tantâ animi promptitudine reuerentiâ ei obediunt, *vt potiùs Inferni pœnam ... rent, quàm aliquibus suis præceptis in aliquo ... rent.*

IV.

Honorata sinumoperè à Filio.

3. Reg. 2. S. Bern. to. 3. serm. 11. a. 2. Carthus. de B. V. lib. 4. c. 9. S. Anselm. Hom. in Lucam. S. Bern. to. 2. serm. 51. a. 3. c. 7.

Surrexit Rex Salomon in occursum Matris sui ... rauit eam; ita Christus sanctissimam suam ... Matrem, & quænam fuerit ista honoris exhibitio ... nit Carthusianus: *Adorauit eam Filius Adoratione perduliæ, vt Matrem dignissimam, ex filiali ...* vsurpans hoc vocabulum *adorauit*, pro honorauit ... quo frequenter in sacris paginis sumitur & ... & si, iuxta ponderationem S. Anselmi, & S. Bern. ... Christus tantâ competat mercede beneficium ... cuilibet amoris sui ergò præstitum, quâ non ... remuneratione dignatus fuit propriam Matrem ... tanta & tàm multa propter personam & amorem ... fecit & perpessa fuit? *Non pauperem, sed summum ... Filium in vtero suscepit, nudum carne vel etiam ... operuit, esurientem pauit, sitientem lacte potauit, ... per infantiam, & jacentem non solùm visitauit, ... balneando, fouendo, leniendo, gestando, frequenter ... comprehenso & crucifixo quasi in carcere ... stando iuxta crucem.*

V.

Dotata à Spiritu sancto.

Carthus. de mutua cogn. SS. in patria art. 14. S. Ildephō. serm. de Assumpt.

Et hæc dos animæ *est præmium gloriæ, ... tiua*, & tres continet partes, quæ sunt: *Visio, ... tio*, correspondentes fidei, spei, & charitati ... Hoc præmium sine mensura fuit in B. Virgine ... *comparabile fuit, quod gessit, & ineffabile, quod ...*

ita incomprehensibile est gloriæ præmium, quod promeruit.

VI.

Gloriosa in dotibus corporis.

Esse in anima & corpore glorioso est priuilegium B. Virginis, asserit Ambrosius Catarinus, idque ex eo, quod in suis reuelationibus habet S. Brigitta, eique reuelauit Virgo sanctissima, confirmari potest, *Scias*, inquit, *quod nullum corpus humanum est in cœlo, nisi benedictum corpus Filii mei, & corpus meum.* Dotes gloriosæ sanctissimi corporis Virginis, quæ sunt: claritas, subtilitas, agilitas, impassibilitas, magno cum excessu superabunt gloriosas dotes, quas reliqua Beatorum corpora ab extremo iudicii die in cœlo obtinebunt; Sicut gloria essentialis animæ Virginis excedit essentialem aliarum animarum gloriam, quia dotes istæ resultant meritoriè à gloria animæ; ergò quo maior erit gloria animæ, tanto etiam maior erit gloria corporis, & *quid mirum*, inquit S. Bonauentura, *si dote claritatis clarissima sit in cœlo, quæ dono sanctitatis tàm clarissima fuit in mundo. Item quid mirum si dono subtilissima sit, quæ dono humilitatis tàm subtilissima fuit in mundo; item quid mirum, si dote agilitatis velocissima sit in cœlo, quæ dono pietatis tàm velocissima fuit in mundo, vt cùm abiit in montana cum festinatione. Denique, quid mirum, si dote impassibilitatis impassibilissima sit in cœlo, quæ dono patientiæ & æquanimitatis tam impassibilissima fuit in mundo.*

Ambr. Cat. lib. de consumat. gloria Christi & Mariæ.

S. Brig. apud Carth. lib. 4. art. 7

S. Bonau. in spec. cap. 6.

VII.

Gloriosa in Aureolis Sanctorum.

Idem dicendum est de Aureola Virginis, quod, nimirum, sine comparatione superabat reliquas omnes Aureolas aliorum Sanctorum & Virginum, & Doctorum, & Martyrum, in quantum fuit *Virgo Virginum, Doctrix Apostolorum, & Regina Martyrum*; siquidem corporaliter quoque mortua fuisset, nisi per miraculum fuisset præser-

Charthus. l. cit. art. 18

præseruata, & huic quarta adiungitur Aureola [illegible]lissima & propriissima Virgini, & est Aureola M[illegible]tatis, quæ *est singularis quidam & admirabilis* [illegible] *in corpore B Virginis, vel aliquid aliud, quod sit* [illegible] *signe Regiæ dignitatis & Diuinæ Maternitatis, &* [illegible] *in omnes Beatos.*

VIII.

Gloriosa in proprio Throno.

Nõnulli volunt, sanctissimam Virginem solam [illegible] in cœlo secundam quandam Hierarchiam [illegible] iub Hierarchia increata sanctissimæ Trinitatis [illegible] creatam Hierarchiam Angelorum aliorumque [illegible]rum, ac proindè eam proprio suo insidere thro[illegible] Dei Sanctorumque thronum constituto. Alii [illegible] in eodem Christi throno eam esse collocatam; [illegible] *uit eam intra thalamum maiestatis suæ, id est,* [illegible] *illis, & cum gaudio eam secum in throno collocauit* [illegible] *V. est thronus Dei, thalamus Dei, tabernaculum* [illegible] *gnum est ibi esse, vbi ipse est.* Et huius ratione[illegible] S. Bernardinus, *quia ratio naturalis dictat, quod* [illegible] *Regis sit in sede Regia,* & vterque dicendi modus [illegible]tur fundamento: non est sanctissima Virgo in [illegible] throno Dei aut Christi, quia non est in eadem gl[illegible] est in eodem throno, *& adstat à dextris Filii, in* [illegible] *est in potioribus bonis filii, id est, per maximum* [illegible] in quo sensu humanitas Christi etiam dicitur [illegible]dem throno Dei ad dexteram Patris, nempè in p[illegible] *bonis Patris, & per maximum accessum ad Patrem*

Gerson. to. 8. super Magn. Ildephons. serm. de Assumpt. S. August. in Ioan. 17 c. 56.

S. Bern. to. 1. serm. 61. c. 4.

IX.

Declaratur Mater Dei.

Quemadmodum gloria Christi in Resurrect[illegible] Ascensione eius *fuit in ostensione Diuinitatis;* [illegible] gloria Virginis in mirabili Assumptione *fuit in* [illegible] *Maternitatis,* cùm declarata, manifestata, agnita [illegible]ta fuit pro vera Matre Dei; ac primò declarat[illegible]

Carthus. lib. 4. a. 6.

aternus eam esse *Matrem dignissimam vnici Filii sui, at-*
que ex hoc habet potestatem & maiestatem imperialem
est Filium suum super omnem creaturam. Similiter
am declarauit Filius, dicendo: *Hæc est genitrix mea ve-*
issima, quæ me concepit, peperit, nutriuit, ac fidelissimè so-
uit in natura humana assumpta, & sicut nullus mihi
e ministrauit in humilitate mea, nulli abundantiùs
anifestare volo in gloria mea, nec satis glorioſior videor,
nisi illa glorificetur. Denique eam manifestauit Carthus.
Spiritus sanctus, dicendo: *eam esse sui amoris fornacem,* lic. cit.
ius operationis officinam, in qua, & per quam formatum
est corpus mundissimum Filii Dei, & summa creata est ani-
ma Christi, & in ea, & per eam fabrefecit, quidquid in
gratia mirificum operatur.

X.

Proclamatur Regina totius Vniuersi.

Christo proclamato Regi acclamatur: *Viuat Rex,* &
MARIÆ proclamatæ Reginæ pariter acclamatur: *Vi-* 3. *Reg.* 1.
uat Regina, viuat in æternum, & sicut viuit in corde Dei
& Christi, ita viuat & regnet in cordibus nostris, & per
gratiam hic in terris, & per gloriam in cœlis, Amen.

Ethæc ad gloriam Virginis de priuilegiis eius in par-
ticulari sufficiant. Nunc subiicientur nonnulla princi-
pia & rationes, ob quas præfatæ prærogatiuæ & aliæ
quam plurimæ meritò attribuantur, & conueniant
eidem sanctissimæ Virgini.

(O)

PRIN-

PRINCIPIA

Quibus

Stabiliuntur & probantur prærogat[illegible] sanctissimæ Virginis.

S. Aug. lib. 3. de lib. arbitrio. Albert. in Marial. S. Tho. 3. p. q. 27. a. 1. S. Dionys. apud Alb. l. cit.

PRimum est D. Augustini: *Quidquid tibi ver[illegible] ne meliùs occurrerit, id scias fecisse Deum:* [illegible] matur tùm ab Alberto in suo Mariali, tùm à D. T[illegible] *Quod rationabiliter creditur,* inquit ille, *B. Vir[illegible] cedendum est.*

Secundum est D. Dionysii: *Secundùm ord[illegible] rarchicum perfectiones inferiorum habent supe[illegible] cum excellentia;* ergò cunctæ perfectiones cre[illegible] turis concessæ debent conuenire B. Virgini, vel[illegible] periori ordine vnionis constitutæ, & cum ma[illegible] lentia. Hoc idem principium approbat & dec[illegible] son: *Quidquid perfectionis est in creaturis, tri[illegible] B. Virgini formaliter, vel eminenter.*

S. Aug. 9. serm. de Assumpt. Gerson to. 9 super Mag. S. Ansel. serm. de Assumpt. S. August. apud Alb. cit. Scotus dist. 9. q. 1. Suarez. S. Bernardin. Ep. 174

Tertium principium ex decentia & conu[illegible] est S. Augustini, Gersonis, S. Anselmi & alio[illegible] *Deus & decuit,* vt hanc vel illam gratiam e[illegible] Virgini; *ergò voluit & fecit.*

Quartùm sumitur ex non repugnantia & [illegible] gustini: *Quod non repugnat, nec rationi, nec [illegible] ctoritati, ab Ecclesia Mariæ est tribuendum:* [illegible] cipium tribuitur Scoto: *quod auctoritati E[illegible] Scripturæ non repugnat, videtur probabile, qu[illegible] tiùs sit attribuendum Mariæ.* Idem princip[illegible] bat & sequitur P. Suarez: *Quod per se decet, [illegible] nec authoritas obstat, concedendum est B. Virg[illegible]*

Quintum ab exemplo aliorum Sanctorum [illegible] tur, & est S. Bernardini: *Quod vel paucis mo[illegible] stat esse collatum, non est fas suspicari tantæ Vir[illegible] negatum.* Idem princinpium approbat S. Th[illegible] Albertus: *Vt à nullo in nullo debeat superari.*

Sextum principium deducitur à proportione medii ad finem, & est D. Thomæ: *Quod Deus eligit ad aliquem finem, ita præparat ac disponit, vt inueniatur idoneum ad talem finem.* S.Tho 3.p. q.27.a.1. Alb. l.cit.

Septimum fundatum est in maiori aut minori distantia à principio gratiæ, & etiam est D. Thomæ: *Quantò magis aliquid approximat alicui principio, magis participat effectum illius principii*; ergò cùm Virgo sanctissima inter omnes creaturas propinquissima fuerit principio gratiæ, Christo videlicet, præ reliquis etiam participare debet eius gratia & priuilegia. S. Tho.3.p. q.27.a.4.

Octauum principium consistit in proportione, quam habere debet dispositio ad formam, & est eiusdem Angelici Doctoris: quemadmodùm enim in rebus naturalibus *datur tertia perfectio dispositionis, formæ & finis*, vt in igne est calor disponens ad formam ignis, qui & procedit & nascitur ab eadem forma, & conuenit igni in propriâ sphæra; ita in Virgine considerare debent tres modi perfectionum & gratiarũ, prima perfectio est dispositiua, secũda causata est *ex præsentia Dei in suo vtero incarnati*, tertia est gratia consummata in gloria.

Nonum principium oritur ex exigentia gratiæ habitualis sanctificantis animam, & quò hæc reperitur in gradu eminentiori, eò excellentiora ei debentur dona & priuilegia; ergò si in Virgine fuit gratia sanctificans in gradu eminentissimo, quia, vt probat S. Thomas, non tantum fuit *secundum infusionem in animo, sed etiam secundum redundantiam in corpus, quia in corde eius amor Spiritus sancti singulariter ardebat, ideò in carne eius mirabilia fiebant, vt ex ea nasceretur Deus & homo.* Insuper obtinuit gratiam eo modo, quo eam habuit Christus, videlicet, *per refusionem in omnes homines*, esto *non de condigno, sed de congruo*, Quâ de causâ de B. Virgine dicitur: *Mille clypei, id est, remedia contra mala, pendent ex ea. Et in me est omnis spes vitæ & virtutis*; ergò & excellentissima ei debentur priuilegia. S Thom. opusc.8. Cant.4. Eccles.24

Decimum principium refertur à Petro Galatino, est que fundatum in proportione & correspondentia causæ materialis cum filiali; quia quò materia ordinatur ad nobiliorem finem, eò nobiliori ratione & modo disponi Petrus Galat. de Arcan. fid. lib. 7. ap. 6.

poni ac præparari debet: ita videmus, inquit, ... riam ordinatam ad formam sensitiuam nobilio... esse dispositam eâ, quæ ordinatur duntaxat ad ... vegetatiuam, & eodem modo dispositio mater... cipiendam animam rationalem nobilior est ei, ... ponit ad formam sensitiuam; ergò cum corpu... simæ Virginis eo fine formatum fuerit, vt ... illo conciperetur, nasceretur que Filius Dei, & ... *lata Virgo concepta fuit non tantùm vt homo ... vt Mater Dei quoque fieret*, dicendum est, ... buisse disponi ac præparari omni meliori modo ... cum plenitudine omnium gratiarum ac priuil...

Vndecimum principium sumitur ex comp...

S Tho. opusc. 8. gratiæ ad dignitatem Matris: quia omnes gra... *parantur ad Maternitatem Dei, vt dispositiones ... prietates ad formam*, quę tametsi in infinitũ perfe... nunquam tamen formæ perfectionem attingu... sunt; ita pariter omnes gratiæ & priuilegia B... te Virginis semper inferiora erunt.

Duodecimum priuilegium est perfecta fu... quam cuncti sacri Doctores supponunt inter C... eiusque Matrem; etenim sicut Christus est fi... Matri in humanitate: ita è contra Mater est fi... Christo in Diuinitate, quantùm tamen fieri pot... ter creaturam & Creatorem; vndè affirmat ...

Guerr. Ab. Abbas Christum dixisse Virgini: Communi... quod homo sum, & ego communicabo tibi, quo... sis. Et hoc perfecto competebat amoris tales ... inter & talem filium existenti. Porrò similitudo ... telligitur *secundùm debitam proportionem*, non ... ea distantia, quæ est inter dignitatem Christi & ... sit quoq; inter gratiam Christi & gratiam Virg...

Decimum tertium, quia tota gloria, quæ ... tribui potest B. Virgini, redundet in Christum: ... *dubium*, ait S Bernardus, *quidquid laudis ... proferimus, ad filium pertinere, & rursum omne ...*

S. Bern. hõ. 4. super Missus est. *filium, à gloria Matris non recedimus.*

Vltimum principium, quod & primarium est ... quorum omnium fundamentũ, est dignitas Mat... Dei, quæ in suo genere est infinita, quia ma... quam sit filius Dei, dari nequit, & in suo ordine ...

est, quia pertinet ad ordinem vnionis personalis, cùm ad illam necessariò terminetur, sitque in sua virtute immẽsa; etenim quamuis physicè nonnisi quandam habeat relationem Matris ad Christum, tanquam ad proprium filium; moraliter tamen considerata est principium & radix omnis gratiæ, cum Deus intuitu huius ei donauerit certum quoddam ius & dominium in omnia bona, & naturæ, & gratiæ & gloriæ.

Hocius & exigentia Maternitatis Virginis explicari ac declarari potest exemplo vnionis Hypostaticæ in Christo; quemadmodùm enim hæc physicè accepta aliud non est quàm formalis quædam communicatio, quâ persona Diuina se communicat naturæ humanæ Christi; at moraliter considerata secundùm id, quod ei ex natura sua conuenit, est radix & principium gratiæ: ad eundem modum cum proportione discurrendum est de Maternitate Virginis, videlicet, quod physicè aliud non respiciat nisi Christum vt filium; at moraliter ad omnes se extendat gratias & priuilegia, quæ tali dignitati conuenire possunt. Potest insuper hæc Virginis dignitas declarari eminentiori modo, comparando eam cum dignitate Dei, de qua ait S. Bernardus: *In hoc vno Verbo, scilicet (esse)* in quo consistit natura & essentia Dei, *instaurantur omnia, ideò idem est Deo (esse) quàm omnia esse; vnde si hæc dixeris, nimirùm, esse bonum,* additum, vti si huic vocabulo (*bonum*) adiunxeris alia attributa in particulari, *nihil addidisti; si non dixeris, nihil diminuisti:* Simili modo & ratione dici potest de sanctissima Virgine: *In hoc vno Verbo scilicet, Deiparâ, instaurantur omnia*, cum in hac contineantur perfectiones; vnde *idem est Virginem Matrem Dei esse, & hanc omnia esse*, omnes videlicet, perfectiones consequentes; quapropter *si hæc dixeris, nihil addidisti* dignitati Matris Dei, *si non dixeris, nihil diminuisti.* Propter eandem dignitatem alii sancti Doctores eâdem ducti ratione attribuunt Beatissimæ Virgini hoc idem, quod verificatur solùm de Deo, asserentes dignitatem Matris Dei esse talem; *quam maius aliquid nec esse nec cogitari potest*, cum hoc tamen discrimine, quod dictum hoc absolutè S. Bern. lib. 5. de consid. c. 7.

lutè verificetur de Deo, de Virgine verò, (filia) ergò dignitas Matris talis est, vt *non possit dari maius tari maius sub Deo.* Idem dicendum est de reliq tiis & priuilegiis, quæ, modò eam deceant, con Virgini, & maiora iis, quæ propriè ei conueniun la alia puta creatura haud reperiuntur.

Pro meliori eminentiæ dignitatis huius inc

S. Bern to. 1 serm. 61. a 2 c. 2. ponderat S. Bernardinus sanctissimam Virgin duntaxat esse Matrem, sed Matrem naturalem ad quam igitur certa quædam æqualitas inter & filium, quemadmodùm, & est exemplum ris, vt ferrum sit causa naturalis ignis; ignis æquale fiat, necesse est, concipiendo intra ignis naturam; ita Virgo sanctissima, vt esset Mater Dei, eleuari debuisset *ad æqualitatem cum Deo*, & quia hæc æqualitas fieri haud transformationem in eandem Diuinitatem *quandam quasi infinitatam gratiarum &* Maternitas igitur Dei est summa quædam participatio attributorum & perfectionum in quarum consideratione affirmare non dub gustinus, hanc rationem sufficere ad conclud ferendumque in Virgine principatum supra quodcunque altissimum etiam priuilegium

S. Aug. ser. 31. de Sanct. *debet*, inquit Augustinus, *notitia humana, hanc turam Reginam Angelorum pro eo, quod Regi Angelorum.*

Ex dictis sequitur, qualem de Virgine con beamus æstimationem & opinionem, nempe ac naturæ humanæ conditionem excedentem rando & contemplando eam, non velut limitatam; sed quodammodò infinitam & non ratione duntaxat infinitatis & immen verùm etiam comparatione sui, & secundùm tam; non form aliter sed virtualiter; quem de Sole aiebant, quod sit virtualiter calidus talis formaliter in se ipso; sed quia habet ducendi calorem; ad eundem modum de Vir dissima dicere possumus, quod habet rationem immensi, omnipotentis, non quod hæc per

seipsa formaliter contineat; sed quia habet virtutem concipiendi & pariendi infinitum, immmensum, omnipotentem, puta, Verbum Diuinum, Filium naturalem Dei.

Prodeant, modò nonnulli erga B. Virginem aliàs deuoti; at nimis timidi & scrupulosi in concedendis & ampliandis eius laudibus, & communicandis ei gratiis & priuilegiis illis, quæ sub Matris dignitate comprehenduntur, audiant, quid Archiepiscopus Nicomediensis, sanctè & benignè eos corripiendo, contra eosdem pronunciet: *Tu autem, O homo, noli de iis dubitare noli examinare ratione eâ, quæ sunt incomprehensibilia, vides inauditam naturæ innouationem, vides Dei Verbum modo ineffabili inhabitare in eius vtero, vides Paterno consilio Spiritus in ea adumbrationem, & de his dubitas? nihil est dubium, ex his quæ sunt castissimæ Virgnis ex eius magnalibus nihil est, quod non sit conueniens, omnia à veritate ipsa sunt confirmata.* Vno verbo: ne dubites Virgini attribuere priuilegia minora, vbi ei concessa à Deo conspicis priuilegia maiora, veluti, Incarnationem Verbi, obumbrationem Spiritus sancti, & quod sit vera eiusdem filii Mater, cuius Deus est Pater.

Georg. Archiep. Nicom orat. de oblat. B. V.

Verùm, vt omnis, si quis adhuc eis inesset, è medio tollatur scrupulus, aduertendum est, vt benè etiam notat Caietanus, duobus modis nos posse asserere & affirmare aliquam veritatem: vno modo *affirmando aliquid tanquam certum & de fide, ita, vt contrarium sentiens sit Hæreticus*: alio modo, *affirmando aliquid tanquam probabile & piè credendum, ita, vt contrarium sentiens non sit Hæreticus*; quando igitur sancti Patres & Doctores B. Virgini nonnulla attribuunt priuilegia, inter quæ illud quoque est, quod nonnunquam in vita intuitiuè viderit Diuinam essentiam, non primo, sed secundo modo id affirmare & asserere intendunt, quemadmodùm etiam docet Gerson, quod, vt B. Virgini tribuatur aliqua perfectio, haud sit necessarium, id sit certum, & de fide; sed sufficit, *quod non sit temerariè, vel impertinenter dictum; sed pium & probabile*, & quod nostras ædificet animas, & causa existat, vt crescamus in deuotione, reuerentiâ & charitate maiori erga B. Virginem exercendâ; vnde ex

Caietan. to. 2. opusc.

Gerson to 1. de declarat.

doctrinâ Doctoris huius loco citato eruitur, quod
tiescunque aliquid affirmatur de B. Virgine, qu
stræ fidei non aduersatur principiis, neque SS. Pa
doctrinæ, id piè probabiliterque credi possit ad
dignitatis & excellentiæ Virginis incrementum,
stram ædificationem.

Præterea aduertendum, tres perfectionum spe
Deo considerari posse, quasdam proprias Dei,
communicatas, nec communicabiles creaturæ
communicabiles & communicatas; alias denique
communicatas, sed communicabiles; quando
gitur de perfectionibus & priuilegiis sanctissimæ
ni communicandis, non intelliguntur perfectiones
priæ Dei, non communicatæ, incommunicabiles
à se, independens, infinitum, & similes perfectio
que est sermo de perfectionibus aliis Sanctis
municatis, etenim has omnes, veluti supra quaq
batum fuit, B. Virgini concedendas esse,
omne dubium est. Solùm igitur sermo est de pe
nibus non communicatis, ex natura tamen sua
uicabilibus, & de hisce tota præcedit difficultas
beãt concedi & attribui B Virgini, & in hisce p
dum est iuxta principia supra posita; neque p
aliquid in particulari definiri potest, sufficiet in
sali asserere id, quod asserit Albertus. Sanctissima
ni communicatas fuisse cunctas perfectiones
suâ communicabiles, quarum, secundùm
modum operandi Dei, pura creatura capax est.

Albert. in Marial.

Albert. l. c.

De præsentia Virginis.

VT exercitii & praxis huius præludium
dum est, præsentiam Virginis non vnicam
simplicem esse præsentiam; sed compositam
nempè, ex præsentia Virginis, & ex præsentia
est præsentia Mariæ Matris Dei: ergò contin
as præsentias, & Mariæ tanquàm Matris, &
quàm Filii: sicuti in consideratione Christi
sideratur vna sola natura humana, sed vna
duabus naturis, humanâ & Diuina composita,

recipitur sanctissimum Altaris Sacramentum, non recipitur duntaxat Christi corpus, sed cum corpore Diuinitas Christi vnita corpori: Ad eundem modum quando contemplamur Virginem Matrem, haud eam separare possumus à consideratione Dei Filii, vndè habita præsentia Virginis, habebitur quoque præsentia Dei ei vnita, adeoque certo quodam modo securior perseuerantiorq; est præsentia Dei in Matre, quàm præsentia Dei sòla, quemadmodùm fructus magis conseruatur, si asseruetur vnitus & coniunctus plantæ, & gemma securiùs possidetur vmboni annuli inclusa, quapropter S. Franciscus in visione illa duarum scalarum, quarum vna rubra, altera alba erat, vidit, quod, qui albam conscendebant scalam, quæ figurabat deuotionem erga Matrem Dei, gradatim ascendendo fœlicissimè & absque casu attingerent scalæ terminum, vbi alii conscendentes scalam rubram, quę figurabat deuotionem erga Passionem Christi, non perseuerabant in ascendendo, sed retrocedebant & cadebant in terram.

Veritatis huius figura extitit Arca, quæ non erat separata à propitiatorio Dei: Virga Iesse, quæ flori vnita erat, vnde ait S. Bonauentura: *Si florem habere desideras virgam floris precibus flecte.* Hanc ob causam Sancti semper plurimi fecêre tanquàm rem magni momenti & commodi, vt in seruitio Dei continuam in se conseruarent memoriam & præsentiam præcelsæ genitricis & Matris Dei, quia est præsentia secum ferens aliam præsentiam, videlicet præsentia humana adducens secum Diuinam; ideoq; præsentia est satians animam, eamque adimplens summo ac infinito bono in præsentia & vnione cũ Deo.

2. Reg. Isai. 11.

S. Bona. in spec. c. 10.

Quotiescunque, anima mea, gratiam hanc præsentiæ Matræ Virginis adepta fueris, optimè dicere poteris: Venerunt autem mihi omnia bona mea pariter cum illa, quia si habueris præsentem Mariam, habebis præsentem Christum: si Christum, Deum: si Deum, sanctissimam Trinitatem: si sanctissimam Trinitatem, totam Curiam cœlestem, Angelos, Sanctos, Paradisum, gloriã & omne bonum, tibiq; inserviest nquàm secura arrha, qua mediante per viam fidei attinges aliam præsentiam in æterna gloria: *Fœlices Angeli*, exclamat S. Petrus Damianus, *qui B.V. habent præsentiam, nos memoriam*

S. Petrus Dam. serm. 1. de Nat.

& si dulcis memoria, quid erit præsentia? interim ... mur nos suauitate memoria, donec dulcedine præ... tiemur. Hoc suppositâ veritate tanquam ... duas præsentia Virginis continet partes, vna ... dicitur præsentia intellectiua, alteram, quæ affec... citur; quantum ad primam, sanctissimam Vi... præsentem nobis imaginari debemus comodo ... eandem descripsit S. Ioannes in Apocalypsi, ... star vestitæ Sole, quæ Lunam habeat sub pedibus ... ius caput sit coronatum stellis; Sol est Diuinitas ... Luna est tota rerum creatarum vniuersitas, ... nio & imperio subiecta, & corona stellarum est ... priuilegiorum à sanctissima Triade communi... prætereà consideta, quâ ratione præcelsa hæc ... Domina manu teneat calicem aureum purissimo ... tiosissimo Filii sui sanguine repletum, quem ... terno Patri in nostræ salutis pretium; conten... super, quomodo sanctissimæ Virginis thronum ... bilis assistat Angelorũ caterua & multitudo, ... diuersa pulsent instrumenta musica, suauissimis ... tent vocibus tùm Virginis Matris, tùm Christi ... des & encomia, vnus chorus præcinat: *Sanctus ... ctus, Sanctus Dominus, Deus exercituum*; ... nat & respondeat: *Sancta, Sancta, Sancta Mater ... nitrix, Mater & Virgo.* Denique oculos de... terram circumspice, quomodo cunctæ creatura ... nua humillimè prouolutæ sanctissimæ Virgini ... cent gratiam, sanguinisque Filii eius implorent ... pationem, dicentes: *Famulis tuis subueni pro... tui Sanguine redemptis.* Et hæc de præsentia ... ua & imaginatiua Virginis dicta sunto, de affec... disseramus.

Varii nobis exercendi sunt affectus erga ... Dei Matrem, & in specie actus laudis, qualis ... in cœlo, iuxta consilium S. Bonauenturæ: *Nolite ... à laudibus eius, & per singula momenta recogitare.*

Et hæc laus varia ac multiplex sit, oportet: *per ... benedictionis, per modum attributionis, per modum ... tionis per modum directionis & inuocationis.*

Quo ad primum, benedicere debemus, ...

S. Petrus Dam. serm. 1. de Nat.

S. Bonav. Psalt. B.V.

S. Bonav.

Carthuſianus, omnibus membris, ſenſibuſque ſanctiſſimi corporis Mariæ Virginis, cunctis potentiis animæ, in quantum omnes ineffabili charitate & amore dedêre Deo, ac mancipauere obſequio Chriſti Domini. Beatiſſimis oculis Mariæ venerabilem venuſtumq; Chriſti vultum totiès ſpectantibus, Beatiſſimis verbis & ſermonibus Beatiſſimo eius collo, quod puerulus IESUS toties, quoties ei lubebat, amplexatus fuit, & eodem modo discurres de aliis partibus & corporis & animæ Virginis. *Carthuſ. lib. 1. c. 18.*

Secundus modus laudis eſt per attributionem, veluti explicat Gerſon. & dictum eſt ſuprà, attribuendo S. Virgini cunctas creaturarum perfectiones, aut formaliter, aut eminenter. *Gerſon ſup. Magn. tract. 4. notul. 1. & tract. 3. notul. 1.*

Tertius modus per viam inuitationis eſt, quando inuitamus & exhortamur omnes creaturas ad laudandam & magnificandam potenſſimam Dei Matrem, veluti eandem Reginam & Dominam: *Benedicite omnia opera Domini gloriosa, laudate & superexaltate eam in ſæcula. Benedicite Angeli Domina noſtra, laudate & superexaltate eam in ſæcula. Benedicite cœli Domina noſtra, laudate & superexaltate eam in ſæcula.* Et eodem modo procedes diſcurrendo per alias creaturas. *S. Bonav. in Pſ. B. V.*

Quartus modus eſt, cùm omnia, quæcunque facimus, dirigimus referimusque ad laudem & gloriam Virginis Dominæ noſtræ.

Quintus & vltimus modus eſt, quando eam cum ſanctiſſimo ſuo nomine ſemper in omnibus noſtris actionibus & operibus inuocamus, & ad ipſam in cunctis noſtris neceſſitatibus recurrimus. Et hæc de præſentia affectiua.

Capiti huic coronidem imponam expoſitione cuiuſdam figuræ præſentiam Virginis appoſitè innuentis, ex qua melius percipietur, quantæ vtilitatis neceſſitatisq; ſit dicta præſentia.

Populo Hebræo in diſerto commoranti, & per deſertum iter agenti mirabilis Dei Prouidentia ſubminiſtrauit quandam columnam, quæ ſimul erat *columna nubis & ignis* hæc Populo tria exhibebat, obibatque munia & officia, Ducis videlicet, Oraculi, & Protectionis; pri- *Exod. 13.*

primò etenim præcedebat commonstrans ei viam
procedebat, prosequebatur & Populus, cùm ver
bat, consistebat & Populus: *Ad imperium Dom*
ficiscebantur, & ad imperium Domini figebant
Secundò Deus ex columna respondebat dubi
Psal 93. rentibus ac petitionibus ipsius Moysis: *In colum*
loquebatur ad eos. Denique nubis instar & u
de die protegebat populum à calore Solis, qui
to Arabiæ ardentissimus est; & veluti ignis
bat noctē, è cōtrà verò obtenebrabat obcęcab
ptios inimicos, & hanc Deus Populo Hebræo
Prouidentiam; ast longè maiorē Populo Chri
monstrat, dando nobis in Ducem Oraculum
ctricem, non nubem & ignem, sed ipsammet M
am, cuius formæ istæ materiales & corpo
symbolum & figura, vt igitur Diunæ ac sup
Altissimi cooperemur Prouidentiæ, continuam
tiam Virginis, vt conductricis nostræ, itineris
ducis & comitis per inuium Mundi huius de
cœlum vsque promissum conseruare debemus
& quies nostra, cunctæ nostræ actiones fieri
nutum, ad voluntatem, *ad imperium Domina*
Domina & Reginæ nostræ, & in quacunque re
ficillimâ ad nos roborandos animandosque
ciat: *est Imperium Domina*, ita præcepit Regi
talis est voluntas Virginis.

Secundò, hæc præsentia tibi inseruiet pro O
quia, vt suprà diximus, præsentia Virginis h
est à præsentiâ Dei; ergò quotiescunque in
dubiis tuis consulis Virginem, in ea, & per eam
que responsum recipies, & obtinebis.

Denique Diuina hæc præsentia erit prote
nubis instar in te mittigabit calorem concupis
instar ignis accendet te in amorem Dei, quam
cua erit te protegendo, tàm terribilis erit Da
infernalibus tuis hostibus, eos in fugam con
do, eorumque conatus destru-
endo.

EXERCITIVM SECUNDUM.

De deuotione erga SS. Angelos Custodes nostros.

VT in mundi huius exordio infinitæ Dei placuit Bonitati variis sese liberalissimè cõmunicare creaturis, vnam inter omnes eligit, cui perfectam suam ac completam imprimeret similitudinem; & huiusmodi fuit natura Angelica, quam creauit in gradu intellectiuo completam, adeò, vt tota esset Spiritus, absque compositione corporis, purus intellectus sine dependentia à sensibus; vnde à magno Areopagita Angeli appellantur *Diuinæ mentes, & cœlestes intellectus*, & à S. Thoma vocantur *Creaturæ intellectuales in summo rerum vertice constitutæ*, creaturarum, quæ vnquam ab omnipotente Dei manu prodiêre, perfectissimæ, & rationem huius reddit idem S. Doctor, quia perfectio creaturæ consistit in imitatione & similitudine Creatoris sui, & quo maior est hæc similitudo, eò maior est creaturæ perfectio, & Angeli assimilantur Deo in gradu totali intellectiuo, vnde in hoc gradu creatura creari nequit perfectior Angelis: Quam ob causam per Antonomasiam Angelus dicitur *Signaculum similitudinis*, perfectissimum, scilicet exemplar imaginis Dei, quò ad gradum, vt diximus, non quoad speciem; enimuerò species Angelorum in perfectionibus semper in infinitum creseere possunt; & iuxta perfectionem naturæ Angelorum nobiliſ.

2. contra Gentes cap. 46.

S. Dionys. apud S. Thom. opusc. de 15. Angelis.

2. contra Gent. c. 46. Opusc. 3. cap. 75.

Ezech. 28.

bilissimum etiam eis assignatur officium, vt
præsint cæteris omnibus creaturis inferioribus
toto & purè corporeæ sint, siuè mixtæ & co
spiritu & corpore, quales sunt homines; hu
quem Diuina requirit Sapientia vt natura
gubernet per superiores, & superiores per
quæ est Deus, & in hac dispositione, inquit
nus, stabilitur hoc Vniuersum, vt *Spiritus im*
S. Aug. lib. 3. de Trinit. c. 4. Tom. 3. *gatur per spiritum rationalem, & spiritus*
fertor & peccator per spiritum rationalem
stum. & ille per Deum, nimirùm, vt bruta
bernentur ab homine, homo ab Angelo &
p 1. q 113. a. 1. nem huius adfert S. Thomas, quia *variabi*
per inuariabile & immobile debet guberna
qui est variabilis ac mobilis in bono, regu
rigendus est ab Angelo, qui in eodem bono
& immobilis existit.

Et quemadmodùm in paruo mundo, qui
pars inferior, nempè, sensus superior, scili
subordinari, & ab ea gubernari debet; ita
pars principalior & superior, nimirùm, Ange
lib. 11. de Ciuit. Dei. cap 9. to. 5. Tho. 2. cõt. Gent. c. 46. & opusc. 7. §. 75. gustino dictus *magna pars cœlestis ciuitatis, quæ*
quæ nunquam peregrinata, regere ac gube
partem inferiorem, quæ est homo.

Verùm inspiciamus, quàm nobile ac emi
Angelorum regimen: excellentia offici huius
da est ex fine, qui in eo consistit, vt homines
pertrahant imitationem & similitudinem
te ad imitationem & similitudinem Dei;
Angelicũ, perfectio effectus cõsistit in reduc
uersione ad suum principium, quod fit per
similitudinem: & sicut duo dantur principia
nostram concurrunt salutem & perfectionem
principale, & est Deus, secundum est
Angelus est, Custos noster (siquidem
duas habet partes, prima est dispositio
rum, & hæc immediatè concernit ipsum
est executio, & hæc committitur
Angelis) ita meditari debemus
Angelicum est tanquam finis & medium

& Diuinum, vtpotè, primum principium est finis vltimatus; vndè considerari potest, Angelum ducem nostrum hanc nobis inculcare Apostoli sententiam: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*, q.d. estote solliciti, vt meæ studeatis imitationi, etenim me imitando, Deum ac Christum Dominum nostrum imitabimini. *Ad Hebr. 13. Beda to. 8. in Psal. 33.*

Quapropter Sancti summoperè nobis commendant Angelorum imitationem, veluti rem non minùs necessariam, quàm sit salus nostra, hanc enim Deus exequitur suffragante Angelorum ministerio. Ciuitas Dei, quæ est Ciuitas superna regni cœlestis, Angelorum ciuitas est, aut per naturam aut per gratiam, & ideò *Deus factus est homo, vt homo fieret Angelus*, & si ad beatam illam Patriam admitti, & in eadem recipi exoptemus, vnicum superest medium, vt nos transformemus in Angelos: *Esto Angelus*, consulit S. Ambrosius, *sequendo mandata Dei, & eris tu Angelus, videbis faciem Dei.* Neque difficultate operis huius deterreri, & animum despondere debemus: *Non desperemus nos futuros esse æquales Angelis*, hortatur nos D. Augustinus, *maior enim Angelis descendit ad homines, & creator Angelorum suscepit hominem, & Dominus Angelorum mortuus est pro homine*, quasi diceret S. Augustinus; longè plus est & maius, quod Deus se faciat hominem, & moriatur pro homine, quàm quod homo se faciat Angelum; ergò si Deus fecit primum, per merita Passionis sanguinisque sui effusionis sperare debemus, quod in nobis efficiet secundum, ac proindè non desperandum, sed sperandum nobis est, quod Diuinâ patrocinante gratiâ similes nos reddemus ipsis Angelis, ac tanquàm Angeli recipiendi & admittendi simus ad cœlestem Angelorum ciuitatem. *S. Amb. in psal. 118. lit. 8. v. 2. tom. 8.* *S. Aug. in psal. 137. to. 8.*

Ex hucusque dictis edocemur, quo oculo contemplati debeamus Angelos custodes nostros: eos namque considerare non tantùm veluti Magistros nostros, qui nos illuminent, tanquam protectores nostros, qui nos protegant, sicuti defensores nostros, qui nos tueantur & defendant, vt advocatos nostros, qui causam salutis nostræ agant & promoueant, & *vt Dei cultores & agricolas nostri cordis*, conformiter ait Origenes; verum etiam tanquam exemplaria nostra ad imitandum nobis proposita, *Orig. tom. 2. Hom. 11. super num.*

posita, tanquam prototypon, è quo viuam [illegible] figiem delineemus, tanquàm specula, in quibus [illegible] plemur imitemurque perfectiones Diuinas.

Nazianz. orat. 40. in S. Bapt. Damasc. lib. 2. fid. c. 3 Dionys. de Diui. Nom. c. 4.

ipsum est, quod mouit Sanctos, vt beatos Ang[illegible] pellârint *prima exemplaria post Deum, secundum [illegible] & riuulum primi luminis, secundaria lumina [illegible] mario ac sempiterno lumine splendorem hauriens [illegible] culum purum immaculatum suscipiens totam [illegible] ens est dicere, pulchritudinem boniformis* Deiform[illegible]

Et hæc dicta sufficiant de natura & officio [illegible] rum Custodum nostrorum. Vt igitur progr[illegible] ad praxin seu exercitium, nonnulla pertra[illegible] puncta.

Primò de perfectione Angelorum, & qu[illegible] eosdem imitari debeamus.

Secundò de aliis quibusdam perfectionibu[illegible] & admiratione dignis in Angelis.

Tertiò de Custodia Angelorum, quam exer[illegible] homines.

Quartò de proprietatibus & conditionib[illegible] Custodiæ.

Quintò de deuotione nouem Angelorum C[illegible] hibendâ.

Sextò de deuotione septem Angelis exhibe[illegible]

Septimò de deuotione S. Michaëli Archang[illegible] standâ.

(O)

CAPUT I.

De excellentiis & perfectionibus Angelorum, Custodum nostrorum.

&

Quâ ratione in iis sint imitandi.

Prima Excellentia Angelorum,

Quod sint puri Spiritus.

ANgeli in natura sua sunt formæ simplicissimæ, spiritus purissimi omnem omninò materiæ compositionem excludentes, sunt veluti lux purissima ab omni corporis imperfectione, quæ eam obumbrare posset, libera & segregata, tantæque existunt perfectionis, vt quasi in infinitum totam excedant naturam corpoream, cum comparatione huius sint in ordine superiori: vndè in perfectione excedunt quoque naturam humanam, quæ non est purus spiritus, veluti Angelus; sed composita est ex corpore & spiritu; & hanc perfectionem in Angelis imitari debemus, curando, vt totaliter perfectèque simus spiritus, conformiter consulebat Apostolus: *Sit spiritus vester integer* completus & perfectus, quia, iuxta Angelicum, non tantùm anima nostra corporis forma est, sed etiam spiritus per se subsistens, adestque corpori, *vt motor mobili*; vndè Plato dicebat, quod homo esset *ipsa anima vtens corpore*, non quia corpus non sit quoque pars hominis; sed quia anima est pars principalis tribuens denominationem, quemadmodum Princeps dicitur esse Regnum, in quantum est illius pars principalior; & hic spiritus tùnc integer & perfectus erit, quando perfectè dominabitur carni, & in nullo eidem subiicietur. Quapropter corpus nostrum hanc quoq; parti-

1. Thess. 4. 8. contra Gent. c. 55. 57.

participet perfectionem spiritus, necesse est, subti-
Psal. 58. do se, & obediendo spiritui & rationi, vt non sol-
nostrum, sed etiam caro nostra exultet in Deum
Verùm hæc participatio perfecta erit in alte-
1. Cor. 15. *quando resurget corpus*, non iam animale; sed spi-
quia habebit proprietatem spiritus in puritate, ag-
& subtilitate omnia penetrando instar spiritus;
perioritate ad omnes passiones huius vitæ; &
independentiam ab omnibus corporis necess-
concernentibus victum, vestitum &c.

Secunda Excellentia Angelorum.

Quod habeant purum esse intellectiuum.

QUemadmodum Angelus in esse est indep-
corpore; ita quoque in operari: vnde
rus duntaxat, & planè spiritualis sine depend-
pore, verũ etiam purus est, & prorsus intellec-
que dependentia à potentia sensitiua, & huius
nis ergò natura Angelorum dicitur natura
lis, & natura humana rationalis, id est, disc-
pter dependentiam in intelligendo à potentia

Quò ad hanc perfectionem imitabimur
gelos, non tollendo potentiam sensitiuam,
dinando ac subordinando intellectui, ita, vt non
moueat aut pertrahat nos sensus ad obiectum
le, sed semper nos moueat intellectus ad pro-
obiectum honestum &
rationabile.

Tertia Excellentia Angelorum.

Quod sint semper mobiles.

ANgelus, secundùm D. Damascenum, *est substantia semper mobilis*, idq; intelligitur circa propriam cognitionem; quia continuò ac necessariò cognoscendo seipsum cum dependentia & relatione transcendentali ad Deum, indirectè quoque cognoscit ipsum Deum, & hanc cognitionem in Angelo potest esse perpetua & intensa, quia nullum habet obijum, seu corporis, seu passionum impedimentum vel obstaculum: *Et natura intellectualis non impedita toto conatu, & quantùm potest, fertur in suum suppremum appetibile.* Et hanc perfectionem vere Angelicam imitari debemus, nunquàm cessando à propria cognitione, & sanè tunc imitamur, quotiescunque cognoscimus id, quod sumus ex nobis, hoc est, nihil, idque eo fine, vt nos ipsos annihilemus, humiliemusque; & quod habemus ex nobis, videlicet peccatum, idque propterea, vt postulemus humillimè veniam & remissionem: & quod habemus à Deo, quod est natura & gratia, eò, nempè, fine, vt ei referamus gratias. 1. p. q. 38. a. 1. q. 57. art. 6.

Quarta Excellentia Angelorum.

Quod perfectam cum Deo sortiantur similitudinem.

ANgeli sancti non imaginem duntaxat; verùm etiam similitudinem Dei retinent, imago fundata est in natura, similitudo in gratia: quapropter *Lucifer superbiendo retinuit imaginem, sicut naturam; amisit tamen similitudinem, sicut & gratiam*, & non solum retinet Dei similitudinem, sed etiam magnam illam perfectionem S. Cyrill. Alex. lib. 6. in Ioan. c. 6. S. Greg. 32. moral. c. 34.

Ezech. c. 28 ctionem: quapropter, vt ait S. Gregorius, non de[illegible] *Angelo, ad similitudinem Dei conditus, sicut & [illegible] ipsum signaculum similitudinis Dei. vndè Angelo [illegible] maius tributum est.*

Rupert. lib 1. de Victoria Mund. c. 8. Et hæc perfecta similitudo, secundùm Rupert[illegible] tribus consistit, in assimilando sese sanctissimæ T[illegible] ti in potentia, in sapientia, in pulchritudine [illegible] in prima perfectione se reddunt similes Patri, [illegible] Filio, in tertia Spiritui sancto, & quò ad hanc [illegible] similitudinem imitari debemus sanctissimos [illegible] crescendo semper in gratia, quæ est supernatur[illegible] dam participatio & similitudo Dei, & cum [illegible] sanctissimæ Triadi similem se quoque efficiet [illegible] tia, sapientia & pulchritudine, quia per gratiam [illegible] vires animæ, & amplius proficit & augetur [illegible] tia & pulchritudo.

Quinta Excellentia Angelorum.

Continuam habent Dei præsentiam.

S. Greg. Hō. 34. in Evangel. EA est Angelorum sanctorum propria cond[illegible] quit D. Gregorius, vt nunquàm desistant a [illegible] platione Dei, *& cùm mittuntur, etiam assistunt, [illegible]* redditrationē: *quia, etsi circumscriptus est Angelus [illegible] summus tamen spiritus, qui Deus est, circum[illegible] est.* Vndè Angeli sancti nunquàm sunt purè [illegible] & non assistentes, quia *semper vident faciem [illegible]* mox dicetur. Hæc est altitissima Angelorum [illegible] imitatione dignissima: debet Dei seruus, vt [illegible]

S. Bonav. Stim 2. p. c. 9. S. Bonauentura, in omnibus suis verbis, cogi[illegible] & actionibus ita se habere & gerere, *ac si Deum [illegible]* rum Angelorum more, *facie ad faciem vide[illegible]* tio est, *quia Filius timet Patrem, non quia vide[illegible] videtur à Patre, dummodò hoc certè sciat*, & De[illegible] minùs nos videt in terra, *quàm si essemus in [illegible] ante ipsum*; ergò ad imitationem sanctorum Ang[illegible]

um ambulemus semper intra Deum, Diuinæ assistamus
æsentiæ, Diuinas contemplando perfectiones, præser-
im tria illa ternaria attributorum Diuinorum: primum
otentiæ, sapientiæ, bonitatis Dei: secundum infinitatis,
mmensitatis, & æternitatis Dei altissimi: tertium ma-
estatis, pulchritudinis & dulcedinis Diuinæ.

Angeli non tantum non deserunt contemplationem
propter actionem; sed, quod plus est, non impeditur, ne-
que diminuitur, veluti in nobis contingit, contemplatio
propter actionē, & rationem huius adfert S. Thomas, S. *Thom.* p.
quia homo regulat ordinatque externas suas actiones 1. q. 112. a. 1.
tantum partem intellectiuam & sensitiuam simul, & quan-
do pars sensitiua *intenditur*, intellectiua *minuitur*; at An-
gelus actiones suas externas regulat dirigitq; iuxta solā
partem intellectiuam, ac propterea actio externa haud
diminuit internam contemplationis operationem: *Quia
earum actionum, quarum vna est regula, & ratio alte-
rius, vna non impedit, sed iuuat aliam.* Vndè pro nostra
institutione colligitur, quod operaturi actionem aliquā
externam, si non possimus esse toti intellectiui, veluti
sunt Angeli, ad minus curemus esse magis intellectiui,
quam sensitiui, & non adeò vegetemus sensus opera-
tionē, vt impediat remittatque operationē intellectus.

Sexta Excellentia Angelorum.

Virtutum perfectionibus præditi sunt.

TRia instantia distinguunt Theologi in Angelis, pri- 1. p. q. 63. a.
mum creationis, in quo tàm boni, quàm mali creati 5.
sunt in gratia: secundum viæ, in quo boni bona ac
meritoria exercuerunt opera, mali mala, & peccarunt:
tertium gloriæ ipsis Angelis, pœnæ æternæ Dæmoni-
bus. Quod ad actus virtutum ab Angelis sanctis exercitos,
quamdiu afuerunt in via, duo adsunt modi dicendi.
Primus est D. Thomæ asserentis Angelos viatores bo-
no pernoū actū meritoriū charitatis acquisiuisse glori- q. 62. a. 3.
am, quod probat, quia gratia perficit naturam per

modum naturæ; ergò sicut Angelus subitò & [illegible]
discursum obtinuit Beatitudinem naturalem, [illegible]
modo obtinuit Beatitudinem supernaturalem [illegible]
per vnum actum charitatis, & non per successio[illegible]
rium actuum: & idem confirmatur, quia Ange[illegible]
to conatu & intensione operabantur, ditando & [illegible]
cando adæquatè, *& secundùm omnes gradus* [illegible]
tissimum, quod receperant, gratiæ capitale, ergò [illegible]
peruenerunt ad terminum.

Secundus modus dicendi est Scoti existim[illegible]
gelos per plures variosque virtutum actus in [illegible]
citos acquisiuisse sibi gloriam, puta, per actus Fi[illegible]
Charitatis, Religionis, Obedientiæ, Humilitat[illegible]
ctionis fraternæ Angelis rebellibus exhibitæ, [illegible]
& petitionis auxilii à Diuinâ Bonitate, & [illegible]
modus ex eo probatur, quia haud poterat fieri [illegible]
Apoc. c. 22 la pugna & concertatio: *Prælium magnum fact[illegible]*
cœlo, absque pluribus actibus & meritoriis, & [illegible]
riis vtriusque partis. Ex vtraque hac opinio[illegible]
bili imitationem eliciemus pro nostro profect[illegible]
ma quidem intensionem operandi, siquidem [illegible]
geli propter vnicum solum actum, quia *fuit* [illegible]
tu intensissimo, totam illam, quâ modò gaudent [illegible]
re sibi gloriam. Ex secunda verò opinione [illegible]
actuum meritoriorum repetitionem & [illegible]
nem, ita, vt non contenti simus perficere [illegible]
solum, & vnius virtutis; sed plures & varios [illegible]
um virtutum, iuxta occasiones & gratiam nobis [illegible]
tu sancto communicatam, & quamuis in omni[illegible]
tibus sancti Angeli nos præcedant exemplo, [illegible]
bus eosdē imitemur, oporteat: nihilominùs [illegible]
quodam modo illos, secundùm Cassianum, [illegible]
Cass. lib. 6. cap. 1. bemus in puritate: *In merito & gratia Castitat[illegible]*
cundùm Bedam, in humilitate, *vt sicut per* [illegible]
Beda in Psal. 31. com. 8. *Angelus factus est diabolus; ita homo per* [illegible]
fiat Angelus. Et hęc humilitas in eo maxime [illegible]
tàm in prosperis, quam in aduersis Deum [illegible]
etsi cætera auferantur, ipse tamen non aufertur.

Contemplati sumus, mentisque oculis [illegible]
actus virtutum ab Angelis bonis exercitos, [illegible]

ritur. Videamus etiam prauos ac demeritorios actus malorum Angelorum, vt eosdem fugiamus: circa peccatum Luciferi eiusque sequacium varii extant dicendi modi, & omnes reducuntur ad hos quinque.

Asserunt primò, Luciferum peccasse peccato inobedientiæ, eò quod à mandatis & præceptis Diuinis sese eximere studuerit. *S. Aug.*

Secundò, peccato superbiæ contra Christum, eò quod ipsum vt Deum recusârit adorare. *Catar.*

Tertiò, peccato inuidiæ comparatione hominum, eò quod illos noluerit habere comites & socios in gratia & gloria. *S. Bern.*

Quartò, nimio affectu & amore erga seipsum, eò quod propriam amauerit Beatitudinem naturalem, tanquam vltimum finem. *S. Thom.*

Quintò, inordinato appetitu in Beatitudinem supernaturalem eò quod illam appetierit tanquam propriis meritis debitam. *Albertus.*

Et hæc vitia tibi fugienda sunt, actusque virtutum contrariarum eliciendi.

Septima Excellentia Angelorum.

Zelo gloriæ Dei sunt instructissimi.

Cùm Lucifer animo superbo sese erigeret contra Deum, dicendo *in corde suo: Deus ego sum*, aut *per similitudinem*, desiderando vt Deus *omnibus præesse & nulli subesse*: aut *per vnionem*, affectando vnionem hypostaticam cum personâ Diuinâ, & Christo eam inuidendo: aut *per essentiam*, vt alii volunt, at non *per actum deliberatum*, id enim impossibile est; sed *per actum complacentiæ*, complacendo sibi in eo, ac si possibile esset: cogitur Lucifer hisce aut similibus obrutus cogitationibus honoris ac gloriæ Dei insidias strueret, eamque sibi arrogare pertentaret, gloriosus S. Michaël, veluti militiæ cœlestis Princeps & Antesignanus, cui, vtpotè *Ezech. 28.*

zelo honoris Deo præcellenti cæteri omnes A
bedientiam præstare debeant, ei sese opposuit,
Quis vt Deus, &, vt notat Gerson. hæc subiungen
Gerson par. 4 serm de S. Mich. *Quid habes, quod non accepisti? & si accepisti*
gloriaris, quasi non acceperis? quasi dixisses: cog
cifer, totum, quod habes, te accepisse à Deo,
de eo, quod possides tibi ipsi, & non Deo attri
riam? & cum hoc, inquit Gerson, *fuit factum*
morale, & quasi scholasticum inter S Michaelem
que sequaces ex vna parte, & inter Luciferum
asseclas ex altera parte; verùm aduertens S
cum suis, se surdo canere, & hisce veluti paternum
& documentis nullum efficere fructum, deuen
manus, *& ad secundum bellum Agonisticum*, ac
turbarunt Luciferum cum asseclis suis, eumque
pitem dederunt in imum inferni barathrum, In
lium, concertatio & pugna, quæ incepit in cœlo
adhuc perdurat in terra in ordine ad animarum
enimuerò vbi S. Michaël Regnum Christi di
amplificare satagit animas pertrahendo & du
Deum, vbi Lucifer affectu contrario Regnum
sti destruere nititur, persuadendo animabus,
inobedientes & rebelles Deo; quando igitur
huiusmodi intersunt prælio, in tali constitutione
tamine, imitari debent sanctum zelum beatorum
rum spirituum S Michaëlis & sociorum eius
quando Dæmon nos tentat nobis suadendo,
nullam præstemus obedientiam, eiusque sanctæ
uersemur, prompto fortique animo ei resistere,
spondere debemus eiisdem Ducis nostri verbis
Deus, cui quis possit resistere, & in omnibus
beat obedire? Neque dimicatur duntaxat in
modi certamine pro gloria Dei; verùm etiam
Ad Ephes. 3. Apostolum, (*in cœlestibus*) *id est pro cœlestibus*
dem Sathanas noster fatalis hostis ex odio, quo
sequitur, ratione imaginis Dei, quam in nobis
rimus, cœlesti nos prætendit priuare gloria,
ei sufficit, neque hîc sistit, sed omni conatu ad
etiam nos pertrahere satagit. Considera igitur
vrgeamur necessitate, vt strenuè viriliterque

mus, & ex hoc prælio reportemus victoriam; agitur de gloria Dei, stamus in procinctu obtinendi aut perdendi æternum Regnum cœlorum, sumus in periculo æternæ damnationis, ergò *estote fortes in bello*, vti nos exhortatur S. M. Ecclesia, mentis nostræ oculis semper obuersetur finis certaminis, qui est, conformiter dicebat S. Franciscus: *Paradisus apertus, Infernus apertus, in medio Christus Crucifixus.* Inuocate semper cœlestis militiæ Principem, Capitaneum & Ducem nostrum: *Sancte Michael Archangele defende nos in prælio, vt non pereamus in tremendo iudicio.*

Octava Excellentia Angelorum.

Zelo salutis Animarum dotati sunt.

IN binis stratagematibus magni valoris æstimationisque egregium inuictumq; se præbuit dux S. Archangelus Michael.

Primum contigit in Cælo, cum suo exemplo, instructione & exhortatione Angelos bonos ad fidelitatem Deo præstandam seruandamq;, & ne fallacibus Luciferi persuasionibus aures præberent, animaret & cõfortaret.

Secundum in terra accidit, dum vnà cum sociis suis procurat animarum salutem, eas ab insidiis & potentia Luciferi protegendo.

Magnus Areopagita modum tradit, quo exerceant hoc officium: primò *constanter Diuinam dignitatem imitando*: secundò, *quantum fieri potest, illam in se exprimendo*: tertiò, *aliis inferioribus acceptam lucem infundendo*. Beatæ illę mentes perfectiones Diuinas aliis haud communicant, nisi eas in se primò exprimant contemplando & imitando eas, & hoc, opinione D. Bernardi, visionum illarum, quas habuit Patriarcha Iacob, significatum erat, quandò vidit Angelos non solum ascendentes, neque solùm descendentes

S. Dionys. de cœl. Hierar. c. 3.

S. Bern. serm. 15.

per scalam; sed ascendentes simul & descen[...]
ascendebant per contemplationem in Deum, de[...]
bant per actionem ad proximum; & Seraphim [...]
Isa. 6. Isaiam non cantabant duntaxat, neque solum [...]
sed cantabant pariter & volabant: cantabant [...]
iubilo, ad nos per custodiam volabant. Hunc [...]
zelum Angelorum imitari debemus, & eoma[...]
ipsi eum exercent: *intuendo, exprimendo, infu[...]*
contemplando Diuinas perfectiones, per imita[...]
in nobismetipsis eas exprimendo, ac deinde [...]
cando illas nostris proximis. Præterea sanct[...]
S. Thom. q. 61. art. 4. aliâ quadam proprietate sunt prædicti: *Quia [...]*
nissima participatione Diuinæ Bonitatis, à Deo [...]
subiectis impertiuntur, quantum Angelus noctu[...]
riori recipit, tantundem impertitur inferiori [...]
riter sanctos Angelos custodes nostros imitari [...]
prompto lubentique animo communicando [...]
nostris gratiam à Deo receptam, iuxta consi[...]
S. Pet. 1. 4. tri Apostoli: *Vnusquisque pro ut accepit gratiam [...]*
utrum illam administrantes, sicut boni dispensa[...]
tiformis gratiæ Dei. Et hæc communicatio A[...]
propria est, vt, vt sicut notat S. Bonauentura [...]
saret communicatio exhibenda inferioribus [...]
quoque illuminatio præstanda à Superioribus.

Nona Excellentia Angelorum.

Immobiles perstant in bono.

q. 64. a. 2. NAturæ Angelicæ, secundùm S. Thomam [...]
um est, vt in eo, quod resoluit, deliberatè [...]
ret immobilis, nec vnquam ab ea discedat [...]
Et huius inflexibilitatis duæ principales adfe[...]
ones, prima quia operatur cunctas præuidendo [...]
vndè noua ei occurrere nequit ratio, ob quam [...]
& ab ea deflectat sententia: secunda quia [...]
tensissimè, *& ex omni conatu*, estque ei mora[...]

se, imò impossibile, vt, quod intensè æstimat & amat, refutet: & hanc immobilitatem in Angelis imitari studeamus, simus immobiles in Amore Christi, quemadmodum constitutus erat Apostolus, quando dicebat, nihil esse in Mundo, quod ipsum à dicto amore retardare aut separare posset, immobilis quippè erat in exequenda semper voluntate Dei, neque vnico etiam temporis momento ab ea recedebat; idque proprium est virtutis fortitudinis: *firmare voluntatem in bono rationis contra omnia mala imminentia*, stabilire & fundare voluntatem immobiliter in bono honesto & rationabili, non obstantibus omnibus malis, quæ nobis bellum indicere & aduersari possent.

Media, quibus hanc attingamus immobilitatem, sunt eadem ipsa supra recensita. Primum est, considerare omnes rationes, quæ tibi persuadent seruitium & obsequium Dei. Secundum, amare intensè Deum, quia amor est vinculum quoddam & ligamen, quo anima alligatur Deo: ergò quò intensior fortiorq; erit hæc vnio, eò magis Deo vnita erit anima, eique difficilis admodùm erit separatio à Deo, quod euidenter ostenditur experientiâ, quia sanctiores in amore Dei sunt firmiores & constantiores, vbi negligentes & tepidi facilè à cœpto retardantur & amouentur bono.

Decima & vltima Excellentia Angelorum.

Sunt impeccabiles.

NAtura creata per seipsam & ex seipsa deflectibilis & peccabilis est; sed *ex coniunctione perfecta ad bonum increatum*, quæ contingit & fit mediante Beatitudine, redditur indefectibilis & impeccabilis, Ratio est, quia cùm in Deo conspiciat omne bonum, extra Deum aliud bonum amare nequit, ac proindè peccare non potest. Talis est natura Angelica ex se peccabilis; at impeccabilis in Deo propter perfectam, quam habet cum Deo mediante gloria vnionem. S. Thom. q. 62. ar. 8. ad 1. in corp.

Ecce medium, Anima mea, quo quoties cunque fueris, nec peccabis, nec à Deo te separare poteris, quamuis hoc secundum in hac vita obtineri neque primum tamen aliquâ ex parte quis consequi p[illegible]

Psal. 24. *Oculi mei semper ad Dominum, & ipse euellet de [illegible] pedes meos*, caue, commoteris & persistas in [illegible] totum, quod creatum est, transcende, & solùm in [illegible] to bono persta & commorare, ab eoque te de[illegible] nullâ ratione sine, ibidem solùm reperies omnia [illegible] *amabile*, & extra illud nullum aliud assequêris [illegible] amabile; vndè cùm nullum aliud reperias [illegible] quod sit extra Deum, quodque te ad offensam [illegible] Dei alliciat, quasi impeccabilis euadas.

Caput II.

De cæteris Angelorum sanctorum perfectionibus, non imitabilibus, sed admirabilibus.

S. Aug. de Ciuit. lib. 11. c. 9. to. 5. S. Tho. q. 61 a. 4. Mag. in 2. a. 2.

PRimò, mirabilis est Angelorum perfectio [illegible] creationis suæ, quia, vt docet S. Augustinus [illegible] Thoma, creati fuerunt in loco sublimiori ac [illegible] ri totius Mundi, puta, in Cœlo empyreo.

Rationem huius adfer Alensis, quia *non [illegible] turas intellectuales nobilissimas alibi, quàm in [illegible] lo creari.* Ad illud verò, quod nonnulli obiic[illegible] serentes, Moysen nullam fecisse mentionem cre[illegible] Angelorũ: respondetur cum D. Augustino, Moy[illegible] explicitam quidèm, at implicitam fecisse men[illegible] quando, nimirùm, descripsit Cœli creationem, [illegible] simul significantur & intelliguntur illius incolæ [illegible] bitatores, nempè, Angeli, quia, vt asserit venera[illegible]

Beda. da, *mox vt creatum est cœlum, sanctis Angelis [illegible] tum, de quibus ait Dominus: vbi eras, cùm me [illegible]*

Job. 38. *astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei.*

Secundò, mirabiles sunt Angeli in eminentia [illegible] tiæ suæ, quia habent potestatem & dominium, [illegible]

motum localem, in totam naturam corpoream, & possunt totum id, quod possunt causæ secundæ naturales, applicando actiua passiuis.

Ratio est, quia potentia motiua Angeli, quâ, existens spiritualis, mouet seipsum, continet in se virtutem mouendi corporalem; ergò alia corpora mouere poterit, *vel deferendo*, vt patet in Habacuc; aut *impulsum imprimendo*. & hoc modo transferre potest montes de vno loco in alium, commouere elementa, causare incendia, habendo etiam ignem è propria sphæra, causare tempestates, terræ motus, varios morbos; infirmitates & dolores in corporibus humanis, turbando humores pacificos corporis seiungendo, & easdem sanando, applicando actiua passiuis.

Et eandem potestatem habent Angeli supra Dæmones, tanquam ministri Dei, tametsi nonnulli illorum superiores sint in natura. S. Th. q. 54.

Tertiò, admirabilis quoque est Angelorum sapientia; siquidem per species sibi à Deo infusas habent cognitionem omnium rerum naturalium, quæ fuerunt, sunt & erunt, vndè cognoscunt & comprehendunt totum Mundum, etenim cùm totum hoc vniuersum ad eorum spectet regimen, conueniens quoque est, sit præsens eorundem cognitioni; vndè colligit S. Thomas cum D. Augustino, quod priusquam Mundus esset creatus *sensibiliter* in seipso, intelligibiliter mediantibus speciebus intelligibilibus extiterit in mente Angelorum: sicque omnes creaturæ primò habet suum esse ideale in Verbo: secundò esse intentionale in Angelis: tertiò esse reale in ipsis, ac propterea esse rerum creaturarum tribus modis exprimitur in sacra Scriptura: *Primò enim dixit Deus: Fiat firmamentum, secundò fecit Deus firmamentum, tertiò factum est ita*: & primus modus dicendi significat modum essendi, quem habent creaturæ in mente Dei: secundus illum, quem habent in mente Angelica: tertius illum, quem habent in seipsis. S. Thom. disp. 9. de antif. ar. 8.

Quartò admiratione quoq; digna est perfectio & sanctitas Angelorum. Primò, fuerunt creati in gratia, vnde purissimi & remotissimi fuerunt ab omni macula peccati & mortalis & venialis. Secundò, creati fuerunt in Beatitudine supernaturali viæ, quæ consistit

fistit in exercitio actuum fidei, spei & Charitatis non in Beatitudine supernaturali Patriæ, quæ ... tribus actibus Beatificis, in visione, amore & ... Tertiò, creati etiam fuêre in Beatitudine natu... cognitione abstractiua Dei, vt authoris naturæ, ... rumque attributorum; tametsi hæc beatitudo ... sit perpetua in natura Angelica ipsorum ... tempore, quia non fuit in eis priuatio omnis ... peccabilitas, veluti ad perfectam requiritur ... nem naturalem. Quem vero gradum attigerit ... lorum gloria, ex triplici capite coniiciendum est: ... ex gratia habituali, quæ fuit in gradu valde ex... conformi excellentiæ & nobilitati naturæ: Secun... intensione & efficacia gratiæ actualis, eis impert... ta proportionem gratiæ habitualis: Tertiò ex ... lis, quibus Angeli cooperati fuerunt Diuinæ ... quæ quidem cooperatio, secundum S. Thomam, ... tensissima *secundùm totum posse & totum* ...

Quintò, Modus, quo Angeli inter se loquun... manâ luperat scientiâ, & quodammodo videtur ... cabilis. Loquuntur sibi invicem *per manifes...* *conceptus*, & hæc manifestatio non fit, veluti ... *modo sensibili*, & per voces sensibiles, sed per ... intelligibiles, *per directionem scilicet conceptus ... ad audientem*; quandò igitur vnus Angelus ... alteri, sufficit, quod conceptum suum velit ... alteri, posità hac voluntate, tanquàm conditione, ... Angelus, qui audit, cognoscet conceptum ... quentis. Ratio est, quia Angelus audiens habi... es conceptuum & affectuum Angeli loquentis ... tantum non competit ei illos cognoscere, ... alter non vult, quod *propria secreta cordis* ab ... scantur; ergò quamprimum alter vult facil... subitò *per ablationem impedimenti* cognoscun... gelo audiente, cui alter loquitur; vnde sequi... Angelum posse loqui alteri in quacunque di... sito, quia *illa ordinatio conceptus abstrahit* ... quamuis plurimi sint præsentes, vni tamen ... Angelus loqui potest, quia ad illum vnicum ... alios conceptum suum potest dirigere.

8. Tho. q. 106. ar. 1.

8 Thom. art. 4.

Eandem D. Thomæ doctrinam explicat S. Antoninus hoc modo: intelligere tribus modis contingere potest in intellectu; primò *secundum habitum*; secundò secundùm esse consideratum; tertiò *secundùm esse relatum & ordinatum ad aliud*: primo modo Angelus nec sibi nec alteri loquitur: secundo modo loquitur sibi: tertio modo loquitur alteri; & eodem modo Angelus loqui potest Deo, dirigendo suum conceptum ad Deū, & volendo, quod Deus cognoscat & intelligat conceptum suum; Nec refert, quod Deus per aliam viam eundem possit cognoscere conceptum Angeli loquentis, quia hæc locutio Angeli respectu Dei, vt benè aduertit S. Antoninus, adhuc duobus modis contingere potest: primò *per modum laudationis & admirationis*, & hæc est *continua*, quia semper Angeli laudant Deum, veluti Seraphim, qui cantabant semper: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*. Secundò, *per modum consultationis*, & hæc non est continua, sed vt sese offert occasio. Verum Modus, quo Deus loquitur Angelis, non fit *per directionem conceptus, sed per productionem specierum, vel conceptus*, quibus mediantibus Deus manifestat voluntatem suam, & ratio est, quia Angelus non est dotatus speciebus decretorum Dei. Ex doctrina iam tradita emuter quoque modus loquendi alius, quo Angelus loquitur animæ corpori vnitæ, & hoc præstat aut per voces sensibiles in aëre formatas, aut per phantasiam; aut animæ separatæ loquitur, aut *per directionem conceptus*, si anima habeat species, vel si non habeat species, *per productionem specierum in anima*.

S. *Anton* 3. *p. tit.* 21. *c.* 6.

S. *Thom. vbi sup.*

Sexto, non minùs admirandi sunt Angeli in illuminationibus suis, tàm actiuis, quàm passiuis, quibus Angeli superiores illuminant inferiores, & inferiores illuminantur à superioribus; & hæ illuminationes inter se proportionatæ sunt & æquales, quia quantùm Angeli supremi sunt illuminati à Deo, tantùm hi illuminant medios, & hi infimos, & hæc illuminatio contingit mediante locutione; imò nil aliud est, quàm ipsa locutio, in quantùm est ab Angelo superiori ad Angelum inferiorem, manifestando ei aliquam veritatem spectantem ad mysteria gratiæ, aut ad regimen Ecclesiæ, *iuxta captum illius*

illius, nimirùm, iuxta capacitatem specierum
vniuersalium, quibus inferior præditus est, vnde
cent Theologi, *omnis illuminatio est locutio, non*
contrà, quia Angelus inferior loquitur superiori
dicitur illuminare superiorem. Et cum hoc actu
rarchico, qui est illuminatio, sunt connexi actus
ctus etiam Hierarchici, qui sunt purgare & p
enimuerò cùm vnus Angelus illuminat alium,
eum, & ab ignorantia liberat, eique confert
nem veritatis cognitæ, & eodem modo Angeli
simi illuminant animas nostras, loquendo & m
do Diuinam voluntatem, non immediatè intel
S. Bona. mediante phantasia; vndè docet S. Bonaventura
talis illuminatio non est per modum luminis in
nec per modum speculi repræsentantis, sed per mod
gua viuaciter exprimẽtis & excitantis, vt Doctor

q. 51. a. 2. Septimò, mirabiles quoque esse demonstrat
simi Angeli in corporibus assumptis, eò quod hu
corpora formet ex materia aëris condensati p
tiam suam motiuam: quamuis enim aër ex seipso
cet S. Thomas, *nec formari nec colorari possit*
nùs, quando est condensatus, *& figurari & colo*
est: ut patet in nubibus; & finis harum appari
S. Tho. l. c. corporibus assumptis *non est propter se, sed prop*
vt familiariter nobiscum conuersando demonstr
Abulens. *ligibilem societatem, quam homines expectant*
bendam in futura vita. Verùm non desunt, q
unt, eum, qui comparuit in corpore assumpto
formam ignis, nubis, rubi, non fuisse Ange
um, id enim significari isto modo loquendi
sum. Sed cum communi Theologorum opini
cendum est, non Deum ipsummet, sed Ange
fuisse, qui in præfatis corporibus appar
omnia operatur mediis causis secundis, ne
illis ab Angelo sic prolatis comprehe
mendacium seu falsitas, nam ibi aderat Ange
præsentans personam Dei.

S. Tho. in 2 dist. 2. p. 1. q 212. a. 2. Octauò, huic quoque considerationi subiicio
ordo firmus & stabilis, qui est inter Angelos;
alii Diuina iussa & mandata immediatè exp

exteris ministeriis circa nostram salutem, alii impetrant, dirigunt & illuminant eos, qui exequuntur; Angeli executores & immediatè ministrantes, iuxta S. Thomam, sunt ex media & infima Hierarchia, quia secundũ doctrinam D. Dionysii Angeli ministrantes sunt ii, qui mediatè à Deo sunt illuminati, & assistentes, qui immediatè illuminati sunt; & quia prima Hierarchia immediatè solùm illuminatur à Deo, media & infima illuminatur mediatè, mediante scilicet primâ, ideò, qui sunt ex prima Hierarchia, dicuntur Angeli assistentes, & qui aliis inferioribus comprehenduntur Hierarchis, vocantur Angeli ministrantes. Præterea, iuxta Sanct. Dionysium, proprietas & officia Angelorum desumenda sunt ex eorum nominibus, & nomina mediæ & infimæ Hierarchiæ *important aliquam executionem circa creaturas corporales ex Imperio Diuino*; ergò Angeli harum duarum Hierarchiarum sunt ministrantes & exequentes.

S. Dion. de cæles. Hierarch. c. 8.

S. Thom. q. 12. ar. 4.

S. Dion. de cæl. Hier. c. 7.

Si nomina Angelorum, Archangelorum, Principatuum, Potestatum, Virtutum significant aliquam operationem externam circa creaturas, & vnam alterâ nobiliorem; solùm advertendum est, secundũ S. Thomam, quod Dominationes propriè non exequantur, sed imperent ac dirigant Angelos inferiores exequentes; nihilominus Angelorum ministrantium inseruntur numero, in quantum haud illuminantur immediatè à Deo, sed à suprema Hierarchia; *at non vt exquentes ministerium, sed vt disponentes & mandantes*; vndè Dominationes dici possunt Angeli assistentes, in quantum *non mittuntur ad ministeria externa circa creaturas*, & ministrantes, in quantum non recipiunt immediatam illuminationem à Deo, sed à superiori Hierarchia, *& immediatè mouent & dirigunt ministrantes & exequentes*; Fundamentũ huius sententiæ est authoritas D. Dionysii, qui cũ tantùm D. Pauli discipulus fuit, verùm etiam *vitæ sanctius creditur conscripsisse*, & ratio istius est, quia secundùm ordinem Diuinæ Prouidentiæ *Superiora non immediatè debent agere, sed per sua inferiora*. Verùm opinioni aduersari videtur S. Paulus: *Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*, & hic, qui

S. Tho. l. c.

Hebr. 1.

vene-

venerat purgatum làbia Isaiæ prophetæ fuit v
Seraphinis, neque inconueniens est, quod de leg
ordinaria, & in quibusdam casibus mittantur
superiores Angeli supremæ Hierarchiæ; sed ad
spondet S. Thomas, *omnes mittuntur*; at diuersi
superiores *missione inuisibili*, inferiores *missione*
exequendo, & Angelus ille Isaiæ *non fuit Seraphin*
raphicus, *id est*, *ignitus*, quantum ad actum, non
tum ad ordinem, veluti respondet idem S. D
us. Ad aliam obiectionem respondetur, quod
vnus ordo subestalteri, mutari possit, quemad
ordinem naturæ immutari conspicimus per
propter ordinem gratiæ & propter confirmati
dei; ast quando vnus ordo non agnoscit al
nem creatum superiorem, mutari non potest: i
het ordo Angelorum, quia est in ordine gratiæ
um superiorem sortitur ordinem creatum, cui
dinatus, ideò Angeli superiores immutabiliter
eminentiam suam in imperando, & in non exe
iubent & non iubentur. Ex quibus doclaratur
net aliud nubium; an omnes Angeli ministran
etiam assistentes? Et respondetur, omnes illos
nistrant, assistere etiam quò ad visionem be
quia omnes ministrant, clarè intuendo faciem
non assistere quò ad immediatam illuminatio
quia Angeli, qui ministrant, vt sunt omnes se
vltimæ Hierarchiæ asscripti & annumerati, n
immediatè, sed ab Angelis superioribus reuela
cipiunt: ex quo tamen aliud suboritur dubium
nes Angeli, iuxta doctrinam S. Dionysii & Doc
gelici, sint inter se inæquales, & ordinati, vt com
asseritur, *secundùm sub & supra*, annon etiam
quod vnus Angelus solus sit assistens, videlic
mus, & vnus Angelus solus ministrans, n
simus? quia secundus Angelus illuminatur à
solus primus immediatè illuminatur à Deo,
quiritur, vt Angeli sint assistentes; ergò solus p
assistens; ad eundem modum probatur de vlti
strante, quia penultimus, cùm sit superior vlti

sit vltimo, & cum illuminat, ergò non est ministrans & exequens, sed solus vltimus, qui sub se alium non habet Angelum, cui imperet, erit ministrans & exequēs. Huic dubio respondet S. Thomas omnes Angelos primæ Hierarchiæ esse assistentes, quia omnes immediatam aliquam à Deo capiunt illuminationem, esto præter hanc primus Angelus nonnullas recipiat reuelationes, quibus illuminat secundum, & secundus tertium. *S. Th. p. 1. q. 112.*

Eodem modo omnes secundæ & vltimæ Hierarchiæ sunt ministrantes, quia omnes immediatè exequuntur, tametsi Dominationes exequantur solum dirigendo & imperando; & ex illis, qui exequuntur, vnus illuminat alium, videlicet, superior inferiorem: sicque solus vltimus Angelus est purè exequēs, & nō imperās, & alii sunt exequētes & imperātes simul, & solus primus est purè assistens & illuminans simul, idq; sufficiat quò ad doctrinā dictam tenendam S. Dionysii & S. Thomæ; Verùm qui hanc opinionem cū contraria conciliare vellet, duo genera externarum missionum per veram mutationem localem distinguere posset: vnum sine signis visibilibus propter solum finem illuminandi, custodiendi, assistendi: aliud cum signis visibilibus, quemadmodum missio facta fuit Viæ Prophetæ; vnde quando negat S. Thomas, quod *superiores Angeli mittuntur*, loquitur *de missione visibili in signo visibili*, & quando altera aduersa sententia asserit, quod *omnes mittuntur*; id intelligendum aut *per effectum inuisibilem*, aut *visibilem*,

Nono, non minus stupendus est Angelorum numerus sine numero, & omnes sunt distincti specie: vnde quot sunt individua, totidem etiam, vt vult S. Thomas, dantur Angelorum species. Circa Angelorum multitudinem tres adsunt modi dicendi: primus vult numerum spirituum superare numerum cunctorum materialium individuorum totius Mundi comprehendendo etiam stellas cœli, arenas maris, aquarum stillas, atomos aeris. Secundus dicendi modus seu sententia est, existere omnes corporeas totius Mundi species. Tertius dicendi modus dicendi vult, quod numerus Angelorum superet numerum omnium individuorum materialium in tertia sententia; quæ communiter numerari solent, vt sunt omnia hominum brutorumque individua, cum quo dicendi *S. Bern. to. 1. serm. 60.* *Carthus. in 2. dist. 3. q. 4.*

S. Tho 1. p. q 50. art. 4 cendi modo concordat S. Thomas asserens, quòd dùm eam proportionem, quâ magnitudo cœli terræ magnitudinem, Angelorum numeros corporeorum materialium; enimverò cœli in nobilitate & perfectione superant cuncta inferiora corpora; ita multò magis cœlestes Spiritus superant omnia corpora: iàm si ob rationem infinitum est instar puncti comparatione cœli, totus numerus rum materialium valdè exigui numeri instar esse paratus ad immensum & quasi innumerabilem numerum spirituum numerum. Præterea, vt notat Carthusianus ex reuelationibus S Brigittæ numerus Angelorum superat *in decupla proportione* omnes homines qui fuerunt, sunt & erunt, adeò, vt cuilibet homini adhuc sent decem Angeli custodes, & iuxta eandem proportionem vnus chorus superior superat inferiorem: ergò si primus chorus constaret solùm millibus centum, secundus chorus comprehenderet decem millia millium, & tertius centum millia millium, & quartus mille millium, & quintus decem millia millium millium, centum millia millium, septimus millia millium iuxta dictum Prophetæ: *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei*, per hic excessus non intelligitur duntaxat in numerum, verùm etiam secundùm merita, vt habet Angelus superior superet inferiorem suum eandem proportionem, in sanctitate, meritis & gratia, & secundùm illam proportionem, quam vnus superat alium in natura, superat in gratia.

Carthus. in 2. dist. 3 q. 3. ex Dion. B. Bern. tom. 4 serm. 49.

Quod verò inæqualitas, quæ intercedit inter locos, sit secundùm decuplam proportionem, S. Bernardinus, quia iuxta regulam Apostoli ad Rom. *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*; ergò si conspiciamus in rebus materialibus obseruari ordinem & proportionem, quod vnum elementum superius sit decies maius alio inferiori, ignis enim decies maior & amplior ipsa terra, & aer ipso & ignis aëre, & cœlum Lunæ decies maius ipso igne, & sic consequenter ad cœlum Empyreum, idem prorsus dicendum est de creaturis spiritualibus.

S. Bern. tom. 1 ser. 60.

Angelicis, vnum, videlicet, chorum decies maiorem esse, altero quòad multitudinem, & quemlibet Angelum superiorem secundum eandem perfectionem excedere suum inferiorem in perfectione. Et hæc de perfectione Angelorum, progrediamur ad custodiam.

Caput III.

De Custodia Angelorum circa homines.

Quam necessaria sit hac custodiæ.

NVllâ humanæ linguæ facienda exprimi & declarari potest, quanta sit necessitas Angelicæ huius custodiæ. Tanta est, quanta est necessitas gratiæ, quia, vt docet D. Angelicus, *auxilium Diuinum exhibetur homini mediante ministerio Angelorum.* Quare Angelica custodia vt aliud est, quàm executio Diuinæ Prouidentiæ circa homines: at diuerso modo concurrunt Deus & Angelus, vt notat Sanct. Bernardus, Angelus concurrit vt *suggerens hortando ad bona*, *Deus vt ingerens infundendo bona*, quia concursus Angelicus terminatur solum ad phantasiam vsque, quæ per naturalem sympathiam mota mouet intellectum, & intellectus voluntatem; at concursus Dei ipsam etiam penetrat voluntatem, potentiamque eleuat ad eliciendum actum contritionis, amoris Dei, vel alterius cuiusdam virtutis, ad quam ministerium Angelicum excitat & disponit. Ex qua necessitate auxilii & illuminationis Angelicæ sequitur, vt docet idem S. Doctor, quod *ad omnia bona nostra cooperantur Angeli; non tamen omnia nostra peccata procedunt ex dæmonum suggestione*, cuius ratio est, quia à nobismetipsis peccare, at non benè operari possumus absque concursu & principali Dei, & instrumentali Angelorum.

S. Tho. 1. p. q. 108. a. 3. ad 3.

Carthus. in 2. dist. 3. ar. 16.

S. Bern. lib. 5. de consid.

loco cit.

In quo consistat hæc Custodia.

TRes continet actus, quemadmodum colligo ex libro Exodi: *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem præparaui.*

Primò, *præcedit nos*, monstrando nobis viam, *columna ignis & nubis*; tanquam ignis nos illuminat & inflammat, & tanquam nubes moderatur, ac temperat dolorem concupiscentiæ.

Secundò, *custodit in via*, ab omni nos protegit periculo, quod nobis nocere posset, & defendens nos ab inimicis nostris omnibus, qui nos invadere [illegible]

Tertiò, *introducit in locum, quem parauit*, introducendo ac conducendo nos ipsâ mortis nostræ hora [illegible] am cœlestem.

Hæc est Angelorũ custodia, videamus modò, [illegible] tione ei correspondere debeamus. Idque idem [illegible] Spiritus edocet, & ostendit loco citato, cum [illegible] *Obserua eum, & audi vocem eius*; debemus ei reve[illegible]am & obedientiam: reuerentiam propter perfec[illegible] lentiam: obedientiam propter officii dignit[illegible] rentia debet esse filialis, & ex amore procedens, [illegible] filius exhibet Patri, & non seruilis, ac proce[illegible] mere, qualem seruus exhibet Domino suo, & [illegible] satisfaceret huic debito & obligationi, impunè [illegible] iret, ac propterea subiungit Diuinũ Oraculum: *[illegible] nendum putes, quia non dimittet, cum peccaueris, [illegible] nomen meum in illo.* Ac si diceret: caue, exiguam [illegible] beas rationem & curam, quia, si quem in hoc [illegible] ris defectum, impunitum haud transire germen[illegible] tio est, quia *est nomen meum in illo*, agit vices mea[illegible] amque repræsentat personam, inquit Deus, & [illegible] rios meus. Quapropter eadem, quæ Angelo co[illegible] stro infertur iniuria, infertur & Deo, & tan[illegible] sa non Angeli solius, sed Dei castigatur & pun[illegible]

Quæ hucusq; dicta sunt, declarantur exemplo Angeli Tobiæ.

ANgelicæ huius custodiæ circa homines [illegible] valdè extat figura in Historia sancti [illegible] Tobiæ; hoc idem, quod Angelus Raphaël [illegible]

egit cum Tobia, inuisibiliter nobiscum agit Angelus Custos noster. Primò, subitò ac Tobias egressus fuit domo paternâ, Angelus Raphaël sese obtulit ei in ducem & comitem, *præcedebat eum*, indigitando ei viam, optimisq; ac salutaribus monitis eum illuminando & instruendo.

Et in specie eum instruebat, vt omnium operationũ suarum primitias libaret Deo, & priusquàm cum vxore sua conuersaretur, tres continuas noctes præuias precibus feruentissimis Deo se commendaret vniretque, ac in reditu, antequàm in paternos rueret amplexus, Deum adoraret, eique pro acceptis beneficiis referret gratias, & hoc idem ei faciendum esset in cæteris omnibus actionibus.

Aliud dedit ei documentum de modo expellendi Dæmonem, *corde piscis accenso*, illius namque fumus hunc causabat effectum, sicut & fel eiusdem piscis illuminabat oculos, &, secundùm S. Augustinum, vtrumque in sensu spirituali intelligitur de Passione Christi, quia *corde Christi in cruce assato fugatus est diabolus, & per amaritudinem fellis illuminatus est mundus.* S. Aug. ser. 4. de SS. Pet. & Paulo.

Insuper instruxit eum, quinam essent veri animæ thesauri, nempe, *oratio cum ieiunio & eleemosyna.*

Denique docuit eum modum gratias agendi Deo pro receptis beneficiis: *Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini illi, quia fecit vobiscum misericordiam suam.*

Secundum Archangelis Raphaelis officium fuit *custodire eum in via.* Primò, eripiendo eum à multis periculis, nè ab immani deuoraretur pisce, & à Dæmone Asmodæo interficeretur, veluti hic omnes præcedentes Saræ maritos, quorum septem fuêre, interfecerat, quia *Angelus Raphael apprehendit Dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Aegypti.* Tob. c. 6. Tob. c. 8. Secundò, varia ei exhibendo beneficia corporalia præter spiritualia, dùm procurauit pro eo vxorem dote amplissimâ prædiuitem, & receptionem decem talentorum, quæ ei debebat Gabelus.

Tertium beneficium & officium fuit *introducere in domum Patris* Tobiam sanum, saluum, ditatum, sanctum & fœdere coniugii copulatum; idque nobis significat ingressum in paradisum, quem comite Angelo anima nostra faciet. In hac historia considera obsequium, quod

ſanctus Adoleſcens Tobias præſtitit S. Angelo Ra-
li, eſto eum vt tale non agnouerit, & qua ratione
las ſupra recenſitas exercuerit virtutes.

Tob. c. 6. Primò exhibuit ſancto Angelo Raphaeli reuerentiam
nuncupando eum Dominum: *Domine in uadit*

Cap. 9. Secundò beneuolentiam ei exhibuit & amo
pellando eum fratrem, *Azaria frater*; & eadem
tate viciſſim ei loquebatur Angelus, dicendo:

l. cit. *frater.*

Tertiò præſtitit ei obedientiam, & in omnibus
pliciter abſque diſcuſsione paruit.

Tandem præſtabis, quotiescunque Draco in
te tantate ac deuorare allaborauerit: voca ſanctum
gelum cuſtodem tuum, dicendo ei; *Domine, in*
Sancte Azaria, Azaria frater, adiuua me, & hoc
Azariæ fuit ei manifeſtatum ab eodem Angelo
gatus namque à Tobia, quod ei eſſet nomen, re

Tob. c. 5 *Ego ſum Azarias Ananiæ magni filius*, & totum
minum iſtorum interpretationem, vernati
forme fuit, Azarias enim ſignificat auxilium Dei
nias gratiam Dei, & Angelus eſt filius gratiæ
confert Diuinum auxilium; ergò inuocare
nomine Azariæ idem eſt, ac inuocare ac impl
uinum auxilium, idque in cunctis noſtris neceſ
vires & animum nobis adducere debet. Verum

Gerſon. p. 3. ſup. magnif. c. 2. aliud Angelo cuſtodi noſtro attribuit nomen
Vriel, id eſt, ignis Dei, veluti appellatur in libro
quia officium eius eſt accendere omnes in viuis
amoris ignem; at ſecurius eſt non vſurpare hoc
quia à Concilio quodam prohibitum eſt, vt
de ſeptem Angelis diſſeremus, oſtenderet
quoque fiduciam, quam debemus Angelo cu
ſtro, conducit, vt nullam omninò rem, neque
cordis noſtri arcana celemus cuſtodem & com
ſtrum Angelum. Communis Theologorum
tia eſt intellectum Angeli ſeu boni, ſeu mali non
ereta cordis noſtri, puta, actus liberos
ſtræ abſque præiudicio noſtræ libertatis attingere
re eſt ſcrutari, niſi nobis volentibus & conſen
hac ſuppoſita doctrina è re noſtra eſt, nobisque

proficuum, si cor nostrum teneamus apertum Angelo custodi nostro, occlusum verò & obseruatum Angelo malo; vndè in hæc prorumpens verba; mi sanctissime Angele, cõtentissimus sum, vt omnes cogitationes meæ, affectus, & cuncti actus liberi voluntatis meæ semper tibi pateant & manifesti sint, etiam volo, vt totum in me habeas dominium, quatenùs in eò melius me dirigere & in viam salutis deducere valeas; econtrà verò protestabens, te nunquam huiusmodi licentiam & facultatem daturum Dæmoni capitali hosti tuo, in quem finem cum sponsa dices; *Surge Aquilo, & veni Auster, perfla in hortum meum, & fluent aromata virtutum*; apagè, & recede à corde meò Dæmon infernalis, vente aquilonaris, & veni mi sanctissime Angele, tu australis instar venti animam meam Diuinis fœcundabis cœlestium virtutum aromatibus. *Cant. c. 4.*

Propositum confirmatur exemplo alterius Angeli S. Petrum Apostolum educentis & liberantis è carcere. Act. cap. 12.

Eiusdem Angelicæ custodiæ aliam quandam habemus figuram in nouo testamento, & est ereptio S. Petri è carcere facta consilio & auxilio Angeli, & ex eo, quod Angelus visibiliter egit cum S. Apostolo Petro, colligit Gerson septem actus & officia, quæ Angelus custos noster circa nos exercet inuisibiliter, & sunt sequentia: *astat, fulget, pulsat, tubet, soluit, educit, liberat*. *Gerson tr. 8. magn p. c. 3.*

Astat Deo, instanter pro nobis S. D. M. deprecando, & curando, vt & nos *Astemus Deo*. *Astat* in particulari, inquit idem, vt fidei apertamus oculos, cognoscentes nostrum finem, qui est Deus.

Fulget, nostrum illuminando intellectum, *& illuminat*, ait S. Bernardus, *vt suggerens bona, quia hortatur ad bona, & Deus vt ingerens, quia infundit bona*; vndè Angelus concurrit solum *dispositiuè*, mouendo phantasiam per potentiam, quam obtinet per motum localem, in totam naturam corpoream, & phantasia mota mouet, intellectum, & intellectus voluntatem, veluti dictum est suprà. *S. Bern l. 6. de cons. d.*

Pulsat, & vbi non sufficiunt inspirationes ord
supperaddit alias efficaciores & extraordinarias
et aperiatur ostium, & finem, quem prætendit,
gloriæ Dei.

Iubet, proponens id, quod ab anima poss
præcipiens in nomine Dei, tanquàm minister
Soluit à peccatorum passionumque laqueis
Educit, liberando nos ex hoc corporis ergastu
Liberat à miseriis & vitæ huius pœnis & ang
ducendo nos ad libertatem gloriæ. Considera
quâ ratione anima varia in mortis articulo recog
beneficia ab Angelo custode suo ei collata, cu
ferret verba dicta à S. Petro iam è carcere educ
scio verè, quia misit Deus Angelum suum, &
de manu Herodis, id est, Diaboli, & de omni
plebis Iudæorum, id est, sociorum.

Et hæc de custodia & officiis, quæ Angelus
noster circa nos exercet, & de modo, quo eid
spondere debeamus, sufficiant; superest nunc,
perstringamus compendio, quomodò in mo
præsentia efformanda sit, vt semper & in omn
nibus & operibus nostris Angelum custodem
habeamus præsentem.

Caput IV.

De præsentia Angeli custodis nostri.

QUia spiritum ad modum spiritus concip
possumus, sed eum per modum, seu per spe
formam corporis concipiamus, necesse est, ide
lum custodem nostrum nobis imaginari debem
admodùm eum vidit Tobias: *Inuenit iuuenem*
splendidum, præcinctum, & quasi paratum ad
dum, qui insuper variis indutus sit vestimentis,
docet S. Dionysius, significant varias perfectio
tutes Angeli.

Tob. c. 5.

S. Dionys. de eccles. Hierar. c. 15.

Dan. c. 40.

Ac primò depingi ac formari solet pedibus
tis. Secundò, *amictus lumine sicut vestimento.*
indutus chlamyde quadam ignis instar rubeâ.
præcinctus cingulo. Quintò, cum alis humeris

tis. Sexiò, coronam gestans capitis vertici impositam. Septimò, sceptrum tenens manu dexterâ, & sinistrâ normam quibus figuris & symbolis variæ indigantur virtutes, quæ reperiuntur in Angelis, & nobis imitandæ sunt; nuditas pedum significat puritatem affectuum, lumen intuitu cognitionem, flamma amorem Dei cum perpetua laude & benedictione infinitæ bonitatis, cingulum figurat odium proprium, quia non amat seipsum Angelus, nisi in quantum hic amor ordinatur ad Deum, & est propter Deum, corona in capite beatitudinem in visione Dei, sceptrum insinuat dominium in omnes creaturas, norma fabricatoris demonstrat zelum animarum in ædificanda & propaganda Ecclesia, cum conuersione peccatorum.

Et verò notanda est apposita coniunctio sceptri & normæ; etenim conuersantibus nobis cum proximo seriò inuigilandum est, nè ob mores incompositos ac familiaria nimis colloquia vilipendio ac ludibrio nos exponamus; sed reginam filiorum Dei conseruemus dignitatem, necesse est.

Præterea depingitur custos noster Angelus brachio in cœlum extenso & eleuato, quia tanquàm cœlestis Magister nobis indigitat commonstratq; finem nostrum & medium, finis est gloria cœlestis patriæ, medium est gloriosa Conformitas cum Diuino beneplacito, vt, nimirum, perficiamus & exequamur voluntatem Dei, semper eum laudando & glorificando, quemadmodum in cœlis faciunt vrbis beatæ incolæ. In hunc modum ante mentis oculos Angelum custodem tuum tibi repræsentare, & in eodem veluti in purissimo speculo te contemplari debes, curam simul adhibendo, vt virtutes eius per quandam participationem in te reflectantur; vndè quotiescunque te senseris impuris agitatum afflictumque cogitationibus, purifica te in eius puritate & munditie, si obtenebratum in intellectu, luminis eius assumé splendorem; si frigidum in amore Dei, in ignem Diuini amoris eius te accende; odium sanctum mitiget amorem tui ipsius, acediam, quam in benè operando experiris, alarum corrigat velocitas; coronam, qua eiusdem iniguntur tempora, inspice, vt tibi stimulos addat ad spem gloriæ; & cùm obtutum fixeris in sceptrum & in-

ſtrumentum fabricatoris, generoſa reddetur ma-
ſio & abiectio, ac zelus animarum euadet fer-
Cum hoc ſtudio contemplationis imitationa-
mor quoque eſto, & cura, vt ſemper inuoces
cuſtodem tuum, & ad eum recurras in qua-
ſtitutus neceſſitate, vti diximus ſupra.

Poſſumus inſuper ſanctum Angelum cuſto-
ſentem nobis reddere preſentiâ imaginaria
ctiuâ, in eadem forma, in qua comparuit, ac
Sanctæ Franciſcæ Romanæ, cuiſemper &
tempore aſſiſtebat in forma pulcherrimi cu-
nis alati, candidis amicti veſtimentis, facie
ſplendidiorem præ ſe ferentis, adeò, vt ſanct
trona nonniſi certis quibuſdam temporibus
tutum ſuum figere potuerit; & ordinariè ſolo
lumine, quod ex ea promicabat. Præterea
lus cancellata ante pectus geſtabat brachia,
cœlum eleuatos, & coronam in capite, ad
ſanctam illam Matronam, quod mediante
num & crucis perpeſſione, ſicut & deſiderio
triæ conſecutura eſſet coronam æternæ

Gerſon p.3. ſup. magnif hoc concludam egregiâ illâ Cancellarii Pa
tentiâ: *Certus eſto, ſi benè vixeris ſub lege*
& cuſtodiâ ſuorum Angelorum, quorum
MARIA, ſaluus eris, ſocius eorum factus

CAP. V.

De Proprietate & Conditione Angelicæ cuſtodiæ.

S. Tho. q. 113. ar. 6. S. Bern. ſer. 12. in pſ. Qui habitat.

PRimò, cuſtodia Angelica circa homines
nua, cùm ſemper nobis aſſiſtanti vadet
tur noſtri aſſiſtentes, comites, aſſeſſores.
nobis aſſiſtentes, ambulant ſemper
omnibus viis noſtris, & ſunt hominum aſſi
doque etiam reuertuntur in patriam cœleſtem,

ges ideò nostram deserunt custodiam, & quando contingit eos descendere de cœlo in nostrum auxilium, descendunt velocissimè, &, vt vult Sanctus Doctor, *sine mora temporis*. Et quemadmodum nonnullos custodiæ exequuntur effectus etiam existentes in cœlo, vt cum orant pro nobis, nostras offerunt orationes, & bona opera, excusant opera mala, aut de iis nomine nostro petunt remissionem & veniam; ita alios exequuntur effectus, qui localem ipsorum requirunt præsentiam & assistentiam circa homines, vt cùm illos illuminant, & defendunt ab assultu Dæmonis, similes namque haud operantur effectus, nisi quando existunt in terris. Neq; Angelus deferens cœlum deperdit aliquid, quia *non accipit aliquid dignitatis à cœlo Empyreo*, & quocunque tendit, semper secum defert propriam beatitudinem visionis beatificæ: *Sicut quando Rex actu non sedet in regali solio, nobilitas dignitati subtrahitur.*

S. Aug. lib. Soliloq. c. 27. Antiocassiod. hom. 61.

S. Thom. 2. 112. art. 1. loc. cit.

Secundò est custodia supernaturalis, quia omnis actus Angeli *est à Deo, & in Deum, à Deo, vt à primo principio, & in Deum, vt vltimum finem*; vnde est Minister Dei, *instrumentum Dei intelligens.*

Hinc respondetur illi dubio, quomodo Angelus superior natura possit ministrare homini, cùm *ministrare sit inferioris*? enimuerò esto Angelus quò ad naturam homine sit superior, attamen hoc non est ministerium aliquod propriæ seruitutis & inferioritatis, sed custodiæ & prouidentiæ, & eò magis, quod Angeli considerent hominem, vt creatum ad imaginem Dei, hanc eis imponentis custodiam, & tanquam vnum cum Deo factum spiritum. Neque ad gloriam Dei duntaxat fiunt Angelorum operationes, verùm etiam propter gloriam Christi, in quantum homo est, ac propterea considerant homines, vt Christi morte redemptos & pretioso eius sanguine madidos.

Quapropter tempore officii Diuini, quod celebratur in Ecclesia, Angeli sancti procedunt ad altare venerandum & adorandum Christum in Sanctissimo Sacramento, & cum his simul descendunt, sacrificii præsentia tempore, innumeri ex omnibus choris Angeli. Quia Angeli superiores etiam mitti possunt, quando esse-

effectus est inuisibilis, & quemadmodùm ordo immutari potest, vt ait S. Thomas, propter gratiæ & in fidei confirmationem; ita mutari potest do gratiæ propter ordinem vnionis, & credendum cunctos Angelos tàm inferiores, quàm superiores uenisse ad adorandum Christum in eius natiuitate cum sanctissima Matre, & aliis etiam, qui ministrarunt ei in deserto.

Ad hæc Angeli deputati sunt ad custodiam Bonorum & Altarium: *Angelorum Choris Altare plenum* inquit D. Chrysostomus, & adiungit Beda: *Quando re potest in ipsa immolationis horâ ad Sacerdotis aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio Angelorum adesse.*

S. Chrysost. lib. de sacerd. Beda.

Refert S. Nilo de S. Chrysostomo, quod tempore lebrationis Missæ copiosam conspexerit Angelorum cateruam, summâ cum modestiâ, deuotione & assistentem tremendo Sacrificio.

Barra. to. 4. lib. 3. c. 17

Frater Ioannes de Parma Ordinis S. Francisci gnæque sanctitatis Religiosus, cùm vice qua stolaretur socium, qui horâ solitâ venire & seruire debebat, hic verò somno correptus accedere daret, vidit Angelum formam Ministri assumpsisse Missæ sacrificio alterius loco ministrantem.

De quodam sancto Sene legitur, quod supra altare viderit pulcherrimum Angelum, & cùm terrogaret, quid isto in loco ageret, respondit: *sanctificata sunt Altaria ista, à Deo ipso mihi credita.*

Flos exẽpl. c. 3.

Tertiò est custodia perseuerans ad mortem in mortis articulo Angelus custos noster suum ga nos gerit, affectum & amorem præcipuè monstrat, ac curat, vt prospere noster succedat ad æternam gloriam, idque præstat modo sequenti.

Primò, quandò infirmitate correpti, & constituti sumus, sanctus noster Angelus volat stum D. N. Diuinam exorans Maiestatem, quosdam ableget Angelos in auxilium. Ann stus, præcepit ac mandat S. Michaëli, vt aliquot rum myriades expediat in hunc finem, idem officium agit Angelus apud sanctissimam Virginem

S. Vincent. Sab post Ascens.

tandem ab ea impetrat prouisionem, ac sæpenumerò, si moribundus singularis Virginis extitit cultor deuotusque famulus, ipsamet in persona descendit, eumque cōsolatur. Præterea Sancti Patroni, aut parentes ipsius moribundi supplicant, vt cum Angelis descendant, & consolentur amicum suum, nec suâ frustrantur petitione.

Secundò, vt Angeli cum aliis Sanctis conclaue seu locum iderm attigêre, omni, quo possunt, conatu in id incumbunt, vt orationibus aliisque mediis adiuuent, consolenturque infirmum in agone positum, expellentes Dæmones, ne quicquàm ei inferant molestiæ.

Tertiò, postquam anima iam migrauit è corpore, disponunt se Angeli ad modum & formam quasi currus triumphalis, licque magno cum applausu ac triumupho comitantur & conducunt animam ad patriam cœlestem laudes canentes Deo & seruo eius, quod de mundo, carne & dæmone triumpharit, dicentesque: *Hic vir despiciens mundum, & terrena triumphans, diuitias cœlo condidit ore manu. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Ac nonnunquam hic Angelorum comitatus, quia comparuerunt in visibili specie, & corporea forma, à pluribus Sanctis visus fuit.

S. Anton. p. 3 tit 31. c. 5.

Quartò, animam sanctam cum iubilo cœlesti conducunt ad thronum Christi & MARIÆ Virginis, à quibus ei assignatur locus suæ gloriæ.

Quintò denique salutatur, deprædicatur & laudatur bona cœli Curia, vbique in arcubus & pyramidibus egregia vitæ suæ facta descripta conspicit, in annalibus æternitatis ad perpetuam memoriam exarata deprehendit, legitque omnia sua bona opera in hoc mundo propter Deum facta. Et hæc de natura & proprietate custodiæ Angelicæ.

Cap. VI.

De deuotione nouem Angelorum Choris exhibenda.

ANtequàm progrediamur ad praxin deuotionis huius, primò supponendum est, totam cœlestium spirituum vniuersitatem distributam esse in tres Hierarchi-

as, &

as, & quamlibet Hierarchiam in tres Ch... unumquemque horum innumerabili conflare... rum multitudine, quorum quilibet tribus... potentiis, memoriâ, intellectu & voluntate, ... *vt similitudo Trinitatis in eis*, velut in primis... Diuinæ omnipotentiæ, *insinuetur impressa*, ... quia *multitudo perfecta*; *id est, benè ordinata*... *fusa ex primo cœlo reducitur ad Trinarium*, ... *principium, medium & finem*; *siue ad supremum*... *& finem*; Quapropter omnes Angeli collec... in tres diuiduntur Hierarchias, & Angeli ... rarchiæ sunt supremi, qui assistunt contemp... Angeli secundæ Hierarchiæ sunt medii, qui ... Mundi regiminis curam habent: & Angeli ... rarchiæ sunt vltimi, qui attendunt regimen ... Insuper, vt benè aduertit Durandus, Hierarch... stinctio fundata est in distinctione illuminat... tribus modis illuminatur Angeli, alii immedi... & sunt supremi Angeli primæ Hierarchiæ, ... à supremis, & sunt medii, alii mediatè a... infimi: quamuis enim omnes sancti Angeli ... Diuinâ fruantur essentiâ, nihilominùs id, q... lute hominum præstare debent, efficient... tionem & reuelationem, aut immediatè, ... Deo; vnde hic ordo Diuinarum illuminat... *vno originaliter, & ad vnum finaliter*, vt loqua... dus, *quia est à Deo, & vt reducamur in Deu...* significat nomen græcum Hierarchia, *id est, ... cipatus, seu ordo Beatorum Spirituum sub ... Diuinas illuminationes*, modo iam dicto.

S. *Thom. 1. part. q. 108 ar. 2.*

Secundò considerandum est, qua ratione ... *id est Diuinus ordo est scientia actus & effe...*

S. *Dionys. de cœl. Hierarch. c. 3.*

tra doctrinam S. Dionysii, quia sicut sanct... bent naturam suam creatam & ordinatam à D... pter Deum, vt vltimum finem; ita omnes ... cogitationi, amori & operationi propter Deu... quantum in ipsis est, sese assimilent Deo.

Mag. *sentent.*

Tertiò, chorus & ordo Angelorum ... gistro sententiarum definitur in hunc modum: ... *titudo cœlestium Spirituum in aliquo munere ... ministerium*, sic Seraphini vnum constituunt ...

quia conueniunt in excessu Charitatis, & Cherubini in alio sistuntur ordine, quia sunt similes in eminentia scientiæ: *Seraphim dicuntur, quia præ aliis ardent charitate; Cherubim, quia præ aliis in scientia eminent*, & hæc dictio (*præ aliis*) intelligitur respectu Angelorum inferiorum, non superiorum, quia Angelus superior in omnibus perfectionibus excedit inferiorem: vnde Seraphim non in Charitate duntaxat, verùm etiam in scientia superant ipsos Cherubim, & hoc ipsum erat quod dicebat S. Gregorius: *In sanctis Angelis nihil possidetur singulariter, licet non æqualiter.* Vndè sequitur, quemadmodum in Personis Diuinis perfectiones essentiales sunt omnibus communes nihilominùs *per quandam accommodationem*, vna perfectio attribuitur huic Personæ, alia alteri: veluti potentia attribuitur Patri, sapientia Filio; ita charitas scientia &c. sunt perfectiones communes omnibus Angelis, attamen charitas attribuitur Seraphim, scientia Cherubim, & perfectio dignior, saltē cōparatione nostri, appropriatur Angelo superiori.

S. Greg. Hom. in Evang. apud D. Thoq. de spec. creat. a. 8.

Et hæc pro intelligentia dicendorum sufficiat. Igitur deuotionis huius vacaturus exercitio, Diuina assistente gratia, sanctorumque Angelorum patrocinante auxilio, quantū potero, procurabo semper ambulare in præsentia eorundē Angelorū, cœlestes eorū cōtemplando, perfectiones, simulq; considerando, quanta sit eorum puritas, quanta sapientia, quanta potentia, quanta intima eorum ac perfectissima cum Deo vnio: vndè à D. Dionysio supra citato nuncupantur *scientia, id est affectiua, & actio abstracta*, vt nobis significaretur & innotesceret, totos ipsos abysso Diuinę pulchritudinis esse immersos cognitione, amore, actione, nihil sibi retinentes, & in hos eos imitari conabor, verùm vt expressior menti meæ insculpatur effigies præsentiæ Angelicæ, imaginabor mihi nouem Angelorū choros esse veluti nouem Ministrorum ordines, ad seruitium obsequiumque Deiter O. M. in suprema cœlesti curia deputatos, insuper & Christi D. N. in quantum homo est, ac sanctissimæ Matris eius ministerio dedicatos; imaginabor mihi etiā, quod sint veluti nouem Chori musici, qui in cœlesti aula die noctuq; ac semper Diuinas decantent laudes: *Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit*: quod sint tanquam nouem exercitus militum

Isaiæ.

ad

ad custodiam & defensionem supernæ supremæ q[illegible]
li Monarchiæ destinati. Et sanctum Michaelem [illegible]
angelum considerabo vt supremum omnium ca[illegible]
cœlestis curiæ Præfectum, vt Magistrum ac dire[illegible]
musicæ cœlestis, vt supremum & generalem cœle[illegible]
litiæ ducem.

Secundò, considera Angelorum conditiones, [illegible]
mò in genere: *Facit Deus Angelos suos spiritus, & [illegible]*
Psal. 103. Heb. 1. *stros eius ignem vrentem*; creauit Deus Angelos [illegible]
venti velocissimos, & instar ignis efficacissimos, [illegible]
na exequantur præcepta: ad Angelorum igitur [illegible]
dinem debet esse ventus seu spiritus & ignis [illegible]
ventus, ratione velocitatis ac promptitudinis [illegible]
endo, exequendoque voluntatem Dei: *ignis*, [illegible]
Diuini amoris continuò in corde tuo con[illegible]
vrens, mediante charitate proximi, inflamma[illegible]
cendendo omnes in eundem Diuini amoris ig[illegible]
secundùm Dionysium, assimilantur Angeli, q[illegible]
§. 108. a. 4. gaudent proprietatibus, & sunt istæ: *Primò esse [illegible]*
actiuum. Secundò esse calidum, acutum & feruen[illegible]
esse illuminatiuum: & *Angeli inclinabiliter [illegible]*
Deum, purgant inferiores, & ad perfectionem [illegible]
illuminant.

Ad hæc considera eosdem Angelos in parti[illegible]
cipiendo à primò comparatione nostri ad vlti[illegible]
Deo vicinum. Considera primum chorum [illegible]
rum custodum rerum & hominum particularium [illegible]
dum chorum Archangelorum custodum com[illegible]
tum: tertium chorum Principatuum custodum [illegible]
rum: quartum chorum Potestatum Dæmonum [illegible]
scentium & refrenantium: quintum chorum [illegible]
miracula patrantium: sextum chorum Domi[illegible]
aliis Angelis imperantium: septimum chorum [illegible]
S. Bern. lib. de consid. rum, *qui eminent in tranquilitate & pace*: octa[illegible]
rum Cherubinorum. *qui eminent in scientia*: [illegible]
chorum Seraphinorum, *qui eminent in charitate*.

In hisce choris Angelicis meditaberis virtutes [illegible]
lorum proportionatas eorum officiis, [illegible]
mis Choris postulabis zelum animarum: à Po[illegible]
vires, vt diaboli tentationibus resistere, [illegible]

vincere possis: à Virtutibus potestatem & facultatem patrandi miracula, non in alio, sed in teipso, quâ, nimirum, naturam tuam, veluti bestialem, conuertas in spiritualem, Angelicam & Diuinam: à Dominationibus geres Dominium in omnes passiones tuas: à Thronis pacem & gaudium: à Cherubinis cognitionem: à Seraphinis amorem Dei. Quapropter, iuxta S. Thomam, S. Thom. q. 108. art. 8. distinctio horum trium chororum primæ Hierarchiæ dicitur à tribus actibus beatificis, & sunt: *Visio, Amor & gaudium: siue tentio*; & easdem postulabis gratias à sanctissima Matre, vtpotè Reginâ & Domina omnium nouem chororum Angelicorum.

Tertio considera, quæ qualisue sit nobilitas & excellentia animarum nostrarum, quæ sunt dignæ, *vt assumantur ad ordines Angelorum*; vnde docet S. Augustinus, *quod non erunt in cœlo duæ societates hominum & Angelorum, sed vna. O Angeli sanctissimi assumite me ad* S. Aug. cit. apud D. Tho. *vos, ad vestram habitationem, ad vestram societatem & consortium, ad vestram gloriam.* Verùm quomodo anima eleuari potest ad tantam gloriam, cùm Angeli gloriam obtinuerint proportionatam gratiæ, & gratiam conformem naturæ? ergò sicut quilibet Angelus in natura cunctas superat animas, ita quoque in gratia & gloria. Respondet S. Thomas, proportionem illam inter naturam & gratiam solùm obseruatam fuisse in Angelis, non obseruari in hominibus; ac propterea posse hominem in ordine gratiæ non æquiparari duntaxat Angelis, sed etiam abiisdem posse superari Angelos, quia meritum animæ potest esse maius merito Angeli, *& propter difficultatem in operando, & propter diuturnitatem viæ.* Via namque merendi hominibus concessa longè diuturnior est via Angelorum, *& per merita Christi, qui non Angelos, sed semen Abrahæ apprehendit.* Ex dictis sequitur, vt optimè etiam notat S. Bonauentura, quod, S. Thom. in 2. sent. d. 6. q. S. Bona. in 2. d. 5. q. tametsi Angeli non peccassent, attamen *homines ad eorum ordines fuissent assumpti, & talis assumptio fuisset sola beatificatio, & non reparatio.* An uero numerus hominum saluandorum conformabitur numero Angelorum bonorum aut prauorum? Respondet S. Gregorius futurum conformem numero Angelorum, qui perseuerâ S. Greg. Hom 35. runt in gratia, idque probat ex eo, quod scriptum est in

Deut.34. Deuteronomio: *Posuisti terminos populorum iuxta* [illegible] *rum filiorum Israel*, & secundùm aliam litteram, [illegible] *rũ Dei*, & ampliùs probari potest, quia homines [illegible] li immediatè ordinati sunt ad gloriam, & non [illegible] inuicem, ergò probabile est, quod ex æquo, & [illegible] li numero concurrant ad formandam vnam [illegible] cœlestem, & vnam Ecclesiam triumphantem; [illegible] runt, numerum prædestinatorum æquiparandum [illegible] numero Angelorum, qui ceciderunt; at D. Tho[illegible] spondet id esse incertum; quia numerum elect[illegible]

S.Tho.in 2. dist.9. *scit, cui soli cognitus est numerus electorum in* [illegible] *licitate locandus*; certum igitur est, quod [illegible] Angelorum inserentur numero & societati, [illegible] homines decimum chorum haud constituent [illegible] Angelorum choris distinctum; sed in iisdem col[illegible] tur choris Angelicis, aut superioribus, aut in[illegible] iuxta maiora aut minora eorum merita; [illegible] li assumentur ad Chorum Angelorum, alii ad [illegible] Archangelorum, & sic de aliis ad supremum [illegible] raphinorum chorum; Quamobrem optim[illegible] mentum & consilium est, vt præ aliis intendam[illegible] limemus in chorum Seraphinorum, idque [illegible]

S.Gregor. Hom.34. Gregorium præstamus exercitio ardentis [illegible] dentique desiderio vnionis cum Deo, sitibu[illegible] fontem aquæ viuæ anhelantis; hæc enim [illegible] secundùm similitudinem, & ad eum Angelicum [illegible] assumetur anima, cui similis reperietur in gra[illegible] qui ardenter amant Deum in seipso, transfer[illegible] ordinem primæ Hierarchiæ, quemadmodum [illegible] mant Deum in proximo amore beneuolentiæ [illegible] buntur in ordine secundæ Hierarchiæ, & [illegible] qui amant Deum in proximo amore benefic[illegible] nebunt sedem suam inter ordines vltimæ Hi[illegible] & ratio huius est, quia prima Hierarchia [illegible] vnione immediata cum Deo, secunda Hiera[illegible] mediante proximo, attendendo vniuersi [illegible] ni tertia etiam mediante proximo impendendo [illegible] ac custodiæ particulari hominum, commun[illegible] gnorum, conformiter docet S. Thomas; & [illegible] ius capitis considera, quàm elegans à nouem [illegible]

tur concentus, & quàm suauis vocum, instrumentorumque musicorum componatur melodia à cœlestibus illis spiritibus, quoties cunque anima aliqua præcelsam cœli subiuerat aulam, & præsertim ab illo choro, in quo animæ beatæ sedes sua consignabitur in proprio throno gloriæ. Hucigitur, anima mea, dirriges tuas cogitationes, affectus, desideria, linguam & manum, aliud haudquaquam cogitabis, amabis, desiderabis, neque propter aliud operaberis, creata es propter vitam æternam, ordinata ad cœlestem gloriam, deputata ad societatem Angelorum, intrabis in *Sancta Sanctorum* cœlestibus annumerabens Cantoribus, vt Agno laudes decantes in æternum, videbis perpulchram illam Cœli curiam, Regem gloriæ Christum Iesum, Reginam cœli & terræ, præcelsam Dei Matrem, sanctissimam Trinitatem Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. O visionem beatam! O statum fœlicem! O gloriam sempiternam! *videre sanctos, esse cum sanctis, & sanctum esse.* Denique, vt maiorem erga nouem Angelorum Choros excites deuotionem & affectum, eosque efficacius exores, quatenùs ad suam te susipere dignentur societatem, valdè conducet, si nonnunquam de die recitaueris quasdam orationes iaculatorias in istum finem ordinatas, quarum vna eli quam subiicio. *S. Aug.*

Angeli, Archangeli, Principatus,
Potestates, Virtutes, Dominationes,
Throni, Cherubim, & Seraphim.
Assumite me ad vos.
Orate pro me, illuminate & inflammate me.
Abrenuncio Mundo & Carni, Diabolo & mihiipsi.
Coniunger vobis, & vnior in tempore & æternitate.

Vel dices cum S. Sophronio, Archiepiscopo: *O vos omnes superni Regis administri, qui Creatoris voluntatem adesse perficitis, conseruate vitam meam, inoffensam, fidem infractam, dilectionem erga Deum & proximum integram, & ab omni offensione liberam, manu me, quæso, ducite, & deducite, & ad omnem salutarem, Deoque acceptam, semitam dirigite.* *S. Sophr. Arch. 7. to. BB PP. orat. 6 de Angel. excell.*

CAP. VII.

De deuotione septem Angelis exhibenda.

CErtum est, eiusque expressum Scriptura testimonium, supra omnes Angelos esse septem ad supremum Saraphinorum chorum spectantes, qui semper assistunt ante Deum, Diuinam contemplantur pulchritudinem, Diuinaque excipiunt beneplacita, quæ inferioribus communicent. Hic septenarius Angelorum numerus legitur

Tob. c.12. Tobiæ: *Ego sum Angelus Raphael, vnus ex*
Apoc. c.4. *astantibus ante Deum.* Et in Apocalypsi: *Gratia vobis et pax ab eo, qui est, qui erat, & qui futurus est, & a septem spiritibus, qui in conspectu Throni eius sunt.* Et
Apoc. c.5. & 6. *Agnum stantem tanquàm occisum habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus missi in omnem terram.*

Et quamuis hi Angeli, veluti etiam reliqui, propriis gaudeant nominibus, quibus nuncupentur
S. Aug. in psal. 146. Deo, vt ostendit S. Augustinus ex illo psalmi versu: *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat,* vbi S. Doctor per stellas intelligit sanctos, qui sunt veluti stellæ spirituales, & hanc *dam in Ecclesia consolantia noctem nostram.* Nihil latent nos hæc nomina, nostramque obtenebrant titiam, & nonnisi propria trium primorum hisce Angelis nota sunt nobis nomina, nempe *el, Gabriel & Raphael*, alia nomina, quæ Angelis attribuisolent, tanquàm apocrypha, testimonio S. Scripturæ stabilita, prohibita
Concil. Roman. sub Zacharia Pontif. cilio Romano. Et tametsi nonnulli Sancti Patres
S. Ambros. lib. 3 de fid. mentionem nominis huius *Vriel*, securiùs citra
S. Bona. noc non vsurpare, tùm quia Concilium, præsertim exceptis, prohibet omnia, tùm etiam, quia liber Esdræ, in quo fit mentio huius nominis *Vriel*, canonicus. Officium horum sanctorum Angelorum vt stent ante thronum Sanctissimæ Trinitatis, prom collaterales Assistentes, ac Diuini Con

Ilarii, ideoque vocantur in sacra Scriptura *septem oculi, septem cornua, septem lampades*, quia per eos Deus sanctæ prouidet Ecclesiæ, eamque tutatur & illuminat. Consideraggitur, quâ ratione ante sedem Dei, sanctissimæ Trinitatis, aut sacratissimæ Humnanitatis Christi, & Beatissimæ Virginis assistant hi septem Angeli tanquam *septem lampades ardentes*, & post eos sequantur omnes alii nouem Chori. *Apoc. c. 5. & 6. & c. 4.*

Pro deuotione præfatis sanctis Angelis debitâ tres actus exerceri possunt. Primus est gratiarum actionis, agendo, nimirùm, gratias Deo ter Opt. Max. quod tam potentes, sapientesque produxerit Spiritus, eosque vt vniuersales nostros protectores instituerit.

Secundus est actus petitionis, exorando eosdem Angelos, quatenùs *orent pro nobis, vt digni efficiamur promissionibus Christi.*

Tertius est actus oblationis, offerendo & recitando septem vicibus: *Gloria Patri &c.* ad eorum Sanctissimæque Trinitatis honorem.

Cap. VIII. & vltimum.

De Deuotione Sancto Archangelo Michaeli exhibenda.

QVemadmodum communis docet Sanctorum opinio, Luciferum inter omnes Angelos extitisse primum, idque confirmat S. Thomas dicens: *Angelus supremus inter peccantes fuit supremus inter omnes*, & suadetur ex illo Iob: *Tu es principium viarum Dei, idest, creaturarum*, ubi loquitur de Lucifero; quo simul ritè capitur, vt idem sanctus Doctor obseruat, quâ ratione primum peccatum Luciferi fuerit superbia, quia sicut in natura cæteris omnibus se considerabat superiorem; ita quoque in præeminentia & imperio volebat esse primus & supremus, *S. Tho. q. 36. a. 7. Mag. in 2. dist. 6. Iob. 40.*

Ad eundem modum communis etiam tradit sententia, Sanctum Michaëlem inter omnes Angelos bonos habere primatum, iuxta illud Danielis dictum: *Ecce Michael vnus de Principibus primus, id est, primus de primis*, vt exponit S. Hieronymus; vndè inter omnes Seraphinos *Dan. c. 10.*

Bellar. tom 1. contr. 3. c. 9.

Apoc. c. 11.

primus est; idque ostendit & probat Cardinalis Bellarminus primò ex illo Apocalypsis, vbi dicitur, quod Michael & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & dicere: *Michael & exercitus eius sibi subiectus*; ergo Michael, veluti Princeps & caput Angelorum, omnium supremus est.

Eccles. in commend. adimæ in missa defunc.

Secundò, quia regimen Monarchicum *sub* [illegible] *cipe* est optimum, veluti etiam Regnum militans Ecclesiæ, ad similitudinem Triumphantis, *sub* [illegible] *ce*; Quapropter Sanctus Michael à S. M. Ecclesia decoratur titulo Principis cœlestis militiæ. Sic [illegible] *Sanctus Michael Archangelus, qui militiæ cœlestis* [illegible] *Principatum*; attribuitur quoque ei nomen [illegible] quia in die iudicii signum Crucis, quasi colum[illegible] stianæ vexillum, gestabit: *Signifer sanctus* [illegible] *præsentet eam in lucem sanctam, quam olim Abraham misisti & semini eius*, ad eundem denotandum, [illegible] quem habet S. Michael supra omnes Angelos [illegible] Ecclesia solet eum primum nominare & [illegible] sanctissimam Virginem. Officium nobilis ad[illegible] nentis Spiritus est, vt vniuersalem agat sanctæ [illegible] protectorem defensoremque, veluti antiquitus [illegible] gæ Hebræorum tutor erat & defensor.

Psal. 32.

Præterea, vt suprà insinuatum fuit, est velut [illegible] lestis Præfectus, musices Paradisi in nouem [illegible] stinctæ supremus Magister & director, Dux [illegible] Imperator cœlestis militiæ, cuius nutui, eâ [illegible] celeritate ac promptitudine obtemperant [illegible] geli: *Imittet Angelus Domini in circuitu timentium* [illegible] *id est, immittet se Angelus*, ipso fulgure celeri[illegible] monstrans ad quodcunque imperium & [illegible] minimum S. Michaelis, & in vexillo suæ mili[illegible] sam gerit interpretationem sui nominis: [illegible]

In Officio S. Mich.

Officio insuper S. Michaelis Archangeli [illegible] morti nostræ præsideat, & ea omnia, quæ [illegible] um aut pœnam animarum nostrarum exe[illegible] ordinet ac disponat: *Sancte Michael Archangelus* [illegible] *te Principem super omnes animas suscipiendas* [illegible] causa depingitur cum gladio & bilance, ad [illegible] potestatem, quam habet super animas nostras [illegible]

notandam æquitatem & rectitudinem in ponderandis unicuiusque nostris meritis ac demeritis. Supposità igitur excellentia naturæ huius Angeli, officii eius præeminentia, multitudine beneficiorum, quæ sanctæ Ecclesiæ ac cuilibet animæ in particulari confert, omninò conueniens, ac rationi planè conforme erit, vt speciali deuotionis gratitudinisque titulo tàm liberali Benefactori gratos nos exhibeamus: ac primò Excellentia sancti Michaëlis tàm quò ad naturam, quàm quò ad gratiam in magnâ apud nos sit existimatione, oportet, & suppositâ S. Dionysii, sanctique Thomæ sententia, asserente, non Hierarchias duntaxat & choros, verùm etiam personas Angelorum inter se differre, esseque inæquales in natura & gratiâ, vndè in eodem choro *dantur Angeli primi, medii & vltimi*: debemus nobis imaginari quâdam velut scalam ab infimo Angelo ad supremum vsq;, qui est sanctus Michaël, pertingentem, in quâ superior in perfectione semper excedat inferiorem, ita, vt, iuxta mentem S. Bernardi, decuplo sit perfectior; adeoq; ascendendo, secundus decuplo sit perfectior primo, & tertius secundo, & quartus tertio, & sic consequenter ascendendo ad summitatem scalæ vsque, in qua est constitutus S. Michael, & si primo nonnisi decem assignare magnus gradus gratiæ, ascendendo ad secundum, hic habebit centum gradus gratiæ, & tertius milie, & quartus decemillia, & quintus centum millia, & sextus millia millium, & in aliis superioribus maior & maior deprehenderetur, imò ad supremum vsque erit numerus quasi innumerabilis graduum gratiæ, & tota hæc gratia adeò immensa inuenitur in supremo Angelo, qui est S. Michael, de qua cum ipso lætari & gaudere debeo, quod sit locupletatus à Deo in tanta donorum, tàm naturalium, quàm supernaturalium eminentia.

S. Dion. de cœl. Hier. c. 10.

S. Tho. q. 50. a. 4.

S. Bern. to. 1. serm. 60.

Secundò necesse est, subsequatur actus petitionis, deprecando humillimè S. Michaëlem, vt te tanquàm miserum & subditum admittere dignetur ad suam cohortem, quatenùs cum eo gloriam Dei enarrare, ac Dominum Deum in æternum laudare & deprædicare valeas.

Subsequenter deindè actus imitationis, quò studebis imitari ipsius zelum circa honorem Dei, animarumque salutem, expugnando strenuè Luciferum eiusque sequaces,

ces, quia bellum, quod in cœlo incepit inter [illegible] & S. Michaëlem, finem suum nondum obtinuit [illegible] Mundi finem vsque durabit. Quare eadem [illegible] tatoris tui arripies arma, semper, vt supra [illegible] spondendo Dœmoni tentatori: *Quis vt Deus* [illegible] tant diuitiarum cupidine? responde: *Quis vt* [illegible] Quis Deo ditissimo ditior, qui opulentioribus [illegible] opibusque splendidioribus me ditare poterit? [illegible] voluptatum itlecebris? responde: *Quis vt Deus* [illegible] Deo dulcissimo & ipsa dulcedine dulcior, qui [illegible] præsentia me consolari poterit? eodem modo [illegible] tentatori respondebis in cæteris tentationibus.

Plurimum quoque conducet & proderit, [illegible] interdum aspires ad S. Michaelem, variis [illegible] iaculatoriis, veluti essent sequentes:

In eius officio. *Princeps gloriosissime Michael Archangele, [illegible] nostri, hic & vbique precare pro nobis Filium Dei.*

Sancte Michael Archangele defende nos in pr[illegible] non pereamus in tremendo iudicio.

S. Sor. Arch. Hieros. de Angel. excell. To. 7. BB. PP. *Oter sanctissime, summeq; amande & [illegible] cta militia Princeps, & administer Michael, [illegible] Coriphæe, omni cultu omniq; laudis celebrationis [illegible]*

Te oro, & quantum possum, obtestor, vt [illegible] curriculo exituro lætus pacatus appareas me[illegible] to alarum tuarum velamine abscondas, & [illegible] ad domum Deo in voce exultationis & confes[illegible] festum celebrantium.

Et hæc de deuotione erga sanctissimos Ang[illegible] specie erga Angelos custodes nostros, ad [illegible] Regis Reginæque Angelorum Iesu & MARIÆ.

Deo laus, honor & gloria.

INDEX

Capitum & materiarum, quæ hac secunda parte Itineris Cælestis comprehenduntur.

Exercitium primum de Devotione erga sanctissimam Dei matrem. pag. 2
Cap. 1. Maria Virgo in se sanctissima. ibid.
cap. 2. Maria Virgo causa nostræ salutis 4
cap. 3. De modo exercendi devotionem erga sanctissimam Virginem. 6
Protestatio ad eandem. 8
cap. 4. De Mediis, pro acquirenda hac devotione. ibid.

Duodecim sanctissimæ Virginis exponuntur privilegia. 9
1. Prædestinatio. ibid.
2. Maternitas Dei. 11
3. Sanctitas. 13
4. Puritas. 15
5. Virginitas. 17
6. Mentum. 19
7. Scientia. 21
8. Dominium. 23
9. Mediatrix. 25
10. Mater misericordiæ. 26
11. Crux. 28
12. Gloria. 30

De tributis B. Virgini singulis diebus per
madam persolvendis. 31
Sequuntur quindecim privilegia ejusdem
simæ Virginis, singula per decem mo
plificata &declarata.

1. Prædestinatio Mariæ.
2. Maternitas Dei.
3. Puritas Mariæ.
4. Gratia Mariæ.
5. Virtutes Mariæ.
6. Meritum Mariæ.
7. Cognitio Mariæ.
8. Amor Mariæ.
9. Dominium Mariæ.
10. Pulchritudo Mariæ.
11. Nomen Mariæ.
12. Compassio Mariæ.
13. Eminentia Mariæ.
14. Gloria Mariæ in terra.
15. Gloria Mariæ in cœlo.

Principia quibus probantur & stabi
li & prærogativæ sanctissimæ Virgi

Admonitio ad Lectorem.

EX his principiis Benignus Lector
intelligere posset, quo sensu nonnu
prærogativæ Beatissimæ Virginis SS. P
tæ accipiendæ sint : nimirum, quod dicun
ter gratiæ, Causa nostræ salutis &c. ut

pè satisfiat quorundam scrupulis, & aliorum stolorum insulsis grunnitibus, placuit (quod & in hac prologi promisi me præstiturum) legitimam quarundam prærogativarum expositionem subjicere ex Nomenclatore seu Glossario R. P. Theophyli Raynaudi observat. 4. ubi circa horum titulorum intelligentiam discurrit in hunc modum.

Non paucos esse titulos ex iis quos ex Patribus in Nomenclatore retulimus, qui videantur proprii esse Deo aut Christo, lectori vel oscitanti perspicuum fuerit. Ejusmodi est, quod B. Virgo dicatur *Mater gratiæ, causa salutis, radix gloriæ.* An non hæc propria Deo, de quo David disertissimè pronunciavit, *gratiam & gloriam dabit Dominus?* Illi verò tituli videntur esse Christo proprii, *spes nostra, reconciliatio nostra, mediator noster.* Nam mediator, unus est Christus, teste Apostolo. Ipseque solus est propitiatio & reconciliatio nostra, ut idem Apostolus frequentissimè iterat. In eum igitur defigimus, juxta illud tantò antè à prophetis prænunciatum & de Christo expositum ab Apostolo, *qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt.* Quomodò igitur hæ veræ Characteristicæ Christi notæ, & incommunicabilia nomina, transferuntur ad Deiparam; nec hoc à rudibus, sed ab ipsis Patribus, quibus frequentissimas esse prædictas & similes B. Virginis appellationes, notum est ex Nomenclatore?

Ringuntur ad has voces Hæretici, [illegible]
triam meram hanc esse, & abjecto Chri[illegible]
recentem confingi, expostulant. Luther[illegible]
Monachos libenter mordere, hunc au[illegible]
nasticum Gnatonissimum perditissimum [illegible]
merendas mulieres. Vah scelus! Num [illegible]
bas filiabus Israel; & illæ aggaudentes io[illegible]
tur tibi? Melanchthon in locum Christ[illegible]
se Mariam, flebiliter deplorat. Calvinus
tissimè de more & malignissimè, non de
gio tantùm, quo Christus de solio dejicit
subsellium redigitur, sed etiam de atroci
Virginem injuria, per hos titulos irrogat
movet. *Atrocem enim* (inquit) *injuriam*
faciunt, quando ut mentitâ eam laudibus
Deo eripiunt, quod suum est. Ex scriptis
sectariorum, multos hujusmodi grun
ferunt Canisius l. 5. Marial. c. 11. & Jodoc
cius t. 1. Thesauri lib. 3. art. 5. *initio.* sed q
scrutamur; cũ spelæa & haræ iltiusmodi
missariorũ, nullis aliis frequentiùs reson
ribus, quã quos emen itus zelus in hanc
tendunt, impietatem & idolomaniam

Cæterùm Veneratio, quàm SS. P
titulis Deiparæ exhibent, tantum abest
tate & idololatria, quantum sectariis fa
Falsum quippè, imò falsissimum est, me
trum fuisse, Dei aut Christi juribus q
do derogare, eorum delatione titulo
falsum ac explodendum est, B. Virgine
trum sensu pro Dea haberi, aut supra
turæ gradum extolli, vel deformari me
dibus. Quin potius universus horror

modi titulis B. Virgini per Patres exhibitus, in Deum denique ac Christum refunditur: cum non nisi in ordine ad Deum & Christum exhibeatur. Sensus enim ferè est, B. Virginem impetrando à Deo, aut ratione producti Christi, atque adeò non nisi mediatè & per Christum, hoc aut illud posse, quod esset alioqui Deo aut Christo proprium, v. g. tituli illi *fons gratiæ, causa salutis, radix gratiæ*, sunt prærogativæ Deo propriæ, si formaliter, & immediatè ac independenter ab alio, accipiantur: & hoc modo non attribuuntur Virgini à nullo Patrum. Si tamen habeatur ratio impetrationis, qua B. Virgo exorat nobis gratiam, & salutem ac gloriam; aut si attendatur, quod per Christum, quem produxit, eadem cœlestia munera assequimur, rectè ius titulis insignitur; nimirum mediatè, atque causaliter remotè, quo pacto non sunt Deo propria. Similiter Christus jure peculiari & incommunicabili, dicitur propitiatio & reconciliatio nostra; nempe per seipsum, & in sanguine suo. Hi ipsi tituli aptantur aliquandò Virgini à Patribus, ad significandum eam mediare, ac per Christum, quem edidit, esse nostram cum Deo reconciliationem: quod est reverà fontem illius boni immediatum & proximum statuere Christum, eique totum decus, quo Virgo decoratur, adscribere; Virginem autem non nisi Christi radiis collucentem exhibere. Ex quo liquet, omnem erga Deum ac Christum injuriam evitare ab hoc negotio, de quo accuratiùs tractando titulum Christi Redemptoris. De nomine *mediatricis*, in quo hæretici magnam vim faciunt, minor reverà est difficultas, quàm de præcedentibus nominibus. Neque enim sensus est, B.

Virginem esse mediatricem nostram, po
do manum suam in ambobus, quod
Christus satisfaciendo Patri pro humano
nere, mediator in eo genere singularis
sed sensus est, Beatam Virginem esse m
tricem ad ipsummet mediatorem, preca
& sua merita allegando pro nobis. In
rem plura, tractando titulum Christi m
toris, ubi nihil Christi juribus decedere
tributo Virgini per aliquos Patres nomi
districte, liquidò monstratur, post C
libro quinto Marial, capite duodecimo &
zarium libr. de Concept. capite vigesimo
Quinimò ut rectè dixit S. Hildefonsus
de Assumptione Beatæ Virginis honor
ria; laus & gratiarum actio est redemp
Et de hoc nulli esse dubium, contestatur
sermonis de Assumpt. ad Paulum & Eust
t. 9. Hieron.

Apparebit longè iniquissimam esse
sectariorum de aliquibus Dei & Christi
nibus ad Beatissimam Virginem in sensu
riore accommodatis expostulationem,
nimadvertamus præiviisse nobis exemplo
tum sanctum, qui per scriptores Canon
illos dixit Deos ad quos sermo Dei fact
& Christi nomen, ad quoscunque Chri
mitatione vitam exigentes, distudit,
tavit hoc optimè Nazianzenus oratione
ma prima exornans S. Athanasium, ita
accommodatis, quæ de Christo dicta
Apostolo. Quid autem (inquit) vobis
nem describere attinet; quem Paulus

lens depinxit, cum Pontificem illum magnum, qui cœlos penetravit, deprædicat ? Hucenim usque progredi non dubitavit oratio, cùm scriptura eos, qui secundùm Christum vivunt, pro Christis agnoscat. Excusat, ut vides, Nazianzenus, suam illam [ut videri poterat,] audaciorem aptationem verborum Pauli de Christo, ad Athanasium; quod scriptura ipsa, voces Christo proprias nobiscum communicet absque scrupulo, per aliquam accommodationem, cum supremo & inabdicabili ad eas Christi jure cohærentem. Id si erga alios valere potest, multò sanè magis valere debet erga Deiparam, quæ propiùs Christum contingit, & ei quàm vicinissimè, carnis & morum necessitudine jungitur. Ob quam etiam causam, non deest, qui loca pleraque scripturæ de Christo apertè exarata in sensu primario, contendat ad Beatissimam Virginem pertinere in sensu secundario, intento à Spiritu sancto, ita ut non sit tantùm sensus accommodatitius ex arbitrio & applicatione voluntaria Ecclesiæ, hujusmodi loca de Christo prolata, Virgini aptantis in præcipuis celebritatibus ejusdem Virginis, ut quæ ex cap. 8. proverb. & ex cap. 24. Eccles. de æterna sapientia seu Christo dicta, B. Virgini tribuuntur in Festis Conceptionis & Nativitatis eadem, aliisque nonnullis. Ita Alc. z. in cap. 12. Apocal. v. 1. notat. 2. sed nobis ea sensus accommodatitii profligatio, & transformatio in literalem tametsi minùs præcipuum, necessaria non est: videturque everti exemplo applicationis verborum Christi de Magdalena, *optimam partem elegit sibi Maria*, ad Beatissimam Virginem.

Nemini

Nemini quippe persuadendum puto, ut si
qui prout accommodatitius, est optimus
autem verbis illis tali Christi orationi imp
subjectus est planè distortus, & extra sen
esse à Spiritu sancto intentum plusquam
commodationem.

Index Exercitii secundi.

De Devotione erga SS. Angelos Custo
stros pag.
Cap.1. De excellentiis & perfectionibus
rum, & qua ratione in iis sint imitan
Custodes nostri. 12
cap. 2. De aliis Angelorum perfectioni
imitationibus, sed admirabilibus 13
cap. 3. De custodia Angelorum circa hom
bi declaratur necessitas hujus custodiæ

cap. 4. De præsentia Angeli Custodis not
cap. 5 Exponuntur proprietates & cond
custodiæ Angelicæ. 15
cap. 6. De Devotione novem Choris Ang
exhibenda. 15
cap. 7. De Devotione septem Angelis
da.
cap. 8. De Devotione erga S. Archange
chaelem. 16

FINIS.

ITER COELI,

Sivè

Exercitia Spiritualia,

Quibus

Itur ad Cœlum.

PARS TERTIA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EXERCITIU[M] PRIMUM.

Pro oppugnandis evincendisque D[æmo]nis tentationibus.

CAPUT I.

De necessitate tentationum.

HÆc necessitas ex multiplici capi[te] rari ac probari potest: ex parte De[i] & Dæmonis. Primò ex parte De[i] namque lege sancitum est, ætera[m] voluntatis hæc determinatio, ut [...] *netur, nisi qui legitimè certaverit.*

S. Paul. 2 Tim. 2. idem suavis Divinæ providentiæ postulat dispo[...]

S. Tho. 1. p. q. 64. art. 4 ad bonum & perfectionem hominis, naturæ, ut p[...] ferioris, concurrat Angeli, natura superiores; [...] Angeli boni, aliter mali: illi concurrunt per se, [...] persuadendo bonum, & ad illud exhortando: [...] accidens & indirectè, incitando & alliciendo ad [...] quod ipsi homini bonæ, ac meritoriæ operati[...] bet occasionē, cùm ad superandas vitiorum ten[...] varios exercet virtutum actus, ut quando, ad ev[...] tentationem contra fidem, elicit actus fidei, ad [...] dam tentationem desperationis, exercet actum [...] destruendam tentationem odij in Deum, in vario[...] rumpit actus amoris Dei.

Insuper propter Divinam Bonitatem, necessaria est tentatio, ut per hanc probetur, utrùm super omnia, ut par est, à nobis ametur illa. *Tentat vos Dominus Deus vester, ut palàm fiat, utrùm diligatis eum, an non, in toto corde & in totâ animâ vestrâ.* Deut. c. 13.

Necessaria est propter Divinum amorem: etenim, tametsi Deus non amet tentationem, cùm sit mala & instinctiva ad peccatum; sed solùm permittat illam; amat tribuminis bonum nostrum, quod ex ea resultat. Unde Dæmon exhortando nos ad peccatum, peccat; at Deus, permittendo illud, peccat minimè. Denique necessaria est propter bellum movendum inter nos & Dæmones à Deo publicatum & intimatum subitò, ac illi, veluti rebelles, cœlo extrusi præcipites ruerunt ad tartara. S. Tho. 2. 2. q. 69.

Secundò tentatio ex parte quoque nostrâ necessaria est propter naturam nostram corruptam & semper inclinantem & incitantem ad malum, esto non adesset Dæmon tentator. Unde S. Bernardus hanc nostram deplorat miseriam, dicens: *Ipsi enim gestamus laqueum nostrum, ubique proprium circumferimus inimicum, carnem nostrâ, de peccato natam, in peccato nutritam, & multò amplius ipsa consuetudine vitiatam. Velimus, nolimus,* ait S. Augustinus, *habemus carnem, quæ concupiscit adversus spiritum, spiritus adversus carnem. Velimus, nolimus, titillant, blandiuntur, stimulant, infestant, surgere volunt* inordinati nostrarum passionum motus. S. Bern. ser. 5. in Quad. S. Aug. to. 10. de verbis Dom. serm. 43.

Tentatio quoque necessaria est, ut præservemur à peccatis, *Sicut caro* inquit Origenes, *si sale non aspergatur, corrumpitur: ita & anima, nisi tentationibus assiduis quodammodò saliatur, continuò resolvitur & relaxatur,* ut igitur à peccatorum præservetur corruptione, variis exerceatur tentationibus, necesse est. Orig. Hom. 27. sup. Nu.

Tertiò denique necessaria est tentatio ex parte Dæmonis propter internum odium, ac continuam invidiam in eos conceptam (*in cœlestibus, id est, pro cœlestibus*) propter regnum cœlorum. Et hic est scopus & finis belli: quidē non vult ullâ ratione, ut ad occupādas illas sedes, quibus ipse ob superbiā suā præceps corruit, ascēdamus. Reliquas rationes, quæ in confirmationē veritatis hujus dici possunt, prætermitto. Venio ad conclusionem: Ephes. c. 6. v. 12.

Non debemus peregrinari in fervore, quasi novi
Petr.1.4. *nobis contingat.* q.d. Non debemus peregrinor
admirari, quandò contingit nos incidere in va
tationes, neque ſtudium noſtrum ponendum
quærendis illarum effugiis (etenim cunctas
haud poſſumus, & nonnunquàm, dum conatu
tiones evadere minores, prolabimur in majores
potiùs, ſupponentes tentationum neceſſitatem,
nullus prorsùs, quantumvis ſanctus, libe
omni cum diligentiâ ſtudeamus adinvenire
vincendi & ſuperandi illas. Tentari malum
ſic tamen vinci & ſuperari à tentatione. Qua
oratione Dominica Chriſtus D. N. nondocuit
re: *Ne nos permittas tentari*; benè quidem:
ducas in tentationem: quod eſt idem dicere:
mittas ſuperari à tentatione. Nam, ut benè
S. Anſel. in mus, *Angelicum eſt, non ſentire tentationem*;
1.Cor.10. *rari à tentatione, Dæmoniacum; at ſentire*
tentationem, Humanum eſt.

Et hoc idem erat, quod volebat Apoſtolus
Rom.6. dicebat: *Non regnet peccatum in vobis.* Q
vellet, juxta doctrinam S. Auguſtini: *Patiatur*
peccatum; ſed non regnet. Tentet vos inſtru
at non vincat tentatio; adſit inſitque vobis
geſtione; ſed non pareatis ei veſtro conſenſu.

CAP. II.

De Utilitate tentationum.

IN tentatione, quâ Dæmon nos infeſtat, d
derari poſſunt: Inſtigatio ad peccatum, &
ſeu tribulatio, quam in eâ & per eam experim
mus: & utraque confert nobis utilitatem
mentum. Prima *occaſionaliter*, ut enim
camus, præbet nobis occaſionem exercendi
& virtuoſos tentationi contrarios. Secunda

actus namque in se bonus est, meritorius, satisfactorius, impetratorius, quotiescunque tentationem cum patientiâ sufferimus.

Et ut descendamus ad particularia: emolumenta ex tentationibus nobis obtingentia non parvo comprehenduntur numero; sed ad quinque reduci possunt capita. Primò ad augmentum gratiæ tàm habitualis quàm actualis. Secundò ad augmentum virtutum, humilitatis præsertim & patientiæ. Tertiò ad acquisitionem novi gradus Gloriæ. Quartò ad luctum iteratæ victoriæ & novi triumphi. Et denique ad meritum unius coronæ duarum & longi martyrij.

Pro declaratione primi tentationis fructus, ait S. Bonaventura, quod, sicut vitrum obscurum, ut majoris sit capax luminis, politur, nitidatur & purgatur: *ita per tentationem purgatur anima, ut majoru gratia & gloria capax fiat.* Et ratio est, quia primâ exceptâ gratiâ quæ dicitur prævenies & excitans, reliquas omnes nobis haud largitur Deus, nisi mediante nostrâ cooperatione. Quando igitur tentaris, cogita illud esse tempus gratiæ, ac Dominum Deum omninò velle, ut tu cooperando Divinæ ipsius gratiæ ad resistendum tentationibus tibi concessæ, majoris acquiras augmentum gratiæ. *S. Bon. to. 3. proc. relig. proc. 4. c. 1*

Hoc advertenda, pariterque laudanda est summa Altissimi Providentia, quod Deus ter Opt. Max. utatur Dæmone, spiritu iniquitatis, tanquam instrumento gratiæ, ejusque operationes ita ordinet, ut tamen assingat intentum suum finem sanctificationis animarum. Unde certo quodam modo dici potest, bonum non duntaxat Angelum, verum etiam malum esse cuidem & promotorem boni spiritualis animæ nostræ. Meritò igitur nobis consulit, nosque exhortatur Apostolus Jacobus, ut tentationis tempore gaudeamus & exultemus: *Omne gaudium existimate, fratres, cum in varias tentationes incideritis.* Etenim magnus est fructus spiritualis, qui mediâ tentatione acquiritur. *Epist. 1. 2.*

Secundus fructus tentationis est consecutio & augmentum virtutum. Eodem namque tempore, quo Dæmon te tentat, & pellicit ad vitium, Deus & Angelus

bonus te exhortantur ad virtutes: & quemad[illegible]
finis Dæmonis est, ut malæ suggestionis admi[illegible]
cedas ad consensum, teque exerceas in diversis [illegible]
actibus; ita vice versâ finis Dei est, ut corre[illegible]
sanctæ ejus inspirationi, variosq; exerceas vir[illegible]
vitio, quod tibi suggessit Dæmon, contrarios. [illegible]
advertunt etiam S.S. Doctores, quando fort[illegible]
infestaris tentatione alicujus vitij, persuasum [illegible]
nò habeas, Deum velle, ut acquiras habitum [illegible]
contrariæ. Tentat te Dæmon in fide? signum [illegible]
velle, ut profectum facias, teque perficias in ha[illegible]
Tentat te desperatione? occasione illa sollicit[illegible]
ut augmentum facias in virtute spei. Tent[illegible]
contra charitatem Dei aut proximi infestaris [illegible]
Deus, ut acquiras præfatæ charitatis perfectio[illegible]

Propterea tempus tentationis meritò dici[illegible]
belli, tempus pugnæ, tempus concertandi cum [illegible]
Nam sicuti Dæmon omni conatu nos sauciar[illegible]
vitij motibus: ita nos è contrario omni cura & [illegible]
eundem virtutum actibus ferire studeamus. [illegible]
quotiescunque te vitiis impetit Dæmon, [illegible]
eundem oppugnare, teque defendere debes. [illegible]
peccatum sunt arma offensiva Dæmonis: [illegible]
tia sint arma tua non tantùm defensiva, sed [illegible]
siva contra eundem Dæmonem. Qualis is [illegible]
miles esset exigui adeò sensus & cerebri, qui [illegible]
lo, quo eum hostis invadit & aggreditur, arma [illegible]
solutisq; manibus se sineret sauciari & occidi? [illegible]
illius Christiani erit dementia, qui ab infernali [illegible]
inimico ferocibus mortis ictibus quibus vitam [illegible]
eripiat, omnem effugij spem perdit, virtutum [illegible]
cendarum abiicit arma? Ab Apostolo igitur [illegible]
consilium, ut semper inveniamur muniti armis [illegible]
sunt habitus virtutum. *Induite vos armaturam [illegible]*
virtutes, iisque tempore tentationis pugnem[illegible]
Dæmonem. *Vt possitis resistere (scilicet Diabolo [illegible]*
malo, id est, in tempore tentationis.

Epist. 6. Carthus.

Tertius fructus gloriæ conjunctus & unitus [illegible]
fructui gratiæ, & cum eâdē proportione merito [illegible]
in tentationib. obtentæ succedit Beatitudinis [illegible]

Quartus fructus tentationis est victoria & triumphus. *Tentationē timere non debemus*, ait S. Ambrosius, *est enim causa victoriæ, & materia triumphorum.* *S. Ambros. sup luc. ap. D. Bon. tit. 1. Phar. lib. 2. c. 1.*

Præsens vita vocatur Ecclesia Militantium, futura dicitur Ecclesia Triumphantium: hic enim præliamur, pugnamus & vincimus; ibi gaudemus triumpho victoriarum obtentarum. Quod si in vitæ hujus termino Triumphantium in cœlo desideres asscribi numero, procura in vita annumerari Militantibus, constantibus & fortibus, qui vincendo pugnant & decertant. Titulus hic *Miles gloriosus* nulli de jure competit aut attribuendus est in hac vita: meritò tamen attribuetur tibi in altera, quando cœleste subintrans Capitolium recipies coronas, triumphos, laudum encomia, & applausus tuarum victoriarum, quas de inimicis tuis in terris reportasti, *Exercete bellum sperate triumphum.* Jam tempus adest fortiter constanterque dimicandi: aderit quoque tempus, quo summa gaudebis pace & quiete, frueris triumpho: *Audi voces triumphantium: Ubi est mors contentio tua? ubi est mors aculeus tuus? percussisti, vulnerasti, dejecisti; sed vulneratus est pro me, qui fecit me.* q. d. voces audi triumphantium, à morte, quam inimici eorum per tentationes eliminati fuerant, jam ereptorum: Ubi est, O mors, solitudo tua & audacia? ubi sunt armaturæ tuæ? verum est, quod nos percusseris sauciarisque etiam ad mortem usque corporalem; at mediante ista nunc vivimus vita spirituali, æterna & beata in cœlo, idque ea de causa: priusquàm enim nos tradidisti morti, mortem intulisti nostro Redemptori & Salvatori, in cujus meritis triumphamus de te in vera vita. *S. Aug. tom. 10. serm. 43. de verb. Dom.*

In portis cœlestis Paradisi, inquit Spiritus Sanctus, immortalitatis penicillo, vivisque laudum ac encomiorum coloribus depictæ erunt Sanctorum victoriæ. *Laudent eam in portis opera ejus.* Laudabunt animam factam in portis Paradisi egregia facta, victoriæque in præsenti vita ab eadem anima reportatæ ad perpetuam memoriam in eisdem portis descriptæ erunt. *Prover. 31*

Et hæc est veræ laudis materia: meritum p[illegible] virtutis, memoria victoriarum de propriis host[illegible] tentarum. *Et tunc laus erit unicuique à Deo* [illegible] nostra non erit in ore hominum, qui non cog[illegible] vera laudis merita; sed in ore Dei eadem [illegible] cognoscentis. Sanè verum hoc erit gaudium & [illegible] rum exultatio, quandò à Deo, sanctissimâque [illegible] insuper & ab omnibus Angelis & justis, toties [illegible] tribulati & tentati strenuè præliantes hostem [illegible] rarint, pleno, ut ajunt, ore se deprædicari perc[illegible] post laudum præconia concludent omnes [illegible] *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est* [illegible] *& ascensorem projecit in mare*, Dæmonem, [illegible] & mortem.

Cor. c. 14.

Exod. 15.

Hic est fructus victoriarum de superatis [illegible] bus reportatarum: triumphus cœlestis curiæ, [illegible] Sanctorum encomium, creaturarumque omn[illegible] matio & applausus.

Pro exercitio igitur: quotiescunque à qua[illegible] tione te molestari aut affligi experieris, con[illegible] ratione Angelus custos tuus tibi adsit & assist[illegible] tando & exspectando bonum exitum pugnæ [illegible] tationis victoriâ, ut eam subitò æternis cœl[illegible] inscribat, describatque tanquam trophæum [illegible] cœlestis Paradisi ad perpetuam ejus memoriam [illegible] ties vinces, toties in cœlo novæ erigentur [illegible] dem tuam; at si victus fueris, tui pariter cas[illegible] describentur in tartareis Inferni portis ad perp[illegible] confusionem & ruborem.

Quintus & ultimus tentationis fructus est [illegible] culti cujusdam & longi Martyrij. Qui op[illegible] tentationis causâ, ait D. Augustinus, [illegible] *pertulerit tribulationes; omnia ei Dominus* [illegible] *gloriam reputabit. Et non unam coronam* [illegible] *plures coronas Deo remunerante recipiet.* Unde [illegible] ut solâ patientiâ *& sine sanguinis pretio* [illegible] *tyrium.*

Aug. To. 1. Dom. 19. post Trin. Ser. 2. & Serm. 25. de temp. eodē Tom. To. 4. q 63. de novo Test.

Hic loquendi modus D. Augustini fund[illegible] ne: etenim sicut in Martyrio sanguinis est gl[illegible] ranni oppugnantis fidem, & constantia Martyr[illegible]

defendentis: ita in Martyrio sine sanguine adest tentatio Dæmonis oppugnantis claritatem, & patientia Servi Dei eam conservantis, dùm fortiter constanterque resistit, & non consentit inimico.

Considera ergò, O Christiane, quod, quotiescunque strenuè generosèque resistis tentationibus, etsi non sis Martyr fidei, Martyr tamen evadis charitatis. Et quemadmodum in præsentiâ Tyranni constitutus summâ te verecundiâ, vituperio & infamiâ dignum judicares, si vacillare inciperes, desponderes animum, gradum & gressum revocares: pari ratione considera, non exiguam te incursuum ignominiæ notam quotescunque ad singulare certamen provocatus à Dæmone pusillanimem aut vecordem te exhibuetis, nec non de Divino diffideris auxilio cedendo nec resistendo hostis viribus & assultui.

Quæ hucusque dicta sunt in præsenti capite confirmatis exemplum cujusdam optimi Religiosi: qui nonnullis molestissimis sensualitatis tentationibus acriter tribulatus Superiori suo (qui ipsum eam ob eversam valdè afflictum conspexerat) sibi dicenti: *Dic mihi, ô fili, deprecor Deum, ut auferat à te istam impugnationem*, generosè respondit: nihil curo, Pater, quia *etsi laborem sustineo, sentio tamen fructum in me proficere bonum.* Siquidem harum occasione tentationum eò majorem do operam jejuniis, vigiliis & orationibus: Quapropter ne depreceris Deum, te rogo, ut à me hanc tollat tentationem; benè quidem, ut mihi ad eandem evincendam superandamque elargiatur vires. *Ex lib. 88. PP. § 7.*

CAP. III.

De Mediis pro superandis Dæmonis tentationibus, ac primò de sancta Fide.

NUlla in toto terrarum orbe scientia magis necessaria, nec ars reperitur utilior ea, quæ docuit benè dimicare cum communi nostro Adversario ejusque tentationes evincere. Quapropter videamus modò de quibusdam mediis ad hunc finem ducentibus.

Ac primum quidem locum inter hujusmodi obtinebit sancta Fides, armatura, utpote potens & defensiva & offensiva contra inimicos nostros. 1. Pet. 5. postolo Petro nobis proposita: *Cui resistite* 1. Ioan. 5. *Fide*, nec non à S. Apostolo Joanne: *Hæc est* *quæ vincit mundum Fides nostra.*

Gers. Tō. 3. trac. 8. sup. Mag. 49. Quocirca, ut benè notat Gerson, in hunc omni cum diligentia collimat Angelus Custos *Ut oculum fidei, quo videmus ultimum nostrum Deum, apertum teneamus.* Quemadmodum contrario, subjungit idem, Dæmon omni conatu ut oculum fidei teneamus occlusum, & oculum apertum.

S. Aug. serm. 36. de verb. Dom. S. Augustinus supra verba illa Luc. 22. *orate ne intretis in tentationem*, ait: Quid est tationem intrare, nisi à Fide exire? non quo habitu; sed ab exercitio & usu Fidei, cum oculum Fidei non tenemus apertum; sed Unde subdit idem S. Doctor dicens, augmentum tionis Fideique defectum pari ambulare gradu eadem proportione, ut quantùm accrescit una, deficiat & decrescat altera: *In tantum tentatio in quantum Fides deficit: & in tantum Fides deficit quantum tentatio proficit.*

Ratio hujus est, quia per Fidem Deum con præsentem, sanctissimam Virginem, cunctos

coeli Angelos: Paradisum apertum, ad quem sancta inspiratione media nos invitat Angelus custos noster: Infernum apertum, in quem nos pertrahere satagit Dæmon diabolica sua tentatione.

Considerat insuper Fides, qua ratione in Deo comprehendatur totum bonum (& cum infinito excessu) & quo pariter Dæmon nos allectare possit. In Deo est omne bonum, omnis voluptas & delectatio, omne gaudium: continet enim infinitum bonum, infinitam voluptatem, & infinitum gaudium: *& nemo dat fontem pro parte.* Unde Fides, ut inquit D. Augustinus, respondet Dæmoni tentatori: *Dulcis est delectatio; sed dulcior est Deus: malus est dolor temporalis: sed pejor est ignis æternus. Habes, quod ames pro Mundi dulcedine: habes, quod timeas pro inferni terroribus.* *S. Aug. serm. de uno Mart.*

Concludit deinde Augustinus. Quando tentaris: *Non sit ante oculos tuos peccati delectatio, sed damnatio.* Nolumentis cogitatu hærere in apparenti delectatione tentationis; sed venenum, quod ei subest, culpæ, damnationisque æternæ penetra, & perscrutare.

Eccum hujusmodi responso quascunque tentationes à se repellere, vincere, seque tueri potest anima. Siquidem juxta doctrinam S. Augustini duæ dantur omnium peccatorum scaturigines: *Aut est voluptas alliciens, aut dolor impellens.* Aut Dæmon proponit tibi objectum tibi objectum aliquod delectabile, quo te inducat ad malum; aut objectum quoddam horrendum & terribile, quo te retardet, vel prorsùs retrahat à bono. Utrique propositiones plenè planèque satisfacit præfata S. Augustini responsio. Verum, ut coronidem imponam huic Fidei medio, advertendum, & est res magni momenti ac emolumenti in vita spirituali; quod, sicuti necessarium est exercitiũ Fidei: ita viva sit Fides virtutesq; Spei & charitatis habeat comites, necesse est: ut non credamus duntaxat in Deum, summam Veritatem, verùm speremus quoque in Deum, summam Potentiam, nec non amemus Deum, summam Bonitatem: minimè tamen necessaria est Fidei experientia & experimentum. Etenim satis erit, ut eliciatur actus Fidei in substantia virtutis cum sua obscuritate, absque aliis signis & effectibus sequentibus.

Ita

S. Bern. serm. 5. in Quad.

Ita consulit S. Bernardus : *Iudicium Fidei* ... ille, *sequere, non experimentum tuum.* ... *Fides quidem verax, experimentum fallax:* ... dere in via Dei juxta lumen & judicium Fidei, ... ductus judicio, sensu & experimento : illud ... certum & stabile, hoc fallax & mutabile. ... gratia. Tale est judicium & doctrina Fidei : ... summum Bonum, & ultimus Finis : & ... Bonum supra omnia amari debet : ad Deum ... ad ultimum finem omnia nostra ordinanda & ... da sunt. Et secundùm hanc regulam, sive ... sit affectus noster & judicium, nos gerere ac ... re debemus

S. Bon. to. 2. de proc. Relig. proce. 4. c. 1.

Hic est finis, subjungit S. Bonaventura, ... nonnunquàm subtrahat consolationem suam ... deserat in statu tenebrarum & desolationis ... *discamus potiùs inniti veritati Fidei &* ... *quàm propriæ experientiæ*, & devotioni ... cui.

Muleùm inseruit proposito, altamque ... tinet doctrinam, quod scripsit cuidam ... Religionis suæ alumno Beatus ille in vita ... apprimè illuminatus, & ex humilitate sua ... Giacopone, in hunc modum discurrens : ... *reputavi & reputo scire de Deo*, Divinisque ... tionibus, *abundare, quia*, eò ipso, quo ... se cognoscit indignam, *exercetur ibi Hu...* *Reverentiâ ; sed majus reputavi & reputo ...* *nare & penuriam pati, quia exercetur ibi ...* *testimoniis, Spes sine exspectatione præmij, ...* *sine signis benevolentiæ. Et fundamenta ...* *tibus sanctis.* Hæc, nimirum, illustrium ... fundamenta sunt, per quæ ascenderunt ... montem sanctum perfectionis ... & cœli.

Apud S. Bern. to. 3. serm. 9. n. 3.

CAP. IV.

De alio Medio Humilitatis.

POtentissimus clypeus, quo adversus inimicos nostros generosè decertemus, eorumque tentationes explodamus ac superemus, est virtus Humilitatis. Quapropter à Climaco vocatur *Turris fortitudinis à facie inimici*, qua illæsi & liberi evadimus ab hostium nostrorum jaculis. *Climacus grad.30. Psal.88.*

Verùm, ut virtus Humilitatis hunc causet effectum, nonnullas requirit conditiones. Prima est, ne sit vilis & pusillanimis; sed alta & magnanima. Humilis totus de seipso diffidere; at totus pariter in Deo confidere debet: & subintrando in potentias Domini, de illius constantia & fortitudine participet, oportet, quà non solùm tentationi resistat, & non peccet; sed etiam certo quodam modo evadat insuperabilis & impeccabilis. Ita affirmat S. Apostolus Joannes his verbis: *Qui natus est ex Deo, non peccat, nec peccare potest*, q. d. Qui tanquàm filius Dei confidit in potentia Dei, in quantum munitus hoc spiritu, qui est spiritus Dei, operatur, nec peccat, nec peccare potest. *S. Ioan. epist.1.c.3.*

Eandem hanc magnanimitatem cum charitate & fiducia in Deum consulit Spiritus Sanctus: *Conjungere Deo, & sustine*, legunt alij: *Conglutinare Deo per gluten Charitatis & Amoris.* Quando tentaris, à te ipso per Humilitatem te separes, sed Deo indissolubili charitatis nexu te unias, necesse est. Hoc miraculo ligatus Paulus dicebat, nullam in Mundo tentationem repertam fuisse, quæ ipsum à charitate CHRISTI separare voluisset. *Quis me separabit à Charitate CHRISTI?* tribulatio, an angustia, &c. *Eccles.c.2. Rom.c.8.*

Neces-

Necessaria quoque est Humilitas magnanim[illegible] spiciendum & vilipendendum Dæmonem, qui à [illegible] gorio super illa verba Job: *Tigris* (vel ut ali[illegible] *Myrmicoleon*) *periit, eò quod non habeat prædam* [illegible] *Formicoleon, id est Leo & Formica simul.* [illegible] *consentientes fortis est, ut leo, & contra resistentes* [illegible] *ut Formica.* Hoc ipso, quod à Christo medi[illegible] morte victus succubuit. *Triumphans illos* [illegible] In quem etiam finem permisit se tentari à [illegible] veluti notat Chrysologus: *Vt à Christo* [illegible] *Christianis.* Et S. Hieronymus: *Vt suis discipulis* [illegible] *conculcandum.* Et adjungit Apostolus: *Vt* [illegible] *thanam sub pedibus vestris velociter.*

Iob. 4.

Colos. 2.

S. Chrysol. serm. 21.

S. Hieron. in ep. 8. Ap. Rom. c. 8.

Hæc igitur sit prima conditio Humilitatis, [illegible] nimitas. Sancta [illegible] combinatio, Humilitas [illegible] nima, Magnanimitas humilis: quod idem [illegible] Humilitas & Charitas seu Amor in Deum. [illegible] *biga*, ait Climacus, *Charitas & Humilitas.* [illegible] *hæc exaltatos, ne unquàm decidant, tenet.* Sancta [illegible] id est currus duarum rotarum, Charitas & [illegible] litas.

Grad. 30.

Secunda conditio Humilitatis est, ut sit [illegible] in passionibus: etenim per hoc, quod ita sit [illegible] è manibus Adversarij surripiuntur arma. [illegible] *metipsis tanquàm armis in nostram perniciem* [illegible] tur Dæmon passionibus nostris tanquàm [illegible] ad nos tentandos.

Naz. Orat. 1.

Tertia conditio est, ut sit grata in recepti[illegible] ficiorum. Siquidem vera Humilitas, [illegible] Sancti D. D. non est cœca, sed illuminata [illegible] gnoscendis donis, quæ à Deo recipit, ut Divi[illegible] stati gratias agat, eique gratam se exhibeat. [illegible] mum quidem est beneficium in præsenti [illegible] quoties enim victor evadis in aliqua tentatio[illegible] ties tibi à Deo datur gratia efficax, è qua [illegible] victoria.

Quarta est, mentis consideratione in Deum [illegible] sit, oportet. Ut in luce Divina discooperiantur [illegible] inimicorum artes & insidiæ.

Quinta & ultima conditio est, ut sit depressa in propria cognitione, quatenus gloriam victoriæ & triumphi de inimicis infernalibus reportati totam asseribat Deo, nequidem minimam partem illius sibi attribuens.

Et hæc est perfecta Humilitas, quæ non tantùm impugnat, verum etiam expugnat inimicum & in omni concertatione vincit & triumphat. Humilitas, inquam, quæ est ardens in charitate, mortificata in passionibus, grata ob accepta beneficia, sublevata in Divina contemplatione, depressa in propria cognitione.

Arma hæc perfectæ Humilitatis (vel, ut meliùs dicam hoc armamentarium quinque armorum, quæ sunt præfatæ virtutes) in eminentissimo gradu habuit Sanctissima Virgo, quorum causa non fortis duntaxat contra quasuis exterioscas inimici tentationes; verùm etiã verè ac propriè impeccabilis evasit, uti alibi dictum est.

Fuit in Virgine, quemadmodùm docet S. Bernardin⁹: *Primò ardor Charitas. Secundò, mortificatio sensualitatis. Tertiò sensus maternitatis. Quartò objectum Divinitatis. Quintò aspectus nihilitatis.* Semper enim Deo unita erat per amorem, semper pars inferior perfectè subordinata erat superiori. Continuò insuper propriam Maternitatis dignitatem præ oculis consideratissimè habebat, summèque appretiabatur, ac proindè ob eadem Deo gratias referebat, indignam ea se agnoscens, non aliter, ac *quando* (ut inquit idem S. Doctor) *pauperculam vilem potens Rex eligeret in conjugem, vel in Matrem.* Denique, Virgo *habuit objectum Divinitatis, & aspectum nihilitatis: quia continuè habebat actualem relationem ad Divinam Majestatem, & ad propriam nihilitatem.* Hisce igitur perfectæ Humilitatis armis, ad imitationem Virginis, vincemus semper, ac de inimicis nostris triumphabimus.

S. Bern. to. 2. serm. 51. c. 2.

CAP.

CAP. V.

De Tertio Medio, quod est Oratio.

NOn est dubium, medium potentissimum [illegible] cissimum, quo contra feroces hostium [illegible] assultus & tentationes nos defendamus, [illegible] nem. Unde, juxta D. Augustinum, ad [illegible] ctum haud sufficiunt virtutes Fidei, Spei, [illegible] tatis, nisi roborentur ac conserventur ab [illegible] *Per hanc* (ait S. Augustinus) *quidquid Fi[illegible] Spes cumulat, Charitas decorat, continua [illegible] servatur.*

S. Aug. ser. de orat. & Iejun. tom. 10.

Quamobrem Salvator noster hoc [illegible] discipulis suis: *Orate, ne intretis in tentationem* [illegible] Divino oraculo insistens summus Pontifex [illegible] docebat fideles verum modum pugnandi, [illegible] prælio tàm materiali, quàm spirituali [illegible] *Ferro hostis impugnetur, & cœlum precibus* [illegible] q.d. Vis impugnare adversarium tuum? [illegible] expugna Deum tuum.

Matth. 26.

Non sine mysterio, ut notat S. Augustinus, [illegible] jungit Spiritus Sanctus bibere Calicem Pa[illegible] oratione & invocatione Nominis Dei (*Cali[illegible] taris accipiam, & Nomen Domini invocabo*) [illegible] namque sine altero obtineri nequit: si non [illegible] ficere, Divinum invoca auxilium. *Qui ergò [illegible] Dominum non invocaverunt, de suâ fortitu[illegible] sumpserunt.*

S. Aug. in Psal. 102.

Hinc Oratio à Sanctis appellatur *Muni[illegible] subsidium peccatoris, Flagellum Dæmonis, [illegible] tatione, Consummatio Martyrij.* Gravissi[illegible] tiones erant, quas sustinuerunt Sancti Mar[illegible] *per orationem*, inquit Augustinus, *beatæ [illegible] consummarunt.*

S. Bona. in specul. disc. c. 6. tom. 2. S. Aug. tō. 10. serm. de Orat. & Iejun.

Pro veritatis hujus declaratione plurimæ adduci possunt rationes; sed duæ solæ sufficient. Prima Theologica, quam hic allego solum, & est hæc: quia non superad superandas tentationes habemus gratiam Dei, non efficacem duntaxat, sed nec sufficientem. Habemus autem semper gratiam, quâ possimus orare ad impetrandam gratiam necessariam, quâ valeamus resistere & non succumbere tentationibus: juxta doctrinam S. Augustini, quem sequitur Cardinalis Bellarminus; asserentis, quod Deus impossibilia non jubet; *sed jubendo vel dat, ut possis, & monet, ut petas, ut possis.* Ex quo sequitur, Orationem non tantùm utilem esse in tentationibus; verùm etiam plerumque necessariam; nam absque eâ non habes vires, quibus tentationi resistere valeas, veluti dictum est. *Bellar. lib. de nat. & Grat.*

Secunda ratio est S. Chrysostomi: quia Oratio alas dat animæ, *ut quodam volatu in cœlum feratur.* Quo usque Dæmon attingere, seseque sublevare nequit, cum non sint pedes, nec alæ; sed *per terram trahitur, terrenæ formam gerens.* Et secundùm S. Augustinum, si pertransit ad cælum, non in eo persistit; sed subintrat in illum, & intra Divinitatem, quæ est vultus & facies Dei, & se abscondit, juxta dictum Propheræ: *Abscondes eos in abscondito vultus tui.* *S. Chrysost. Hom. 8. in epis. ad Rõ.* *S. Aug. in Psal. 30.*

Et hæc est causa, cur Job in tot tantisque tentationibus Dæmonis semper reportarit victoriam, ac tanquam insensibilis steterit: quia *erat in abscondito vultus Dei.* Absconditus erat in vultu Dei, intra Divinitatem Dei.

O altissimum refugij locum, *ad quem malum non accedit!* O fœlicissimum Divinitatis habitaculum! beatus, qui in illo commoratur, in illo habitat, in illo latet! *Psal. 90.*

Divinitas reddit Deum incapacem passionis etiam ab æterno, unde asserit Seneca: *Divinitas ponit Deum extra ictum.* Simili quodam modo insuperabilem quasi tentationibus illum efficit, qui habitat in Divinitate, & conditionem illius participans. *Seneca.*

Ulteriùs, Divinitas reddit Deum immobilem à bonis futuris: Cum enim in se comprehendat *omnem plenitudinem*

dinem Bonitatis, ideò extra se nullum proni… bonum, à quo moveri possit. Ad eundem mod… ma, quia in Divinitate Dei sui omne posse… haud timet se morum iri à Dæmone propos… rius boni creati.

Denique, Divinitas ipsi Deo summa quæ… finita lux est, in qua omnia, ut in se sunt, conspi… ullâ deceptione & errore. Ita, qui habitat… de eodem participat lumine, & res, ut in se… gnoscit, nec decipi potest à fallacibus Dæmo… rentiis.

Ex hucusque dictis sequitur conclusio quæ… necessaria, quod, sicut duæ reperiuntur in… humana, videlicet & Divina: ita quoque… habitationes, humana una, quæ est in nob… dùm proprium consideramus & amamus… altera Divina in Deo, cùm cogitamus & di… vinas perfectiones Divinæ pulchritudinis & … Et quemadmodum habitantes in nobis… pervincimur, & vincemur à Dæmone; … do in Deo semper victores erimus, & … bimus.

Inej⁹ vita. In cujus veritatis notitiam etiam devenere… unde Plato dicere solebat. *Vt mala vitemus… nus est Mundus, ad æterna confugiendum.*

Psal. 30. Quapropter semper Divinam exorabis M… *Esto mihi in Deum protectorem, & in Domu…* O Deus meus, Protector meus, nec volo, … aliam refugii domum præter te: ad te tem… te me abscondo: Anima mea generosæ indo… læ desiderat *ponere in Sublimi* Divinitatis tua… *suum.* Vel, *Misericordias Domini in æter… tabo*, propter victorias mihi concessas contra… meos.

Verùm, ut magis descendamus ad praxin, … primùm advertis quandàm inimici tentationem … mentem ad Deum, sublevando te sinâ… tionis alâ propriæ, videlicet, miseriæ, … cordiæ Redemptoris, veluti docet S. Bernar… Adhæc notat S. Augustinus hoc remedium …

S Bon spec. disc. c. 6. to. 2.

sine morâ capiendum esse : quod si enim negligentiâ correptus eodem usus fueris, fortè tentatio prævalebit, nec eam superabis, aut sanè magnâ cum difficultate. Quod idipsum declarat exemplo carbonum ab igne accensorum, qui, si manu apprehensi, sine mora statim abiiciantur, nullum infetunt nocumentum aut damnum ; ast si quopiam temporis intervallo retineantur, tametsi posteà proiiciantur, non remanebit tamen manus inoffensa & sine læsione. *Quomodo enim, quando aliquis carbones ignis apprehendit, si eos citò proiecerit, nihil nocebit. Si verò diutius tenere voluerit, sine damnum vitare non poterit.*

CAP. VI.

De Quarto Medio, quod est Devotio erga Sanctissimum Sacramentum.

Inter alios quamplurimos & varios effectus, quos profert & causat Sanctissimum Sacramentum in animo dignè illud recipientis, numeratur quoque virtus & fortitudo, quam nobis communicat in tentationibus contra inimicos nostros. Hanc ob causam Sacrosancta Eucharistia dicitur à S. Bonaventura : *Armatio contra Diabolum*, à S. Thoma : *Fuga Dæmonum*, à S. Hieronymo : *Cibus fortium*. Et enim nos fortificat, ac nefariis instruit armis contra nostros inimicos, simulq; absorbet & fugat omnes. S. Bonav. de prep. ad Miss. c. 5. S. Tho. op. 58. c. 21. S. Hier. in Ps. 22.

Ratio, quæ etiam adducitur à S. Thoma, cur, nempè, venerabile Sacramentum hunc causet effectum, est, quia conveniens & congruum est, ut, sicut principium mortis incepit à cibo mortis, qui fuit pomum vetitum ; ita principium vitæ ducat originem suam à cibo vitæ corporis Christi in sanctissimo Sacramento ; *Sicut initium mortis cœpit à cibo vetito ; ita principium vitæ à cibo vitæ Corporis Dominici.* S. Th. opus. 58. c. 6.

Per cibum, qui fuit pomum scientiæ boni & mali, vicit Dæmon: & per alium cibum, in quo continentur *omnes thesauri Sapientiæ & Scientiæ Dei*, vincitur & ratur. Et si ille nobis datus fuit per Evam, ... ministratur nobis per Mariam. Per illius ... inflicta fuit mors: per hujus pariter esum ... Fide communicatur nobis Vita. In illo ... mon triumphavit de homine: in hoc homo ... de Dæmone. O cibum infinitæ potentiæ, ... victoriis ac triumphis celebrem! Verè tu es ... *Domini*, quo instructi resistimus, vincimus, ... phum ducimus de inimicis nostris.

Aſt videamus, quâ ratione hic panis cœlestis ... anima effectum tantæ fortitudinis & virtutis ... modis nos corroborat, ac fortificat: debilitando ... vando vires inimici, fortificando nostras, & ... nobis in eodem conflictu.

Quantùm ad primum modum, omninò ... nec dubium, quin, ut supra diximus, sobrietatem ... rum passionum malè mortificatarum Dæmon ... pugnet & expugnet. Unde contingit, quod ... pane mortificante ac debilitante passiones ... bilitet quoque & enervet vires Dæmonis, ... ut communi fertur adagio, arma ei in manu ...

S Bon. to. 2. de præp. ad Miss. c 5. Quamobrem à S Bonaventura appellatur ... cœlestis panis *Fomitis mitigatio*, quia mitigatur ... ratur nostræ sensualitatis fomitem, & directè ... diatè, temperando superfluum calorem, ... spiritus, refrenando imaginativam: & ... ac mediatè, augendo virtutes contrarias, ... temperativas, tollendo occasiones mali, ... boni promovendo. Hic est primus modus ... inimicum, cùm nimirùm, quasi arma ... sumpsimus, mortificamus ac spiritui subjicimus ... sensualitatem.

Secundus modus, quo concurrit venerabile ... mentum est, fortificatio virium nostrarum spiritualium & augmentatio habitus gratiæ & gloriæ, ... prius effectus hujus Divinissimi Sacramenti, *Augustinus* ... *tum Charitatis diminutio est cupiditatis.* Quod ...

S. Aug. to 4 li. 83. qq q 36 S. T. 3. p q 79. ar. 6.

S. Thomas: quia hoc Sacramentum est institutum per modum cibi, ergò sicut cibus materialis intrinsecè corroborando vivens, illud liberat à morte: ita Sanctissimum Sacramentum, cibus spiritualis operatur vitam spiritualem animæ. Insuper nos fortificat, veluti subdit idem S. Doctor, in quantum est signum Passionis Christi per quam, *Et victi sunt Dæmones, & repellit omnem Dæmonum impugnationem.*

Tertius modus est, cùm nobis succurrit opitulaturq; eodem tentationis tempore. Nam in virtute Sanctissimi Sacramenti, occasione ista, communicantur nobis *speciales auxilia supernaturalia*, qui sunt proprij effectus huius Sacramenti, quibus nostris inimicis resistere, eosque in fugam convertere valemus.

Unde non sine ratione te commonet S. Bernardinus: quandò cœlesti quapiam consolatione effectus es ignavus, quando fortem viribusque potentem te experiris contra hostes: *Gratias age Corpori & Sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in te.* *S. Bern. serm. in cœna Dom.*

Hucusque dictis evidenter colligitur, quàm necessaria sit devotio erga sanctissimum Sacramentum, ut victores abeamus in tentationibus nostris. De quibus dicere possumus, quod de Martyrio dicit Cyprianus: *Martyrem esse non potest ad martyrium* (dicamus nos, *ad victoriam tentationis*) *qui ab Eucharistiâ non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta Eucharistia corpus & accendit.* *S. Cypr. epis. 54.*

Quare, ut Divini hujus auxilij securum te reddas, itemque pro praxi sequentia tibi observanda sunt.

Primò, Frequenter sacrâ te reficies Synaxi cum omni puritate & sanctitate.

Secundò, Quasi semper communione spirituali te communies, & affectu & meditatione mentis occupando te in amore & desiderio Sanctissimi Sacramenti.

Tertiò, Quandò in te insurgit aliqua tentatio, incontinenti subitò nostrum Regem & belli Ducem Christum in speciebus sacramentalibus, illam usurpando orationem, quâ utitur Ecclesia, dicendo:

S. Thom. *O salutaris Hostia,*
Quæ cœli pandis ostium,
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium. aut alter
lem.

Quartò, Cùm in tentatione obtinere
riam, gratias age Sanctissimo Sacramento
niam virtus illius operatur in te, veluti supra
fuit.

Denique, Postulabis à Divinissimo Sacramento
niam negligentiæ, quâ sanctæ ejus gratiæ
spondisti.

CAP. VII.

De Quarto Medio, quod est recursus ad Vulnera & Vulnera Christi.

S. August. Man. c. 22. *In omnibus adversitatibus meis*, inquit S. Augustinus, *non inveni tàm efficax remedium, quàm vulnera Domini mei. Parat mihi insidias Diabolus? fugio ad viscera Domini mei, & fugit à me.*

Hoc igitur optimum est remedium. Quotaris, recurre ad Plagas Christi, quæ sunt, velut turres fortissimæ & altissimæ, quò pertingere hostium nostrorum sagittæ & jacula: sunt quinque Civitates refugij, ad quas Adversstris nullus patet aditus: sunt insuper quamentaria, in quibus anima cunctis instructa tàm defensivis, quàm offensivis ad pugnam cessariis.

Manu. c. 21 Verùm, unde tanta animæ provenit fortmemoriam vulnerum Christi? Respondestinus, quia in vulneribus, & ex vulneribus recipit anima *multitudinem dulcedinis, plenitudinem gratiæ, perfectionem virtutum.* Primò, *multitudinem dulcedinis.* Hoc enim proprium est vulnerum

ut S. Bonaventura, quod *nimius dolor nimium dulcorem* *S. Bona.*
inducit, & quod est dolor Christo, hoc idem nobis est *stim. c. 1.*
consolatio: siquidem Passio Christi est gloria nostra:
mors Christi est vita nostra. Cùm igitur anima consi-
derationis pedibus subintrat Christi vulnera, devotè
nimirum considerans inæstimabiles fructus sacrorum
vulnerum, quæ sunt gloria nostra, Christi & Dei,
non potest non adimpleri ineffabili consolatione &
gaudio.

Secundò recipit anima ab iisdem plagis plenitudi-
nem gratiæ. Sunt etenim veluti fodinæ Divinæ gratiæ:
qui ergò ibidem contemplatione & affectu fodit, de ple-
nitudine participat ejusdem gratiæ.

Tertiò ditatur quoque perfectione virtutum, tàm
propter merita, quàm propter exemplum earundem
virtutum Christi

Quartò alia quædam ratio adduci potest etiam ex
parte Dei. Nam adeò ratum & gratum habet Pa-
ter æternus, ut recolatur memoria vulnerum sui
perdilecti Filij, ut in compensationem istius memo-
riæ, animæ eas, quas expostulat, communicet
gratias, eique elargiatur victoriam contra hostes
suos.

Quintò adest ultima ratio ex parte Dæmonis. Quia,
sicuti à vulneribus prima vice devictus fuit in Christo;
ita ab iisdem superatur in nobis.

Sed ut ad exercitium practicum veniamus. Quandò
in te insurgentem experieris tentationem, memoria re-
curres ad sacra Salvatoris vulnera, penitiori mentis acie
considerando in illis hæc duo verba à D. Augustino
proposita.

Tene ista duo: Quid & Quare. Quid passus est, & *Tom. 8.*
Quare: contemplando *Dolorem Christi & Amorem.* *Psal. 21.*
Simulque firma voluntate te præpara *ad sustinendum pro*
dolore Christi omnem dolorem, & ad contemnendum pro
amore Christi omnem amorem

Posita hac præparatione, & constituta anima in hac
dispositione, quis non videt, eam adeò contra ho-
stem armatam & munitam, ut quasi reddatur insupe-
rabilis & invincibilis? Duabus namque viis & modis,

ut docet S. Augustinus, & supra innuimus, tem-
mon: aut alliciendo amore, aut incutiendo
Primæ tentationi respondet, vincitque con-
amoris Christi, nec non propositum spernen-
omnem alium amorem: secundæ tentationi co-
det alia consideratio doloris Christi cum propo-
S. Ioa. ep. 1. ferendi pro eo omnem dolorem. *Hæc est*
victoria, quæ vincit Mundum, & principem Mundi
Diabolus, *Fides nostra.* Fides viva vulnerum
modo jam dicto.

CAP. VIII.

*De Sexto Medio, quod est Invo-
B. Virginis.*

PEr mulierem, quæ fuit Eva, vicit Dæmo-
aliam, tanquam ejus antithesin, quæ fuit
S. Bern. devictus & superatus fuit. *Vt qui vicerat per*
super miss' *vinceretur per ipsam.* Per Evam filij Adam
est. Hom. 2. mancipia: per *Mariam* de Dæmone triumph
autem gratias, qui dedit nobis victoriam per
1. Cor. 15. & ulterius *per Mariam.* Igitur Maria vic
Dæmonium & per se, & per nos: & nos in
efficimur victores.

Habet hanc potestatem Virgo Deipara ob
tiones: Prima, quia est Regina Angelorum,
& præcipit illis, & subitò obsequuntur ei.
Dæmonibus, ut recedant, nec ullam nobis
molestiam, & trementes obediunt: mandat
ut nobis opem ferant, nostri suscipiant curam
sionem, & prompti nobis succurrunt. O Virg
tissima, nulla est creatura, quæ à tuo
S. Bern. dominio, *Quia Mater effecta es omnis creatura*
serm. 3 c. 2. propter te precamur cum devoto tuo
S. Bon. Spec. *Compesce Dæmones, ne nobis noceant:*
B. M. c. 10. *ut nos custodiant.* Infirmos & debiles

agnoscimus, at tu es *debilitatis nostræ potentia*, valor nostri languoris, & spei nostræ fundamentum. *Benedicta es, Virgo Maria, & verò Benedicta: Benedicta, quia per te Deus homini placatur: Benedicta, quia per te homo Deo gratificatur: Benedicta, quia per te Diabolus ab hominibus fugatur*, nec nos tentare audus est. S. Germ. S. Bona. in Spec. B.V. c. 12.

Altera ratio (& est principalior) hujus potestatis B. Virginis est, quia est Mater Christi. Nam, ut docet S. Bernardus, est Mater Christi, qui est principium Spiritus Sancti: Cùm igitur habeat authoritatem supra Christum, tanquàm Filium, sit proinde, ut certo quodam modo habeat etiam authoritatem supra Spiritum Sanctum, nec non supra omnia dona gratiæ. Unde juxta beneplacitum suum, cui vult, & quomodo vult, distribuere potest gratias Divinas. S. Bern. to. 1 serm. 92.

Et quemadmodum Pater æternus in Sanctissima Trinitate, in quantum est principium Filij, est etiam principium Spiritus Sancti, in quantum Spiritus sanctus procedit à Filio (unde docent Theologi, duobus modis Patrem esse principium Spiritus sancti, & *immediatè* per seipsum, & *mediatè*, nempè, per Filium) Ad eundem modum cum proportione quadam de sanctissimâ Matre dici potest, quod, in quantum est Mater Filij, qui est principium spirativũ Spir. S. accipiat certam quandam authoritatem supra dona Gratiæ. Et, ut utar verbis S. Bernardini; *Habuit quandam jurisdictionem (ut sic dicam) seu auctoritatem in omnes temporaneas processiones Spiritus Sancti.* S. Bern. to 1. ser. 52. cit.

Unde in eodem Divinitatis ordine, in unâ & primâ serie considerare possumus Patrem, Filium & Spiritum sanctum: in aliâ & secundâ serie Matrem, Filium & Spiritum sanctum: quia *Mater est comparentalis æterno Patri*: sunt principium ejusdem Filij, qui est principium Spiritus sancti. Et sicut gloria datur Patri æterno, in quantum est Pater æterni Filij; ita deferenda est gloria Matri, in quantum est Mater ejusdem Filij. Et si canitur ab Ecclesia: *Gloria Patri, & Filio & Spiritui Sancto*; eidem quoque cantare licebit: *Gloria Matri, & Filio & Spiritui Sancto.* Carthus.

Hic est primus locus, tibi, Virgo Sacratissima, in Consistorio Sanctissimæ Trinitatis intra Divinitatem, quodam modo, in eodem loco Patris debitus, tanquam Matri illius Filij, cujus idem Deus est Pater. In eminentia te contemplor, in Divinitate illa te adoro, ista Majestate coram sacris pedibus tuis prosternor, le tributum cordis mei

Quod si igitur B. Virgo, tanquàm Mater Christi, tanquàm Divina Mater magni Dei, est etiam Mater gratiæ; mediante eadem gratia nos corroborat & fortificat præliantes contra inimicos nostros, eorumque confundit enervatque vires. *Gratias semper Deo, qui nobis victoriam per Mariam.*

Vidimus potestatem Virginis, obligationem ad tum nostræ correspondentiæ videamus.

Tria sunt, quæ Dæmones verentur & timent in Virgine, unde atterriti convertuntur in fugam, nec cedere audent nos tentaturi, nempè, *Mariæ* *bulum*, seu sanctissimum Nomen, *patrocinium* *exemplum.*

S. Bona. in spec. c. 3.

Primò timent Nomen: siquidem in isto recordatione illius Christi sententiæ: *Ipsa* (loquendo de Virgine) *conteret caput tuum.* Isto namque mediante Nomine experiuntur vires meritorum ac virtutum maximè Humilitatis. Et denique, quia sic Deus ut ad sonum sanctissimi illius Nominis cuncti & obediant.

S. Anselm. de B. V. c. 12.

Secundò timent Patrocinium, quia est virgo tissima in protectione suorum devotorum: potest, quod vult. *Sic eam Deus exaltavit, ut cum possibilia donarit.* Et id totum vult, quod pedire judicat.

S. Bern. to. 3 serm. 3. ar. 3 de Nom. Mariæ.

Tertiò denique perhorrescunt & timent admi ejus splendorem, quem suo exemplo longè fundit: *Stupent immunem à peccatis.*

Hæc tria igitur ipsis Dæmonibus terrori sunt & moti. Et eadem tanquàm tria arma potentissima statuenda in nostri tutelam & defensionem (Christi *minis recordatio, devota invocatio, & sollicita* uti docet S. Bonaventura.

S. Bon. Spec. cap. 3.

Primum itaque quod tentationis tempore faciendum est nobis; *Est crebra Nominis recordatio*, & quasi continua memoria sanctissimi Nominis *Maria*. O Nomen dulcissimum, exclamat S. Bonaventura, *quod nunquàm devotè nominari potest sine nominantis utilitate!* Etenim illuminat intellectum, accendit affectum, temperat passiones, cor cœlesti replet consolatione, ac nos eripit ab omni tentatione. Quamobrem consulit S. Bernardus: *Si insurgunt venti tentationum, respice stellam, voca Mariam, Mariam cogita, Mariam invoca: non recedat ab ore, non recedat à corde.* Revelavit B. Virgo S. Brigittæ dicens: Tanta est vis nominis mei, ut devotè invocatum à tentato, confestim ab eo fugiat Diabolus, nec unquàm redire audeat, nisi aliter Deus disponat & permittat fidelem rursum tentari ad majus consequendum meritum & coronam gloriæ: *Statim ab eo discedit Diabolus, & non revertitur ampliùs, nisi permittatur ad majorem ejus remunerationem.* Quare, anima mea, magnam habe fiduciam in hoc potentissimo Nomine: & in omni loco, in omni tempore, in omni actione, in omni dubio, in omni tribulatione, in omni tentatione *invoca Mariam*, lauda *Mariam*, ama *Mariam*. Maria sit turris refugij, fundamentum spei, quies & tranquillitas cordis, deliciarum paradisus, terminus desideriorum, & quantùm boni post Deum credere, sperare & amare vales.

Idem. c. 8.

S. Bern. Hom. 2. super Missus.

S. Brig li. 1. revel. c. 9.

Secundum, quod nobis faciendum, *Est devota Patrocinij ejus invocatio.* Securi progrediebantur Israelitæ per desertum ad Terram promissionis sub tutela & ducatu Arcæ, hac sola illos ducente & protegente, undequaque ab inimicis suis liberi & salvi abibant. Unde, quando movebatur Arca, cuncti alta voce cantabant Divinum invocantes auxilium & patrocinium mediante illa Arca, ac dicebant: *Exurge, Domine & dissipenter inimici tui, & fugiant, qui oderunt te, à facie tuâ. Exurge Domine in requiem tuam, tu & Arca sanctificationis tuæ*: aut ut alij legunt, *fortitudinis tuæ, aut potentiæ tuæ.* Ad eundem modum, nobis eadem instructis oratione recurrendum est ad protectionem

Psal. 131.

B. Vir-

B. Virginis tentationis tempore, & sine dubio effe-
quem desideramus, consequemur: *Protectrix mea*
S. Epiphan. *liatrix mea, Virgo Dei Genitrix*]. *hostiles quoscun-*
orat. de B. *petus à me averte.*
Virg. Ultimum exercitium, quod à nobis peragendum
ut in tentationibus nostris recurramus ad B. Virg.
Est sollicita imitatio. Et hoc est præcipuum m
diligens, videlicet, imitatio virtutum ejus. Qui
tione ipsam in ferendâ tibi ope recognosces
simam, ejusdemque imitationis experieris
fortitudine & viribus, quas obtinebis in opp
& evincendis hostibus tuis. Nam, ut ait S. Aug.
Serm 30. de SS. *Debent Sancti aliquid de suis virtutibus in nobis*
cere, ut pro nobis dignentur Domino supplicari.
dicendum est de Reginâ Sanctorum. Quare, an
procura sedulò, ut sanctissima Dei Mater in
gnoscat vestigium aliquod suæ profundissimæ
tatis, aliquam scintillam ardentissimæ charita
& esto secura, ipsam tempore opportuno,
præsertim tentatione, non tibi defuturam sed
sione & auxilio.

CAP. IX.

De septimo & ultimo Medio, quod est cursus ad Angelum nostrum Custodem.

HAud dubium est, quod, si utriusque,
pariter & Dæmonis ad invicem compare
potentia, & ambæ æqua ponderentur bilance,
illius comparebit potentia respectu Dæmonis,
& potentia infirmi cujusdam infantuli respectu
S. T. 1. p. q. 108. art. 1. mi Gigantis. *Ideò*, ait S. Thomas, *non videtur*
pugnæ conditio; ut infirmus contra fortem, ignaru
astutum exponatur ad bellum. Ac proinde
Deum, utpotè omnis justitiæ Authorem non

permittere; ut homo cum tanta sui jactura & detrimento tentaretur à Diabolo.

Ad quam difficultatem respondet Doctor Angelicus, nullam prorsus adesse inæqualitatem, seu querelæ causam ex parte nostra: etenim *fit ex parte hominis recompensatio: principaliter quidem per auxilium Divinæ gratiæ: secundariò autem per custodiam Angelorum. Unde Eliseus dicit ad ministrum suum: Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis.* *loco cit.* 4. Reg.

Non est igitur, quod timeamus; ac propterea armatè concertemus & pugnemus non tantum contra Mundum & carnem; sed adversus etiam principes & potestates tenebrarum & Inferni: non enim soli in arenam descendimus; sed Deus nobiscum & pro nobis est cum tota sua cœlesti Curia. Audi Bernardum. Quid times? non est, quod timeas: annon advertis, quod Angeli *sancti adsunt tibi, & non solùm tecum, sed etiam pro te adsunt, ut protegant, adsunt ut prosint?* S. Bern. sup. Psal. Qui habit. serm. 12.

Considera, quomodò per Divinam hanc & Angelicã protectionem efficiaris veluti civitas fortissima, tanquam columna ferrea; & sicuti murus æneus, juxta promissionem æternæ veritatis: *Ecce dedi te in Civitatem munitam, in columnam ferream, & in murum æneum.* Et quid exinde sequetur? *Bellabunt adversùm te, & non prævalebunt.* Te impugnabunt adversarij tui; at non eam expugnabunt. Jerem. c. 1.

Et quæ est causa tantæ fortitudinis? *Quia ego tecum sum, dicit Dominus.* Et quidem tecum triplici modo. Primò immediatè, & *per illapsum*, Divino suo splendore & calore operando in nostrum intellectum & voluntatem. Secundò, per habitum gratiæ & virtutum supernaturalium. Tertiò, mediatè, mediis, nimirùm Angelis Ministris suis, & nostris Custodibus ac Protectoribus.

Ecce, inquit D. Augustinus, quomodò sancti Angeli *orant nos peregrinos, & miserentur nos, & jussu Domini auxiliantur nobis, ut ad illam Patriam communem aliquando redeamus.* S. Aug. to. 8 in Ps. 62.

Sed videamus, qua ratione Sancti Angeli Custodes nostri exerceant hoc officiũ. Respondet S. Bonaventura, *sil p. 3. Fe-* S. Bon. con. tribus *ra. 18. t. 1.*

tribus modis, juxta tres actus Hierarchicos: *gando, illuminando, & perficiendo.* Primò, pu nos, *per remotionem impedimentorum*, tollendo extrinsecam mali occasionem, refrenando nostram ginativam, & quod plus est, repellendo Dæmo temperando vel diminuendo ejus vires. Quam rimi Dæmones in ordine naturæ sint superiores Angelis bonis; attamen in ordine gratiæ omn mones sunt inferiores & subjecti cuicunque

S.Th.1 p.q. 113 art. 4. sancto, juxta doctrinam S. Thomæ: *Angeli sunt malis, & regunt*, in quantum, videlicet Ministri justitiæ Dei.

Insuper concurrunt *illuminando & per* in quantum adminiculo phantasiæ propon rum bonum, quod tanquam verum illumi tellectum; & tanquam bonum accendit & mat voluntatem; veluti alibi dicitur in prop teriâ.

Hæc sunt, quæ operantur Sancti Angeli in favore n & gratiam: superest, ut, quæ qualifer nostra requiratur correspondentia & compen claremus.

Primò, nobis incumbit, ut cum omni hum reverentia postulemus veniam ab Angelo Cus stro, toties, quoties eum offendimus, quando potiùs locum dedimus & parvimus pernicio suggestionibus, quàm saluti eris illius admon

S. Aug. soli. 6. 29. etenim, conformiter ait D. Augustinus: Q *deviamus; Diabolum lætificamus, & Angelum defraudamus.*

Secundò, deprecabimur Angelum Custode ut non solùm nos adjuvet assistendo & succurr in tentationibus; sed nonnunquàm etiam pro ac Dæmone, ne nos tentet, impediendo opem & auxilium: in frequentibus namq; tentationib gilitatem nostram semper nobis timendus est

Tertiò, ipsum exorabimus, ut has duas nob virtutes, puritatem, scilicet, & humilitatem perfectione. Quemadmodùm enim omnes vi eò collimat, ut amba has expugnent virtutes

hæ suis instructæ sunt perfectionibus, facilè à se repellunt & vincunt omnes tentationes contrarias.

Quartò, tempore tentationis illud S. Bernardi observabimus consilium. *Quoties gravissima cernitur urgere tentatio & tribulatio vehemens imminere: Invoca Custodem tuum, & Ductorem tuum Adjutorem tuum. Inclama eum & dic: Domine, salva nos, perimus.* S. Bern. ser. 12. in Psal. Qui habit.

Quintò, Confidemus in Angelis nostris custodibus, & habitò Divinum experiemur auxilium: *In manibus portabunt te.* Propriis te suscipient manibus, è faucib⁹ mortis te erepturi. Et hæ Angelicæ manus, juxta mentem S. Bernardi, duæ sunt considerationes, quas nobis inspirant Angeli Custodes nostri, & sunt: *Brevitas tribulationis, & Æternitas retributionis.* Psal. 90.

Concludam hoc caput, simulac totum præsens exercitium documento quodam, quod quidam ex Antiquis Patribus dedit uni Novitiorum suorum. Petierat Novitius ex Magistro suo, quid sibi factu opus esset, ut Dæmonis tentationes evaderet & superaret, seseque in gratia Dei conservaret. Respondit Pater: *Si Angelo suadenti semper dices, Volo: & Dæmoni tentanti semper dices, Nolo: perseverabis.*

Documentum in verbis valdè breve & parcum; at in substantia valde magnũ. In his namq; duobus vocabulis, *Volo, Nolo*, continetur Doctrina Evangelica, Perfectio Religiosa, & Compendium totius Sacræ Scripturæ. Et enim, si Angelo tuo Custodi, quotiescunque tibi loquitur sanctis suis inspirationibus, semper dices: *Volo*; adimplebis animam tuam cœlestibus thesauris gratiarum & virtutum: è contra, si Dæmoni tentatori respondebis semper, *Nolo*, immunem & purum te conservabis ab omni peccati macula etiam levissima. Medium hoc facillimum & potentissimum, reliquis omnibus tibi deficientibus, anima mea, semper in promptu habeas, & eadem verba & ore & corde promptissimè promas. Loquitur Dæmon? ne præstoleris finem sui alloquii, repelle eum subitò, dicendo: *Nolo*, non sum contentus. Loquitur Angelus sanctus? noli interrumpere ipsius sermonem; sed magna cum humilitate & reverentia ausculta, quod loquitur; & cognita voluntate Dei, responde subitò:

En

En me promptum est paratum, contentus sum
Pondera vim hujus vocabuli, *Volo*. Idem est
diceres: Volo vitam gratiæ, ornamentum
gloriam Dei, Beatitudinem nostram, gaudium
lorum, ac totum id, quod bonum, pulchrum,
rationabile & sanctum est. Pondera idem voca
Volo, dictum Dæmoni. Idem namque est, ac
Volo mortem animæ, destructionem gratiæ,
tionem æternam, offensam & (certo quodam
annihilationem Dei: siquidem, qui, per
ultimum suum finem ponit in Creaturâ, quam
ex parte suâ, destruit & annihilat ipsum Deum.
anima mea, quantum dependet ab uno *Volo*:
cui dicendum est, solum ipsas Paradisi
dictum verò ei, cui dicendum non est, solum
& infarcit infernum. Ergò, O sanctissime
Divinæ Providentiæ Minister fidelissime,
semper deinceps offero tibi, dedico, ac
Volo. Totum tuum sit, & tanquàm tuum
incursu & violentiâ custodi, protege ac
testor, me ita velle, ut totum sit tuum, nec
etiam particulam illius habeat Dæmon.
semper cum hoc meo *Volo* accepto cunctas
inspirationes, quas ex charitate ad ultimum
vitæ meæ habitum mihi daturus es: eo
ac detestor cum resoluto meo *Nolo*, omnes
suggestiones, quas unquàm per totam
malitia Dæmonis mihi inculcabit. Te rogo
mi Angele sanctissime, digneris hoc meum
xe cum vel.e Dei, uti & nolle meum cum
ut in omnibus & per omnia habeam
Nolle cum *velle* & *Nolle* Dei nunc, & semper
& in æternum.

EXE

EXERCITIUM SECUNDUM.

De verò Gaudio.

CAPUT I.

Verum gaudium reperitur in Deo, non in creaturis.



Omnes amant gaudium, ait D. Chrysostomus, & lætam ducere vitam: *omnes operantur propter gaudium.* Currit & sudat mercator, *ut gaudeat de pecuniâ*: descendit in arenam miles, *ut gaudeat de victoriâ*: amabit superbus, *ut gaudeat de gloriâ.* S. Chrysost. Hom. 18. tom. 5.

Undesiquilibet, quidnam desideraret, interrogaretur: Responderet, inquit Augustinus, *Velle gaudere*: hinc nempe lætam desidero ducere vitam. Ac propterea idem Sanctus Doctor valdè approbat illud dictum Genilium: *Trahit suaquemque voluptas*: trahitur unusquisque à proprio gaudio, cunctos invitat voluptas; sed aut verâ, aut apparens. Ratio est, quia omnes desiderant amare, & occupari alicujus objecti amore; & ipso amoris est communis omnibus: ergo etiam omnibus conveniens erit delectatio, aut gaudium, Aug. to. 1. li. 10. conf. c. 21. Idem to. 9. tr. 26. in 200.

quod tanquàm effectus ex amore ac unione bo[illegible] lessi resultat.

Aristot. Ethi 7. Præterea, juxtà doctrinam Philosophi: *Co[illegible] mal, cùm vigilat, in labore est, & labor est contri[illegible]* animal vigilando laborat, & laborando pa[illegible] dam tristitiam, esto propter contractum [illegible] sæpenumerò non sentiatur, ut patet in actu [illegible] auditionis, & similibus: ergò omnibus etiam [illegible] nis esse debet aliqua delectatio contra hanc [illegible] quia connaturale est, proptio malo conveniente [illegible] bere medicinam. Quâ de causâ delectationes [illegible] riales ab Aristotele nuncupantur medicinæ, [illegible] tristitiæ medentur, & remedium conferunt: [illegible] por cibi medetur tristitiæ famis, & delectatio [illegible] fastidio pœnæque laboris medelam confert.

S. Greg. in Iob. Denique, ut affirmat S. Gregorius, *sine [illegible] anima non potest esse: aut enim infimis delectatio [illegible] summis*: delectatio namque & gaudium, quæ [illegible] ris effectus, animæ vita sunt, sicut & ipse amor [illegible] quemadmodùm vivere nequit anima sine actu [illegible] ita neque in vitâ durare potest sine actu gaudii [illegible] quanquàm ea, quæ diximus, verissima sint, quod [illegible] unum appetant finem, in unum scopum [illegible] mnes, & unum respiciant objectum, quod [illegible] & delectatio; nihilominùs haud omnes eandem [illegible] diuntur viam, eò quod istius finis assequendi [illegible] capiant media exercitia varia: *Vnum est, quod [illegible] omnes nituntur, scilicet, ut gaudeant, & altius [illegible] illinc assequatur.*

S Aug. lib. 10. conf. c. 21. cit.

Adhæc, omnes conveniunt in fine gaudij, [illegible] in materiâ gaudij. Enimverò eam alij [illegible] vitio, alij in virtute, alij in creaturis, alij [illegible] dem Creatore.

Et hoc est fundamentum vitæ spiritualis, [illegible] nostræ, nostræque creationis finis: scire [illegible] quodnam sit objectum veri gaudij, qualisque [illegible] tionis nostræ materia, cui anima inniti debeat [illegible] cum pace & quiete delectetur & quiescat. *[illegible] mentum est, quò pervenitur ad summum: [illegible] gaudeas.*

Seneca epist. 13.

Quapropter huic in finem nobis invocandum est Spiritus sancti Numen ac Lumen, quo nos illuminet, ut, quod verum bonum, verique gaudij fundamentum sit, ante cognoscamus.

Ad veritatis hujus notitiâ, primò exponendum venit, quot qualesque sint conditiones veri gaudij. S. Augustinus & S. Thomas cum communi SS Patrum sententia docent duas esse: *Gaudium sivè fruitio est, quod delectat ut ultimum.* Prima conditio est, quod *delectet.* Secunda, quod *delectet, ut ultimum bonum.* Ita, ut in ratione boni & gaudij contineat in se: *Nec plus ultrà*: quia est tale bonum, quod supra se nullum aliud habet bonum: est tale gaudium, quod supra se non habet aliud gaudium: est delectatio ac voluptas talis, quæ quietum efficit omne cor, omnem satiat appetitum, explet omne desiderium, omniaque omnis boni possibilis desiderij.

Videamus igitur, anima mea, num in creaturis verum reperias gaudium cum utrâque præfatâ conditione; an, videlicet, *delectent*, & *delectent ultimum*, ut ultima quies, pax, & satietas cordis nostri. Profectò hujusmodi non reperies: etenim quodcunque objectum creatum etiam in se perfectissimum (veluti esset inter Angelos primus Seraphinus) cùm sit res creata, *non delectat*, quod est prima conditio: nihilominùs *non delectat ut ultimum*, quod est secunda conditio; neque idem non est ultimum bonum, cùm supra se majus habeat bonum, aut creatum, aut possibile: ergò in nullâ creaturâ verum reperitur gaudium, quia quælibet creatura proprio bono propriæque perfectioni; quæcunque illa sit, inscriptum insculptumque habet: *Nec plus ultra.*

Hoc idem S. Bernardinus expendit hac ratione. Si quis etiam ad tantam sublevaretur excellentiam, evehereturque ad talem perfectionis eminentiam, ut infinitis divinarum dotatus thesauris, absoluto potiretur dominio & imperio in omnes naturas corporeas, non terrestres tantùm, sed cœlestes: dominaretur cœlis, astris, soli: adeò, ut pro libitu & arbitrio suo *Tom. 4. serm. 45.*

faceret dies & noctes, longas & breves. Insuper, [illegible]
dominio superadderetur dominium omnium [illegible]
rarum spiritualium, Dæmonum, Angelorum [illegible]
gelorum, Seraphinorum: qui omnes ad nutum [illegible]
rerent, & debita cum reverentia ac prompt[illegible]
jussis ejus obtemperarent. Præterea, si do[illegible]
istius sese etiam extenderet supra omnes Sanct[illegible]
ctorumque Reginam, quæ est sanctissima [illegible]
Maria, & supra Sanctum Sanctorum, qui est Ch[illegible]
quantùm Homo. Denique, si talis, præterquam [illegible]
modi gauderet dominio, cunctis ditaretur do[illegible]
ralibus possibilibus, sanitatis, fortitudinis, [illegible]
tudinis, essetque etiam impassibilis & im[illegible]
Quidnam de tali ad tantam fœlicitatem eve[illegible]
retur? procul dubio dicendum, & hoc feren[illegible]
judicium: tametsi is eò usque sit evectus & [illegible]
attamen à vero adhuc longissimè abest gaudio, [illegible]
finitè distat: quod enim possidet, creatu[illegible]
quod creatum est, *non delectat ut ultimum bo[illegible]*
delectat ut summum bonum: ac proinde [illegible]
causa veri gaudij, quod quietet, satietq[illegible]
nostram.

Ergò creaturas tanquàm in bono steriles, [illegible]
insufficientes dimittamus: siquidem nec [illegible]
tinent delectationem, nec perfectam fruit[illegible]
deamus verò, an verum gaudium ejusque [illegible]
inveniantur in Deo? & affirmativa est resp[illegible]
quid est Deus? Est ultimus finis: ergò [illegible]
num: ergò *delectat ut ultimum*, & per con[illegible]
teria est, & objectum veri gaudij, con[illegible]
Non plus ultrà. Non habet supra se aliud bo[illegible]
est ultimum & summum bonum, est ultim[illegible]
mum gaudium, quod solum verum gaudi[illegible]
in Deo solo, & non in creaturis, verum in[illegible]
dium, vera lætitia, vera fruitio, vera pax, ver[illegible]
vera cordis humani quies.

Quod si igitur in Deo solo, & non in creat[illegible]
reperitur gaudium; ecquæ, anima mea, [illegible]
tua, ut deserens Deum, adhæreas creat[illegible]
valedic omnibus creaturis, renuncia cunct[illegible]

fectibus & desideriis: cor tuum aperi Deo tuo, & in eo solo, tanquàm in proprio gaudij omnisque consolationis fonte quære solatium & gaudium.

CAP. II.

Eadem veritas aliis suadetur rationibus.

RAtio secunda erit, quia, juxta doctrinam S. Bonaventuræ, omne bonum creatum comparatum ad bonum increatum Dei est veluti solum punctum: etenim, ut idem asserit, duobus modis communicatur Deus: primò, *ad intra*, & hæc communicatio infinita est; secundò, ad extra, & hæc finita est, & instar puncti: quia hoc, quod Deus communicat *ad extra*, esto in se magnum sit, si tamen veniat in comparationem cum Deo, punctum aliquod est, & instar cujusdam se habet stillæ comparatione Oceani, & adhuc multò minùs: gutta enim aquæ eòusque multiplicari potest, ut ipsius etiam Oceani immensitatem adæquet ac superet, & omnia bona creata tametsi multiplicarentur, & excrescerent in perfectionem infinitam, nunquàm tamen ipsum esse DEI infinitum attingere & adæquare valerent. Quapropter omnia bona, quæ sunt in Mundo, non nisi tot puncta sunt, tot stillæ, tot atomi: cunctæ terrenæ divitiæ aliud non repræsentant, quàm unum auri punctum; cunctæ consolationes sensus non nisi sunt una stilla mellis, permixta tamen magna copia fellis: cuncti honores Mundi sunt veluti minimus æris atomus. Et hæc sunt illa præclara bona, quæ Mundi amatores adeò suspiciunt & deprædicant. Supposita hac veritate, certissimum est, in creaturis minimè reperiri verum gaudium: siquidem verum gaudium plenum est, & perfectum, fundatum in pleno, perfecto, & infinito bono: bonum verò & gaudium creaturarum imperfectum est, finitum, instar

S. Bon. in j. sent.

puncti, ac planè insufficiens, ut cordis nostri desi
quietet, ac satiet. Animo igitur resoluto,
meâ, mitte nuncium omni bono creato, &
jungere Deo, Bono increato, quod solum
se continet gaudium, teque fœlicem beatamque
potest.

Tertia ratio est, quia verum gaudium est
cordiale: *Est vitalis quædam dulcedo, vitalis*
suavitas, ut loquuntur sacri Doctores, & verè
utpotè, à principio vitæ, quod est cor humanum
cedens. Hæc conditio deest gaudio materiali,

1. 2. q. 19. a. 9. Psal. 5. sect. 3. percipitur ê creaturis: etenim, ut docet Aug
cor & voluntas humana sunt naturæ intellec
rationalis: ergo eis competit bonum etiam
bile & rationale, tanquam obiectum propor
non autem bonum materiale & sensibile: ergo
gaudium voluntatis nostræ reperiri nequit in
in bonis sensibilibus hujus vitæ; sed solum
Deo reperietur: quia est gaudium intimum
dium intima cordis penetrans, quod totam
animam cum omnibus ejus potentiis
Quemadmodùm experiebatur David, quando

Psal. 4. *Dedisti lætitiam in corde meo.* Non in *carne*
veluti consolantur creaturæ, sed in *corde*; in
parte animæ, in voluntate, in mente humanâ

S. Aug. to. 4. in serm. Dom. c. 24. ut benè advertit D. Augustinus, *Peccatores*
prius gaudent, sed gestiunt: quia tota
luptas & lætitia est in corpore & sensu,
anima.

Quarta ratio est, quia verum gaudium
gaudium purum non tristitia permixtum.
gaudium Dei: *Non habet amaritudinem*

cap. 8. *illius, nec tædium convictûs illius; sed*
gaudium. Et quamvis homo justus pon
tur tribulationes; foris illæ existunt, non
trant intima: unde nec turbant pacem &
terius: imò per cœlestem & Divinam
paristasin, quanto magis crescit tribulatio
tantò magis crescit consolatio interna.
quia juxta mensuram mortificationis

Deus animæ elargiri consolationem: *Communicantes* 1. Pet. 4.
CHRISTI passionibus, gaudete (vel, ut exponit Tertullianus) *secundùm quod communicatis*, quia tantùm sentietis consolationis in corde: quantùm mortificationis sustinebitis foris in corpore. Igitur gaudium, quo gaudemus in Deo, purum est; enimverò non admittit, nec patitur tristitiam aliquam, nisi superficialem, & talem, quæ non opponitur internæ profundæque cordis lætitiæ. E contrario, gaudium creaturarum non est purum; sed mixtum infinitis tristitiæ amaritudinibus. *Risus dolore miscebitur*, risum Prov. 14.
oris comitabitur dolor cordis. Unde alia quædam littera habet: *In risu dolebit cor*: ore peccator ridebit: sed corde planget & dolebit. Et hic planctus cordis, est infernalis ille remorsus conscientiæ, semper mordens, & coradè torquens, ut nec minimum ei quietis concedat momentum. D. Gregorius loquendo de hoc tormento ait: *Nulla est major afflictio quàm conscientia sullitorum.* & S. Augustinus: *Iussisti, Domine, & sic est,* S. Aug. l.
ut pœna sibi sit omnis inordinatus animus. Idque Divinæ Conf. 12.
Providentiæ omninò conforme est: quia, sicut peccator S. Th. 1. 2.
peccando transgreditur tres species legis: rationalem, q. 87.
humanã, & Divinam; ita quoque conveniens est, ut tribus subjaceat pœnis, & punitura seipso remorsu conscientiæ: à homine pœna temporali: & à Deo pœna æterna.

Quinta ratio est, quia, ut tradit Angelicus: *Verum* 1. 2. q. 32.
gaudium est de præsentia veri boni, & per se boni, veluti est art. 3.
Deus solus, qui est *Bonum per essentiam*; ita in Deo solo, & non in creaturis verè in nos delectari ac lætari debemus. Et sicut præsentia Dei est triplicis generis: per memoriam, per spem, & per visionem; ita quoque triplex est gaudium, & unum est majus alio, secundum primo, & secundo majus est tertium: præsentia namque per memoriam solùm dicit apprehensionem Dei: præsentia per spem addit *potentiam consequendi*: præsentia per visionem adjungit *ipsam consecutionem.*

Sexta ratio est, quia verum gaudium est fructus pacis & justitiæ: *Justitia & pax, & gaudium in Spiritu Sancto.* Rom. 8.
inquit S. Augustinus. Ergò verum gaudium non in Tom. 10.
mundo; sed in Deo, authore omnis justitiæ sanctitatis Serm. 8.
ac pacis, reperiri potest.

Septima ratio est, quia verum gaudium co
quietum efficit, & satiat, quam virtutem
haudquaquàm sibi vendicat gaudium mun
sed Divinum, ut ipsa docet experientia: *Vi*
Richard. de S. Victore. *tius Mundi copia non satiat, Divina dulcedo plenè inebriet.*

Octava ratio est, quia verum gaudium est
perfectum & plenum, veluti hujusmodi com
nomine à D. Chrysostomo: *Vt gaudium vo*
plenum. Ad hanc plenitudinem gaudij duæ
S. Th. lect 6 in Ps. c. 5. runtur conditiones: prima, *ut res amata si*
amans: secunda, *ut adsit perfecta fruitio re*
Utramque hanc conditionem soli Deo com
clarum est, & evidens: ergò in solo Deo,
in creaturis verum invenitur gaudium: nam
gaudij plenitudo nonnisi possideatur in
ubi *cum summo amabili est etiam summa ama*
unio fruitionis.

Ultima ratio est, quia verum gaudium est
indefectibile, & inamissibile: *Gaudium,*
tollit à nobis, quemadmodùm nos docet
Veritas: at gaudium mundanum est bonum
tum, est gaudium defectibile, gaudium
Gaudium, quod tollitur à nobis, si non in
sarìò tamen in morte. Ad quid ergò am
remus hisce bonis transitoriis & volubilibus
evanescunt, vix florescunt, & in terrà
quæ cum dolore, quem post se relinquun
torum, demonstrant bonum, quod promi
non esse verum; sed mendax & fallax
bonum.

CAP. III.

Eadem veritas Sacræ Scripturæ Sanctorumque Patrum authoritate probatur.

Quæ licet deficerent rationes, sola tamen ad nos convincendos, simulque ad subdendam hanc veritatem sufficeret æternæ Sapientiæ authoritas: *Non est pax impiis*, ipsemet nobis inclamat Spiritus Sanctus per os Prophetæ, vel, ut alia habet littera: *Non est gaudere impiis.* Lætitia non competit impio, à corde ejus verum exulat gaudium: gaudium peccatorum, est gaudium, quod decipit, & aliquantulum palpatur & adulatur carni; at cruciat animam: demulcet sensum, sed affligit spiritum: est flos oblectans oculos; sed maximè pungens spina est, intima cordis penetrans & saucians. Quapropter Deus, Sapientia æterna, æternaque Bonitas, quæ decipi non potest, nec vult decipere, evidentibus notis hanc nobis inducat veritatem: *Non est pax impiis: non est gaudere impiis.* Vero gaudio perfundi nequit peccator, in uno eodemque corde simul stare non possunt peccatum & gaudium, peccatum & lætitia, offensa & pax cum Deo. Dicet mihi non nemo: experientia docet contrarium. Verum respondeo experientiam esse mendacem & fallacem, quemadmodùm hoc exemplo ostendi & probari potest. Est panis in sanctissimo Sacramento, ait experientia: Non est panis, inquit Deus. Cui jam credendum? sensum, aut intellectum per sensum decipi, certum est & indubitatum; at non decipitur, nec decipit Deus. Ergò in hoc casu creditur Deo, contra seu potiùs supra omnem sensum, & supra omnem intellectum. Eodem modo dicendum est in materiâ præsenti: *Non est gaudere impiis*, dicit Deus: *Est gaudere*, ait Mundus, sensus, caro: cui debemus credere? Isa. 57.

credere? Non Mundo, non carni; sed Deo, [illegible] veritas infallibilis, & mentiri nequit in [illegible] suis.

Ergò, anima mea, quotiescunque Dæmon [illegible] sentat tibi aliquam Mundi voluptatem & [illegible] tanquàm veram lætitiam, & verum gaudium [illegible] lutè responde: mentiris Dæmon infernalis, [illegible] apparens bonum, ut verum, proponis: Non [illegible] *dium impio*, inquit Deus: Deo, qui est ipsa [illegible] fidem adhibere debeo, non tibi, mendacioni [illegible] Et si nihilominùs Dæmon persistat in suo [illegible] promittendo tibi dominium creaturarum, [illegible] eum adores, sollicitando; generosiori [illegible] sponde ei, quod consulit S. Gregorius, [illegible] Totus amor & gàudium meum, non in [illegible] sed in Deo positum est. *Quia Dei imago sum, [illegible] indutus sum, in Christum transformatus sum; [illegible] adora*, adorando in me imaginem Dei, & similitudinem Christi.

Nazianz. Orat. 40.

Eandem veritatem confirmant Sacri Doctores [illegible] rentes materiam veri gaudij non esse creaturam [illegible] Deum.

S. Aug. in Ps. 7. pœnit. & Psal. 32.

S. Augustinus: *In Deo solo vera consolatio est [illegible] catores in tribulatione positi ad Deum recurrere [illegible]* Et alibi: *Quis sic delectat, ut ille, qui fecit omnia [illegible] delectant?*

S. Bern. epi. 114.

S. Bernardus: *Illud verum gaudium non de [illegible] sed de Creatore percipitur.*

S. Chrysost. to. 1. p. 6.

S. Chrysostomus: *Verum gaudium [illegible] ideò in solo Deo.* Quod idem confirmat S. [illegible]

S. Ans. Prosol. c. ult.

selmus: *Illud est verum gaudium, quod [illegible] magnum, & in re plenum*, sicut & solum [illegible] *in Deo.*

Rup. de Benefic. Divinis.

Rupertus: *De creatione Mundi sabbatizan[illegible] res Mundi, nobis autem de salvatione Mundi [illegible] dum est.*

S. Bas. Hō. 4. de grat.

Et S. Basilius: *Non gaudendum in hoc Mundo, [illegible] retributionis gaudendum.*

Parad. animæ c. 23.

Idem evidentiùs exponit Albertus Magnus: [illegible] *teria omnis gaudij in Deo; scilicet, potentia, [illegible]*

pulchritudo, & reliqua attributa Dei, quæ omnia æternia, & æterna sunt in Deo.

Hugo de S. Victore: *Gaudium Dei, dulcedo æterna: gaudium Mundi, delectatio præsentium; illud sufficit, illud desipit.* — *Hugo Victorin.*

Et Origenes: *Verum gaudium est gaudium in Domino.* Quale autem sit hoc gaudium in Domino, explicat, & declarat hisce verbis: *Si gaudeam, quod inveni thesaurum, vel quod me homines laudant: istud gaudium carnale est, non in Domino: si verò gaudeam, quod dignus habitus sum pro nomine Domini injuriam pati, vel quod merces nostra multa est in cœlis; hoc gaudium in Domino est.* — *Orig. Homel.*

CAP. IV.

De Proprietatibus veri gaudij falso oppositis.

Firmum & stabile.

Ex dictis sequitur, quæ, qualesque vero gaudio competant proprietates, & conditiones. Prima est, quod sit firmum & stabile, quia super Deum, veluti *super firmam petram*, fundatur. Ubi falsum gaudium Mundi & inconstans, & instabile, quia fundatur supra arenam, *& quod fundatur in materiâ mutabili, mutabitur necesse est, re mutatâ.* Unde jure merito dixit Psalmo Hebræus: *Profana gaudia sunt somniis similissima: oriuntur, obeunt, occurrunt; refugiunt, priusquàm comprehendantur: evolant veluti somnium, evolans non invenietur, transit sicut visio nocturna.* Hinc etiam S. Gregorius, peccatores ob instabilitatem & inconstantiam suam factos esse lusus Dæmonum: *Ludus est Dæmonum, cùm vagas & instabiles animas de vitio in vitium.* — *S. Bern. de fallacia sæculi.* — *S. Greg. 33. moral.*

Con-

Continuum.

Quia, sicuti Deus in seipso est summum b[illegible] & semper amabile, semper delectabile; ita [illegible] continuæ lætitiæ continuique gaudij objectum potest.

Carthus. in Ioan. c. 18. Prætereà est continuum, juxta Carthus[illegible] *quia non solùm est in prosperis, sed etiam est [illegible] versis: ut erant Apostoli quasi tristes, semper [illegible] gaudentes.*

Interius.

Quia est gaudium cordis & appetitus [illegible] ubi intrat Deus, tanquàm objectum cognitum [illegible]

Eccl. c. 30. tum. *Iucunditas cordis, hæc est vita homi[illegible] non est oblectamentum super cordis gaudium.* [illegible] dium Mundi tantùm est in sensu, in carne, [illegible] dictum fuit: neque peccator propter pecca[illegible] taxat amittit consolationem cordis; verùm [illegible] mittit & perdit ipsum cor: *Populo stulto, quo[illegible]*

Ierem. c. 5. *cor.* Quia cor ejus, nempè libertas, [illegible] Dæmone.

Ordinatum.

Quemadmodùm ordo amoris principali[illegible] mariò respicit Deum, secundariò verò dona [illegible] propter Deum, ad eundem modum gaudi[illegible] cipaliter est de Deo, secundariò de donis Dei [illegible] pter Deum.

E contra, gaudium mundanum non respici[illegible] sed creaturas, & dona Dei, & hinc sequi[illegible]

Ioel. c. 1. Mundi: *Depopulata est regio, quia con[illegible] gaudium à filiis hominum.* Peccatores nam[illegible] fuderunt ordinem gaudij, de quibus gaudent[illegible]

Rupertus in c. 1. Ioel. non gaudent: siquidem *gaudent de donis Dei [illegible] glecto Deo.*

Quare S. Chrysostomus ad puritatem gaudij nos exhortatur. Sicut de peccato dolere debemus, non propter pœnam, *quia punimur*; sed propter culpam, *quia Deum offendimus*; ita in operibus bonis minimè nobis gaudendum est de consolatione nostrâ; sed quiâ cum illâ rem Deo gratam præstamus. *Formidolosius est gehennâ Deum offendere: & omni regno desiderabilius Deo placere.* *Chrysost. Hom. 3. de Ani.*

Totale.

Non solùm verum Dei gaudium interiorem consolatur spiritum; sed nonnunquàm, quando est intensum, exteriorem etiam recreat. Est gaudium redundans etiam in corpus; propter sympathiam, quam habent inter se appetitus intellectivus & sensitivus, & hic cum carne. Unde dixit David: *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum meum.* Et S. Anselmus hoc explicat exemplo ferri igniti: *Sicut ferrum ignitum omni sui parte continet ignem; sic in se boni voluptatem, mali verò in se sentiunt anxietatem.* *S. Ansel. de simi. c. 36.*

Est mare simul & stilla.

Divina consolatio mare est comparatione voluptatum mundanarum, *quia gustato spiritu desipit omnis caro*, sapor & gustatio spiritus tali modo satiat animam, ut superet, tollatque omnem gustationem & saporem sensus. Quam ob causam S. Bernardus mentionem faciens consolationis spiritualis, nomine abstracto eam appellavit, ut significaret esse maximam. *Istorum gaudium non est aliquid lætum, sed ipsa lætitia: ipse, scilicet, Deus est omnia in omnibus,* quem modum loquendi excerpsit ex Proverbiis: *Exspectatio justorum lætitia.* Verùm eadem consolatio comparatione gaudij Beatorum stilla est: *Gaudium hoc*, inquit S. Bernardus, *stilla est, guttula est, de fluvio illo descendens, cujus impetus lætificat civitatem Domini. Quandoque veniet tempus,* *S. Bern. de fall. pr. fac.* *Prov. c. 10.*

ut

ut perennibus gaudiis in ipso Divinitatis fonte
immergamur. S. Methildis in spiritu quadam
à Domino deducti fuit in præaltum mon
quo septem virtutum fontes scaturiebant,
guli copiosas dabant aquas, excepto duc
timo, qui erat fons spiritualis gaudij, ex q
sicut è cæteris; sed guttatim stillabat aqu
namque cœlestis consolatio iustis in hac vitâ
tula stillans, ea beatis in alterâ vitâ est fons m
perennis.

S. Methil. lib. 1. c. 5.

Est nectar cœleste.

S. Bona. 2. de diæt. sal. 8. c. 1.

S. Bonaventura tres distinguit species Divi
Primum *est nectar Dominicæ Passionis*; secu
nectar virtuosæ operationis: tertium est nect
fruitionis. Tres etenim dantur fontes veræ
& suavitatis: primus est meditatio Passionis
secundus, operatio virtutum, præsertim Amo
ritatis Dei, & proximi: tertius, reliquos omn
excedens, est fons æternæ fœlicitatis, quâ gau
turque Beati in paradiso.

Est participatio Gloriæ Beatorum.

S. Pet. ep. 1. S. T. Gal. 5.

Eâ de causa consolatio Divina appellatur
lætitia inenarrabilis, & glorificata: quia est par
Gloriæ, qua Beati fruuntur in cœlo. Unde,
Angelicus: *Sicut in flore non solùm est spes*
inchoatio fructus; ita in consolationibus spi
est spes, est & inchoatio beatitudinis. Q
S. Augustinus loquens Deo in Confessio
ait, quod in hoc gaudio cœlesti quasi bea
anima beatitudine quadam vitæ hujus: *ipsa est*
vita; gaudere Ad te, De te, Propter te: ipsa est
est altera.

S. Aug. Cõfes. lib. 10. c. 22.

Gaudium victoriosum.

Quia non solùm excedit cunctas sensus voluptates; verùm omnes etiam superat mœrores & dolores corporis, in quibus, opinione S. Bernardi, per vigorem internæ consolationis Spiritus sancti *submittitur sensus, non amittitur: nec deest dolor, sed superatur, sed contemnitur.* Et S. Chrysostomus subjungit, omnes mortificationes externas absorberi ab interna cõsolatione animæ, *Sicut in immensum mare decidens scintilla.* Hanc veritatem agnovit quoque Seneca gentilis. Gaudium virtutis *non vincitur ab externis malis*, inquit ille, *quia infra mala feruntur.* Corporales namque afflictiones inferiùs tendunt, & extra partem superiorem animæ existunt; unde nec eam immutare possunt, propriam ei surripiendo pacem & lætitiam.

Serm. 61. in Cant.

Hom. 10. ad Pop. Antioch.

S. Bern. in sent.

Propter alias quoque rationes gaudium justi est gaudium victoriosum, illudque vocat Augustinus *victricem consolationem*: quia est efficacissimum medium ad evincendas expugnandasque cunctas Dæmonis tentationes: *Vna est ratio vincendi inimicum, lætitia spiritualis.*

S. Ant. in ejus vita.

S. Athan.

Denique gaudij hujus victoria in eo principaliter consistit, quod *ostendit Dominus animæ, quasi in speculo, & cum ineffabili gaudio, futurum æternum gaudium: & hortatur, ut veniat ad supremum Regnum.* Unde anima immenso æternorum futurorumque bonorum percita gaudio, nihili æstimat, imò despicit quæcunque hujus vitæ bona temporalia, ac nobilem de iisdem reportat victoriam & triumphum.

S. Chrysost. to. 3. Hom. 2 de Pœnit.

Exultatio cordis.

Lætitia spiritualis appellatur à SS. Doctoribus exultatio & jubilũ cordis: etenim gaudium adeò magnũ est, & amplum, ut intra cordis penetrales limites contineri nequeat; sed rapidi instar, & impetuosi fluminis foras erumpat, necesse est. Quamobrem dicitur *exsultatio, quasi extra saltatio*: quale erat jubilum & gaudium David, quandò saltabat coram Arca.

2. Reg. c. 6.

Sicut,

Sicut, qui corpore saltat (& est exemplum
brosij) diversos efficit motus, variosque salt
diversa loca, dextrorsùm, sinistrorsum se ve
eundem modùm, qui spiritu saltat, secun
S. Ambros. *modò in aëris sublimitatem erigitur, modò al*
altiora tollitur, modò diversis cogitationum
Paradisum Cœlumque collustrat. Hæc est
Justi: *& est exultatio in re, unita cum lætitia*
Sperando namque æternum gaudium, in præ
ejus exultat.

Tormentum Dæmonum.

Orig. 1. Reg. c. 19. Lætitia spiritualis, ut eam appellat Orige
gellum Dæmonum: *Quoties in Deo gaudemus*
Diabolum flagellamus. Enimverò satis cru
habent Diaboli, è spirituali justorum gaudio
suam promanare ruinam; quandoquidem
vere nequit gaudio aliquo destituta. Le
S. Greg. in Iob. conformiter loquitur S. Gregorius, *delectatur*
aut infimis: & hoc ipso, quò cœlestibus ori
perioris delectatur rebus, spernit hæc inferiora
ei à Dæmone proposita.

Superat consolationes sensus

S. T. q. 31. a. 4. Probat hanc veritatem S. Thomas ratione
satis evidenti. Quia ad delectationes tres
runt: bonum, potentia, & unio: & omnia
perfectiori modo reperiuntur in consolatione
ctum enim delectabile spirituale perfectius
corporeo, quod ipsa etiam ostendit experien
quidem propter honorem, bonum, ut pot
privant se homines bonis corporalibus, divitiis
rùm, & delectationibus sensus. Et potentia
quæ est subjectum consolationum spiritualium
fectior est potentiâ materiali, in quâ recipiuntur
lationes corporales. Unio denique bonum
cum potentiâ voluntatis perfectior est, quæ

intrinseca & intima: cùm sensus solùm tendat in accidentia; intellectus verò ipsam penetrat rei essentiam. Est & magis durabilis: corporalia enim bona corruptibilia & defectibilia sunt, ubi spiritualia sunt perpetua & indefectibilia.

Hinc concludit S. Chrysostomus: *Melius est, pauperem esse cum virtute victitantem, quàm Regem cum malitia.* Cujus hanc adducit rationem, quia *pauper aliquid animi iucitis perfruitur, exteriorem non sentiens paupertatem ob divitias interiores: at verò Rex deliciatur in rebus, quæ ad ipsum nihil spectant, in iis sanè, quæ ad ipsum pertinent, plectitur: nimirùm, in animâ, in conscientiâ, in cogitationibus.* q. d. Eligibilius est, esse pauperem virtuosum, quam Regem vitiosum: pauper enim habet majoribus perfruitur consolationibus, puta, spiritualibus animæ, ob quas exteriorem haud experitur paupertatem: at Rex bonis exterioribus, quæ non sunt bona propria hominis, torquetur & cruciatur in bonis propriis, nempè, in anima & conscientia. *Chrysost. Tom. 4. Hom. 4.*

Consolatio verò hujusmodi non acquiritur sine mortificatione: quemadmodùm enim præmium supponit laborem, & secundùm mensuram sudoris & laboris crescit præmij quantitas; pari ratione consolatio supponit mortificationem, & juxta augmentum istius crescit etiam illa. Unde commune extat Sanctorum aroma & proverbium: *Da sanguinem, & accipe spiritum.* Si vis gaudere, oportet priùs sustinere. *Vva,* inquit Augustinus, *est in vite, & in torcular;* at diverso modo: *in vite est integra,* sed sterilis, & sine vino: *in torcular est calcata, sed cum vino.* Eodem modo anima sine tribulatione est sterilis, absque dulci vino consolationis: at compressa & calcata in torculari crucis fertilis est, & cum suavi consolationis liquore & sapore. *S. Aug. l. 51.*

Prima igitur mortificatio cœlestem supponens consolationem, est abstinere sese ab omnibus sensuum deliciis & voluptatibus: *Nemo potest in carne, & in spiritu habere deliciat. Quia sicut nemo potest duobus Dominis servire; sic nemo potest gaudere in sæculo, & in Deo.* *Orig. in Luc. c. 16.*

S. Aug. tom. 10. Serm. 38.

Secunda est sufferre sponte lubenterque adver[...] fectus tribulationis & crucis. Sed adverte, an[...] quod, ut optimè docent Sacri Doctores, pri[...] consolationibus Mundanis, *non est aliquid p[...] sed commutare* Mundi consolationes in alias long[...] liores, quales sunt consolationes spirituales, ju[...] missionem Christi: *Centuplùm accipietis.* [...] namque & pax, quâ fruimur in paupertate Chri[...] tuplo melior est lætitiâ, quam percipimus in p[...] divitiarum.

Ethic. 10. S. Aug. in Conf. Tertull. tom. 1. de spect c. 29.

Considera, quotiescunque propter amorem De[...] nullam tibi subtrahis consolationem & volupta[...] poralem, quâ ratione Deus continuò subi[...] tuum, & deliciis illud adimpleat suæ Natura[...] conformibus: enimvenò, juxta Philosophum [...] *voluptas, qualis ejus causa.* Quænam sim hæ, [...] voluptatesque quodammodò exponit Tertul[...] *Quæ major voluptas, quàm fastidium ipsius vo[...] quàm sæculi totius contemptus, quàm vera liber[...] conscientia integra, quàm vita sufficiens, quàm [...] timor nullus.*

CAP. V.

De Mediis, quibus continuum acqu[...] gaudium.

Primum medium.

Semper benè operandum est.

Eccles. c. 3.

Cognovi, quia non esset meliùs, quàm bene[...] lætari in vitâ suâ. Ubi Spiritus sanctus bo[...] perationem jungit cum consolatione, quia una [...] alterius: & quantò magis crescit bonitas opera[...] tantò magis crescit etiam intensio consolationis. [...] mum igitur medium, ut semper læti & hilares [...]

rit semper benè operari : conservantes nos ab omni etiam minimâ imperfectionis labe , & defectu voluntario.

Rationem hujus, quare bonam operationem subsequatur consolatio & delectatio, reddit S. Thomas : *Quia ad delectationem duo requiruntur : & consecutio boni quod convenit, & cognitio talis boni.* Utrumque reperitur in operatione bona ritè, sanctèque peracta. Qui enim perficit actum virtutis , cognoscit bonum virtuosum, eidemque , tanquàm objecto animæ rationali conveniente adjungit & unit. 1.2 q. 32.

Ergò, anima mea, hæc est via veræ lætitiæ, causa veri gaudii, veræque consolationis fundamentum , operari semper benè, virtutum incumbere exercitio , procedere juxta dictamen rationis , & *secundùm rationes æternas.* Quod si lætitiam hujusmodi augeri percupias , non secundùm continuationem & extensionem duntaxat ; verùm etiam secundùm intensionem ; procura , ut actus virtuosus quoque talis sit , continuus , extensus & intensus, præsertim actus Amoris Divini. Quapropter, juxta consilium Apostoli , *exerce te ad pietatem :* ambula in præsentia , & exercitio Amoris Dei , & eum hoc suavem cœlestemque experieris consolationem & lætitiam.

Secundum medium.

Beneficentia erga proximum.

CHaritas erga proximum efficax quoq; medium est, ut vivamus in continuo gaudio. Quod probat S. Thomas: primò , quia bonum proximi nostri, propter amoris unionem, reputamus tanquam proprium. Unde , sicut lætaretur quispiam de bono proprio ; ita gaudet de bono proximi sui. Secundò, quia ratione boni proximo præstiti debitum à Deo sperat & præstolatur præmium , & spes est causa delectationis. Tertiò, quia, cùm quis benefacit proximo, in seipso considerat *abundantiam quandam & excellentiam boni,* S.T. q. 32. a. 6.

propter quam aliis benefacere potest, & hæc ratio causat delectationem. Quartò, ratione Charitatis proximi, quia amore Dei stimulatur benefaciendum proximo, & amor Dei est causa lationis. Quintò, & ultimò, ratione habitus *unde liberales delectabiliter dant alius.* Hoc mum medium erit, ut vita nostra transigatur lectatione & consolatione; si semper fuerimus in benefaciendo proximo, nullam prætermit casionem, quâ, ubi poterimus, non benef proximo. Et si ista consolatio percipitur in tia corporali, quantò major erit in Charitate cùm benefecerimus animæ proximi, procu vera bona supernaturalia Gratiæ & Gloriæ. causa Apostolus fideles à se conversos

Philip. 4. *Gaudium meum, & corona mea*, quia sp fructus lætitiæ suæ causa erat, & propter labo illorum susceptos sperabat coronam Gloriæ.

Tertium medium.

Conformitas voluntatis humanæ Divinæ.

S. Bon. to. 2. Dict. Sal. tit. 8. c. 1. MAximum gaudium est, inquit S. Bon *omnia ad nutum habere, & nihil* Tales sunt, qui voluntatem suam Divinæ pro conformem, cuncta Divinæ subiiciunt vo nonnisi ea, quæ Deus vult fieri, volunt, q eadem omninò voluntas est cum voluntate D

Psal. 113. nihil est, quod resistere possit: *Omnia, quæ facit in cœlo & in terra.* Hanc ob causam illum allexit: *Spirituale gaudium est à cœlesti gau tum.* Sicut enim tota lætitia & gloria Bea visione executionis voluntatis Divinæ; ita tot lætitia Justorum in terra, necesse est. Hic abundans fluvius, torrens ille consolationum

ptatum, quo Deus recreat consolaturque servos suos in cœlo: *Torrente voluptatis tuæ* (vel, ut alia littera legit) *Torrente voluntatis tuæ potabis eos*: adeò, ut eadem res sit *voluptas & voluntas Dei*: idem sit facere voluntatem Dei, quod participare de gaudio Dei. Quare quo modo Beati in cœlo assistentes ante thronum Sanctissimæ Trinitatis Patris, Filij, & Spiritus sancti semper gaudent, & infinito suffunduntur gaudio, quod in omnibus rebus Divinam conspiciant adimpleri voluntatem: eodem modo anima semper ambulans in præsentia Dei, Sanctissimæ Trinitatis, Humanitatis Christi, & sanctissimæ Matris, in comitatu Angelorum & Archangelorum cœli Incolarum, totum suum gaudium in eo constituet, quod in omnibus rebus, tàm prosperis, quàm adversis videat adimpleri Divinam voluntatem. Sed de hac materia latiùs dicetur alibi, in exercitio conformitatis voluntatis Lunianæ cum Divinâ.

Quartum mediura.

Continua mortificatio.

Duo veri gaudij principia sacri Doctores assignant: spem, videlicet, præmij futuri, & tolerantiam Crucis præsentis: *Gaudendum*, ita loquitur S. Bernardus, *de iis, quæ exspectamus: gaudendum de iis, quæ sustinemus.* Quemadmodum namque nihil est, quod magis in Dei resultat gloriam, nec plùs in nostram redundat utilitatem, quàm pati propter Deum; ita quoque nihil est, quod majorem animæ confert voluptatem & lætitiam, quàm si propter Deum patiatur. Propterea S. Jacobus Apostolus asserit, quod idem pati, & in eodem pati propter Christum, *sit omne gaudium*, quia supponit, quod idem pati *sit omne bonum*, ut alibi probatum est. *S. Bern. de Verb. Dom. ser. 2.* *S. Iac. 1. In exercit. de Pass. Christi.*

Ergò, anima mea, si vis semper gaudere, semper vivere in jucunditate & lætitia, Christi Crucifixi familia-

rem te exhibe: occasionem patiendi indies à Deo tibi oblatam prompto accepta animo: ibi mox non alibi, veram reperies lætitiam, veram pacem, rumque in terris paradisum.

Quintum medium.

Bona Conscientia.

Alb. Mag. in Parad. animæ c. 22

ILle veram (& consequenter continuam) habet, inquit Albertus Magnus, *qui* conscientiam, quopiam peccati stimulo non dentem, *in omnibus factis suis.* Talis ait Sapiens, est continuum quoddam perpetuum jubilum, & gaudium: *Secura* peccati timore, *juge convivium. Maximum*

S. Chrysost. to. 5. adver. eos, qui tantùm in festis conveniunt.

est bona conscientia, affirmat S. Chrysostomus, *licet nobis, si velimus, per singulos dies festum si virtutem exerceamus, & conscientiam* De eadem sic discurrit Hugo de S.

Hugo vict. lib. 11. c. 6. de anima.

Tranquilla conscientia est, qua omnibus nulli gravis, utens amico ad gratiam, patientiam, cunctis ad benevolentiam, potest ad beneficentiam. Verùm hac lætitia fruuntur peccatores, qui cum omnibus suorum oblectamentis, quibus ad tempus

S. Bonav. Diæt. Salv. tit. 8. c. 1.

semper ac continuò torquentur, duobus malis: *à conscientiâ remordente, &*

S. Chrysost. to. 5. ep. 8. ad Olymp.

dine cruciante.

Ac primùm malum opinione D. Chrysost. pejus est, ac esse possit. Unde ab eodem *Crudele tormentum, dolor inexplicabilis, vermis cordis tinea, carnifex perpetuus, jugis rus, funda, tempestas & turbo, febris non apparens, requiem non habens.*

Apud Bon. l. c.

De secundo malo sollicitudinis S. Bernardus modi fert sententiam: *Divitiæ mundanæ acquiruntur, cum timore possidentur, & cum dimittuntur.*

Quapropter, ut benè advertit S. Bonaventura: *ipsum jacet in lecto florido*: quia juxta mentem D. Gregorij, *Sancti nihil hujus Mundi appetunt, mentis corde tumultibus comprimuntur.* Et hujus rationem apportat S. Augustinus: quia *bibunt de flumine Paradisi, cujus una gutta major est Oceano; unde tota sitis hujus Mundi extinguitur.* Aſt peccatore contrario *jacet in lecto ſpinato*, propter ſtimulos & ſpinas paſſionum, quibus continuò pungitur & affligitur ob remorſum conſcientiæ, ob ſollicitudinem bonorumque rerum temporalium. Et tametſi nonnulla videatur gaudere ſenſus voluptate; ſubitò tamen hanc ſuffocatur & extinguitur ab interna triſtitia remorſus conſcientiæ: quia *nulla quies exterior poterit delectare, quamdiu conſcientia habet, unde poſſit murmurare.* *loc. cit.* *D. Greg. apud Bon. loc. cit.* *Holcot in Sap. 8.*

Hæc igitur via eſt, & medium ducendi ſemper vitam quamcam fœlicem, vitam beatam, feſtivam & jucundam: *cantare canticum novum ſcire jubilationem, choros ducere cum Sanctis Angelis.* Beatus ille, qui puram & mundam ſtudet conſervare conſcientiam, *absque macula, & ſine ruga* ſeu gravi ſeu levi. Tunc enim *fiet in eo fons aquæ vivæ, fluvius pacis, fluvius voluptatis.* Ut meritò de eo dici poſſit: *Regnum Dei*, cum eadem gloria & gaudio Dei, *intra eum eſt.*

Sextum medium.

Memoria Paſſionis Chriſti.

Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. Vult dicere juxta Alberti Magni expoſitionem: *Gaudebo in Domino Creatore, & exultabo in Deo meo Redemptore.* Et ſicut exultatio eſt lætitia quædam vehementior ac vehementior ipſo gaudio, ita quoque magis nobis plaudendum ac jubilandum eſt, inquit Propheta, propter Redemptionis, quam Creationis beneficium: *Gaudebo in Creatore*; at *exultabo in Redemptore.* *Iſa. 61.* *Paradiſi anima c. 24.*

Et ratio evidens est: quia per creationem acce[illegible] Dei; per Redemptionem verò ipsum obtinui [illegible] mediante Gratia per Passionem Christi nobis [illegible] sita.

Et Communis Sanctorum doctrina est, [illegible] Passionis Christi binam præ se ferre faciem & [illegible] uno excitare dolorem, gaudium altero. [illegible] duobus modis considerari potest: primò, [illegible] suam causam, quæ sunt peccata nostra: secun[illegible] effectus suos, qui sunt Redemptio nostra; [illegible] æterna nobis confert dona Gratiæ & Gloriæ. [illegible] secunda consideratio, quia fundata est in [illegible] Gloria, summaque gloria nostra, non potest [illegible] sare in corde verum ac continuum gaudium & [illegible] tionem.

Septimum medium.

Memoria cœlestis Gloriæ.

S[illegible] *in æternitatem animum erigit: & ideò* [illegible] *quæ exteriùs tolerat, sentit: sed magis gaudii* [illegible] *rescit*, ait D. Gregorius.

S. Greg.

Eandem doctrinam tradidit Christus disci[illegible] quando gaudebant, quod dæmones ad man[illegible] rumque nutum exirent è corporibus obsessis: [illegible] *men in hoc nolite gaudere, quia spiritus subiiciuntur* [illegible] *gaudete autem, quia nomina vestra scripta* [illegible] Quibus eosdem instruere voluit, quale esset [illegible] solidum gaudium, *quod nemo tollit à nobis.* [illegible] ceret: nolite gaudere de expulsione dæmonum [illegible] namque etiam cum hoc damnari possunt; sed [illegible] lætitiæ ansam præbere debet, quod nomina ve[illegible] sint in libro vitæ, quod sitis è prædestinatorum [illegible] rum numero, electi ad æternam gloriam: hæc [illegible] causa veri ac continui gaudij, perpetuæque lætitiæ [illegible] dum fundamentum. Ergò spes Gloriæ fundam[illegible] paliter in meritis Christi, in nostris secundariò, [illegible] fectæ continuæque lætitiæ causa est.

Luc. 10.

Octavum medium.

Beneficium Incarnationis Verbi Divini.

Maximum gaudium erit in cœlo, asserit S. Bernardus, *videre Hominem, hominum conditorem, videre*, inquàm, eum nobis similem, nostrumque fratrem factum, qui est Deus est Creator noster. *Res vera magnum est & mirabile, carnem nostram sursùm sedere* ad dexteram Patris, *& ab Angelis & Archangelis adorari.* S. Bern. ap Carthus. de 4. novis 61. S. Chrysost. apud Alb. Mag. in Parad. anim. c. 23.

Hæc consideratio ad maximam continuamque in terris conferendam lætitiam sufficiens est, eò quod exercitium sanctæ fidei suppleat defectum visionis beatæ, verèque credatur, Deum nobis propinquitatis consanguinitatisque nexu conjunctum esse, nec Angelum sed hominem esse nobiscum. Si consanguinitas inter Magnates hujus Mundi contracta incredibilem Mundo præbet lætitiæ occasionem, quantò magis propinquitatis nexus nostræ naturæ cum Divina? *Nobiscum Deus*, ex nostra progenie, stirpe, & stemmate oriundus. Hoc est fundamentum omnis veræ lætitiæ, ait Albertus: *quia Deus humanam naturam in tantum sibi univit, ut verè dicatur Deus esse homo, & homo esse Deus: & quidquid Deus habet per naturam, homo habet per gratiam.* Alb. Mag. Parad. 23.

Nonum medium.

Amor Christi.

VAlde efficax est hoc medium, ut è corde cunctam diminuemus tristitiam, eamque ceem quandam, continuamque convertamus lac ac vitæ quasi beatæ gaudium. Et quid, quæso, est cor amore Jesu illigatum & captum, quam quod Beatum? Homo ardenter amans Jesum, quàm beatus in terra, fœlici gaudet vita, omnidine & gaudio repleta. Idque doctrinæ S.

1. Pet. ep. 1. Petri planè conforme est, cùm ait: *Quem videritis, diligitis: in quem nunc quoque non creditis: & videntes exultabitis* (vel ut alij *exultatis, lætitia inenarrabili, & glorificata.* verbis docet nos Apostolus, tres actus nobis dos esse in Christum: cognitionis, Amoris Gaudij. Et gaudium illud vocat lætitiam catam, talem, inquam, lætitiam, quæ municatio & participatio quædam æternæ & Gaudij beatifici. Quicunque igitur hilariterque vivere, in terra conversari inter cœlestesque inter delicias quiescere, unico re, unico solo desiderio unico solo affectu, videlicet, & sancto amore JESU Christi præmuniat & repleat, necesse est. Etenim hic amor talis naturæ est, ut, ubicunque inexplicabilem proferat dulcedinem, sicque *pertus potest credere, quid sit IESVM diligere.*

S. Bernard. quidem *est dulcis memoria, dans vera cordi* Eandem veritatem docet nos Spiritus sanctus:

Eccles. c. 1. *Domini* (id est filialis) *delectat cor, & dabit tiam, & gaudium, & longitudinem dierum. Et ria & gloriatio, & lætitia, & corona exultat* Amor Dei suo influxu tribuit cordi, quod

dona cœlestia consolationis, exultationis, Gloriæ, summique Boni, quod est gaudiorum omnium fundamentum.

Decimum medium.

Devotio erga Beatissimam Virginem Deiparam.

Non habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius, sed lætitiam & gaudium. Sap. 8.
Quæ sententia primariò & principaliter verificatur de Sapientia increata & incarnata; at secundariò eandem SS. Patres intelligunt B. Virgine, cui, tanquàm veræ benignæque Matri singularis hæc competit proprietas, ut cordibus devotorum filiorum suorum gaudij infundat spiritum, spiritualemque lætitiam.

Quapropter Arca Dei, sanctissimæ Dei Matris figura, quemcunque locum, in quem divertebat, cœlesti replebat benedictione, spirituali lætitia, & consolatione. Unde David *adducebat Arcam Dei cum gaudio:* & in signum gaudij, quod sentiebat in corde, *saltabat totis viribus coram Arca.* Neque id mirum, quia, cum sit Mater *pulchræ dilectionis*, puri, sanctique Amoris: Mater quoque est puri ac veri gaudij, effectus, utpotè, Divini Amoris. 1. Reg. c. 6.

Neque aliter contingere poterat, ut illa, quæ *Immensi gaudij est Genitrix*, non esset etiam Mater gaudij creati in cordibus nostris. Prov. 24.

Devota igitur humilitate, humilique devotione salutemus & rogemus sanctissimam Virginem: *Ave* (id est, gaude) *sicut in te, ita in nobis.* Gaude *in te, quia Dominus tecum*: & Gaude *in nobis*, quia *Dominus nobiscum*: ac gaudium Divinum, *quod est per infusionem in te*; sit etiam quodammodò *per refusionem in nobis.* And. Cret. de Annũc. S. Thom. 2. pus. 6.

Unde-

Undecimum medium.

Desiderium Cœli.

S. Chrysost. to. 5. Ho. 18. DE hoc medio egregiè sanè more solito [illegible] S. Joannes Chrysostomus Inquirit primò [illegible] *Quomodò fieri potest, ut qui homo est, semper [illegible] Gaudere namque non est difficile: continuè autem [illegible] impossibile videtur.*

Sed possibile est, ô homo, respondet [illegible] ctus: *& si possibile non esset, non admonuisset [illegible] lus, nec consuluisset. Non enim simpliciter [illegible] gaudete: sed addidit continuò voluptatis causam [illegible] dixerit, Gaudete in Domino semper.* Enimvero [illegible] sufficientissima materia est continuæ lætitiæ [illegible] autem gaudium hominis Christiani sit in [illegible] seu Deo, tres requiruntur conditiones [illegible] Chrysostomum: prima, *Sit bonâ conscientia [illegible] tus*: secunda, *Ad futura anhelet*: tertia [illegible] *beatam spem.* Conscientia munda, [illegible] Cœli, & cum desiderio Exspectatio adventus [illegible] in nostrâ morte. Ast dicet quispiam: Hoc [illegible] tra experientiam; siquidem nec homines etiam [illegible] sancti continuè hanc percipiunt lætitiam. [illegible] det S. Bernardus, gaudium seu lætitiam [illegible] nuam in hominibus perfectis, *secundum [illegible] virtutis*; esto non sit continua *secundum [illegible] consequentem*: semper namque cum [illegible] pace Divinæ resignati voluntati; tametsi [illegible] per persentiant consolationem spiritus: [illegible] *enim ille beatitudinis est*, & non est continua [illegible] vitâ.

S. Bern. serm. 5. in Quad.

Hoc igitur est efficacissimum medium [illegible] continui gaudij, nec non cujusdam [illegible] status futuræ Gloriæ in hac vitâ, si ab omni [illegible]

nacula mundi ac liberi vivamus, exstirpemus è corde quodcunque, etiam minimum rei temporalis desiderium, & vivamus cum certa ac secura spe bonorum temporalium bonorum præsentis vitæ; sed æternorum vitæ futuræ. Idque *est gaudere in Domino, & semper in Domino gaudere*, conformiter monet Apostolus.

Conclusio hujus Exercitij.

Ex dictis evidenter hæc conclusio eruenda, & pro ejusdem executione, indelebili charactere cordibus nostris insculpenda est.

Homo vivere nequit in hac vitâ absque voluptate seu gaudio, aut Mundi, aut Dei. Non potest simul de utroque gaudere, cum sint gaudia sibi contraria & repugnantia, veluti supra probavimus. Verum igitur gaudium de Deo amplexari debet, exterminando è corde suo falsum gaudium Mundi.

Eadem hæc conclusio nobis proponitur & confirmatur à D. Augustino. Refert enim ille, quod S. Apostolo Paulo Athenis existente, variarum sectarum scholæ, ut Epicurei & Stoici cum eodem sermones contulerint: primi verum bonum, verumque gaudium collocabant in voluptatibus & delitiis corporis; secundi in virtute animæ. *Dicebat Epicureus: Mihi frui carne bonum est. Dicebat Stoicus: Mihi frui mea mente bonum est. Dicebat Apostolus: Mihi adhærere Deo bonum est. Errat Epicurus, fallitur Stoicus: sed beatus cujus nomen Domini spes ejus.* Etenim beatitudo nostra & verum gaudium non est in corpore, nec anima; sed in utrumque Creatore. Ergò secuti veram doctrinam haudquaquam sequi debemus Epicureorum sensualitatem, neque Stoicorum superbiam; sed necesse est, totâ cordis nostri plenitudine amplexemur mortificationem & humilitatem Christi, veram nostram beatitudinem, verum nostrum gaudium, non tantùm in cœlo, sed etiam in terra.

S. *Aug. to.* 10. *serm.* 13. *de verb. Apoc. c.* 7. *Actor. c.* 7. *& lib.* 10. *de Civit. c.* 18. *& alibi.*

De

De mediis ad hunc continui gaudij finem ne[...] dictum est supra: inter omnia autem facilius [...] utilius mihi videtur esse medium illud Conform[...] voluntatis nostræ cum Divinâ in omnibus rebus, [...] suo loco dictum fuit.

Neque, ut veris Dei deliciis gaudeamus, [...] citer abdicandæ sunt voluptates Mundi, sed [...] in id nobis collimandum est, & allaborandum, [...] per proficiamus in gaudio Dei, quousque [...] cesset, ac totaliter evanescat gaudium Mundi [...] egregiè verbis hisce, quibus exercitio huic [...] imponam, nos exhortatur D. Augustinus: [...] *gaudium in Domino, donec finiatur gaudium in [...] gaudium in Domino semper augeatur, gaudium in sæculo semper minuatur, donec finiatur.*

S. Aug. serm. 37. tom. 10.

EXER-

EXERCITIUM TERTIUM.

De perfectâ Votorum religiosorum, Consiliorumque Evangelicorum observantiâ.

CAPUT I.

Introducitur breve schema Hominis religiosi, religiosaque Professionis.

REligiosus in conspectu Dei attentè considerare debet, qualis sit nobilitas, altitudo, & eminentia status sui, qualisque vocationis suæ obligatio: ut omni studio, Divinâ opitulante gratiâ, excellentiam vitæ conformare satagat dignitati status.

Plurimùm displicet Domino Deo, & tanquàm res monstruosa ei horrori est non mediocri, quando altitudo professionis & vilitas morum: perfectio status & imperfectio vitæ in unam concurrunt personã *Monstruosa res, lib. 2. de* S. Bernardus, *gradus summus & animus infimus, sedes Consid.* prima & vita ima, lingua magniloqua & manus otiosa. Conformiter loquitur Climacus: *Criminosior culpa, ubi honestior vita.* Status & professio Religiosorum, *S. Tho. o-* terra mentem Sanctorum, status medius est inter ter- *pus. 1.* renum & cœlestem, inter humanum & Divinum: *S. Dionys.* Est *supremum infimi, quod attingit infimum supremi.*

Est

Est accessus quidam, vel, ut melius dicam, ad pristinum statum protoparentis nostri Adae primam originem: ad statum Angelorum, quo officium: & ad esse Dei, quo ad ipsius gloriosam citatem. Religiosi sunt in Mundo, extra vivunt in carne, *supra carnem*: & sibi ipsis mentis cum Deo, & per Deum.

De cœlest. Hier. c. 7. Theologus Areopagita nominat vitam Religiosorum *puram, non partitam, unificantem sacrum in Deiformem unitatem* Vitam puram, & non divisam cum Mundo, in Deum transformatam

Aafrat. de monte Dei. media cognitione. *Altissima est professio supra* S. Bernardus loquens Religiosis *Cœlos transite gelus, Angelicæ similis puritati: non enim omnem sanctitatem, sed omnem sanctitatem perfectionem Aliorum est Deo servire; vestrum inhærere. Deum credere, scire, amare, revereri: vestrum intelligere, cognoscere, frui.* Religiosorum propriam

Nazianz. orat. 2. subjungit Nazianzenus: *Superiorem caducis tam agere: Divinas species & imagines pure terrenis formis permistas, secum ferre: Divinarum purum speculum indies magis puro gelis versari, & si in Terra agant, Terram deserere spiritu in cœlo collocentur.*

Admonit. ad frat. Greg. c. 4. in Iob. Hæc est causa, cur juxta mentem S. Basilii, *quedam inter homines conversantur, velut cœlesti aviditate flagrantem: & subtractis à visibilia conspiciunt: & repleti invisibilibus perfectè contemnunt: & omne, quod in Mundo aeternitatis calcant.*

Et ut paucis plura complectar cum eodem Nazenzeno: *Proprium est Religiosorum, cum Deo* assuescere se ad esse, vitam & mores Dei imitando Idæam, transformare se in suum Prototypon, manifestare in vita sua per gratiam hoc ipsum, quod gaudet in seipso per naturam. O inexplicabilem gioso instituti dignitatem! O Magisterium Scholam Spiritus sancti, veræ sapientiæ Disciplinam Artem transformandi se in Deum! O Exercitium tum Deificum!

Hic altissimus Religionis finis est. Media proportionata sunt Vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ. Removent omnia perfectionis impedimenta: *Omnem cupiditatem contra Charitatem.* Disponunt ad præsentiam Dei cum oratione continuâ: *In omni loco, in omni tempore, in omnibus.* Viam ad cœlum adæquant & facilem reddunt: *Levem cum Christo ad cœlestia ascendere faciunt.* Consecrant nos Deo in perpetuum holocaustii sacrificium: *Cum quis suum aliquid Deo vovet; & aliquid non vovet, sacrificium est; cùm verò omne, quod habet, omne quod vivit, omne quod sapit, omnipotenti Deo vovet, holocaustum est.* Verùm proprius sanctissimorum votorum effectus est, quod erigant ac sublevent animam ad summum perfectionis gradum, eamque indissolubili immobilique nexu uniant primæ sanctitatis Auctori, Christo Crucifixo: nos eidem Cruci cum Christo affigant, efficiantque Crucifixos vivos. *Quibus Mundus crucifixus est, & ipsi Mundo.* O sancti & benedicti clavi! O sacra & veneranda vota! Pedes terrenorum affectuum affigantur voto Paupertatis: manus sinistra voluptatum carnalium suffigitur voto Castitatis: dextera honoris vani & mundani voto Obedientiæ.

2.2. q. 186. a. 7. Clim. serm. 5. S. Hieron. ep. 5. S. Greg. Ezech. Hom. 6.

Homo crucifixus, secundum Cassianum, *non potest per animi sui motum membra movere, nulla passione succenditur, non est sollicitus de crastino, de suis affectionibus non cogitat: illuc præmittit sui cordis intuitum, quò se non dubitat illico transiturum.*

Cass lib. 4. c. 34. 35.

Et Religiosus in virtute Votorum similes sortitur conditiones: Non potest ad libitum movere affectus & desideria sua: sed eadem juxta Obedientiæ regulam ordinare debet: non molestatur ab inordinatis passionibus superbiæ & iræ; non est sollicitus de iis, quæ in futurum sibi sunt necessaria: nihil cogitat de malis præsentibus; *sed illuc habet animæ oculos defixos, ubi se sperat momentu singulis migraturum: & non solùm carnalibus vitiis, verùm etiam ipsis elementis mortuum se existimat.*

Beati clavi, non tam patibulo Crucis nos suffigitis, quam nos deducitis in possessionem throni Gloriæ.

Beati clavi, veræ Paradisi estis claves: *Clavus* [illegible] *factus est clavis reserans*, ait S. Bernard. Et hæc est [illegible] ob quam Sacri Doctores Religionem vocent [illegible] *genus martyrij horrore mitius; sed diuturnitate* [illegible] *stius*. Si in martyrio infertur mors corpori, [illegible] turque vita, quam recipiebat ab anima; in Re[illegible] per sacra vota mors pariter infertur animæ, [illegible] vita, affectus scilicet Mundi, & suiipsius, [illegible] eius alia substituitur longè melior, quæ est vita [illegible] *Vtinam non sibi vivat; sed ei, qui pro ipso mo*[illegible] *& resurrexit*. Finis igitur Religiosi eminentis [illegible] tudo perfectionis est: Media verò, perfecta [illegible] observantia.

Sirm. 30.

Disseramus nunc de modo exercendi eam: [illegible] universali, deinde in particulari.

CAP. II.

De praxi seu exercitio perfectionis [illegible] *in communi.*

PRimò supponendum est consilium, quod [illegible] nymus dedit Paulino: *Noli in te medi*[illegible] *contentus sis: totum summum, totum perfec*[illegible] *dera*. Religiosus Divinæ Gratiæ munitus [illegible] generoso animo ad omnem perfectionis [illegible] aspirare debet, exiguo non contentus, nec [illegible] eique inspicienda est vita & mors Christi [illegible] exemplum tradita, quæ fuit continuus quidam [illegible] paupertatis & obedientiæ. Quo titulo appe[illegible] Passio ejus in monte Thabor: *Loquebantur* [illegible] De S. Ignatio Lojolâ legitur, quod de seipso [illegible] lebat: *Se vivere non posse, si quid in animâ suâ* [illegible] *& non omni ex parte Divinum adverteret.*

In ejus vitâ.

Secundò, magni faciendæ sunt, & æstimanda [illegible] rum votorum virtutes, veluti consecratæ in [illegible] Divinâ Christi, & propter Divinum contactum [illegible] Deificæ effectæ. De Paupertate asserit S. Bern[illegible]

sacram in suo corpore, Christus dedicavit Paupertatem: quod idem de aliis virtutibus verificari potest. Ex hac affirmatione progenerabitur amor & desiderium perfectionis & puritatis votorum.

Tertiò, quia hæ virtutes tanquàm consecratæ & Deificæ in Christo vim & efficaciam obtinuere consecrandi etiam, & quasi Deificandi ipsum Religiosorum: *Divinum quoddam vas efficitur*, totum Divino usui consecratum & dedicatum. Et quemadmodum calix consecratus, & ad altaris usum deputatus absque sacrilegio haud posset applicari ad alium usum prophanum; sic Religiosus totus Dei servitio dedicatus minimè se implicare debet servitio Mundi. *Serm. 4. de mon. instit.*

Consecratio facta per vota, *est totalis subjectio*, ut docet S. Thomas, *ad Divinum famulatum*: totalis subjectio, inquit, non dividenda cum aliis, independens a divitiis, voluptatibus, honoribus, cunctisque rebus Mundanis. 1.2. q. 88. a. 7.

Quartò, ut vota in propria compareant pulchritudine & nobilitate, in lumine fidei, non sensuum, inspicienda sunt. Fides namque docet, paupertatem esse perfectam quandam opum divitiarumque cœlestium possessionem: castitatem esse vitæ æternæ fruitionem: Obedientiam esse Dominium rerum omnium creatarum.

Quintò, non exiguum confert emolumentũ frequens votorum renovatio, hujusmodi enim holocausta sunt Deo gratissima: veluti patet in S. Francisco, quando S. D. M. in signum votorum tria obtulit pulcherrima numismata aurea. In voto Paupertatis Deo, certo quodam modo, præsentantur omnes divitiæ creatæ; in voto Castitatis cunctæ voluptates & oblectamenta carnæ: in voto Obedientiæ omnes honores & dignitates mundanæ.

Sextò, proderit etiam, ea semper gestare parata in corde & ore, veluti tria arma potentissima contra assultus ferocium nostrorum hostium. Omnis siquidem tentatio, aut est contra virtutem Paupertatis, vel contra Castitatem, vel contra Paupertatem: ergò si superfluæ commoditatis tentaberis desiderio, responde: *Vivat Paupertatem*; si desiderio oblectamenti sensualis,

etiam liciti, infestaberis, voto castitatis te
dicendo: *Voveo Castitatem*: si propriâ
propriaque voluntate & judicio; capearma
tiæ, & dic: *Voveo Obedientiam. Et hæc*
quæ vincit Mundum, Fides nostra, Fides
torum. *Quis est, qui vincit Mundum,*
quoniam IESVS est Filius DEI; Ratio,
gelicum D. est, quia qui credit Christum
Deum, consequenter credit, quod in Christo
summi boni, ergò non fiet defectus veri boni,
veri mali, & cum hoc cuncta evincit tentatio
Bino namque armorum genere Mundus nos
& impugnat: *alliciendo bonis* divitiarum,
honorum: *& terrendo malis* Paupertatis,
& Obedientiæ. Verùm vincit Fides nostra,
contemnit illa bona, quia non vera bona, cùm
in Christo. Nos igitur impugnat Mundus
alliciendo; at non expugnat: nos vincimus
sacris muniti votis.

Ioan. 1.

Septimò, super omnia perfectæ votorum
tiæ necessaria est totalis quædam renuntiatio
tia propriarum virium, ac omnimoda fiducia
vocationis, non speculativa modò, sed etiam
credendo intellectu, & voluntate etiam
tendoque omnimodam hanc dependentiam
gratiâ: semper, & in omni eventu Divinam
opem & auxilium. Ac tales, opinione D.
sunt pauperes spiritu, *Qui semper adjutorium*
mendicantes. Unde ex textu Græco, loco
peres, vertitur, & legitur: *Beati Mendici*.
crescit hæc dependentia, eò perfectior est
randi. *Tamdiu est aliquid homo*, affirmat
stinus, *quamdiu hæret illi, à quo facta*
Si certissimum est, & veritas Fidei, quod
boni possumus facere, veluti dixit Salvator;
tione possibile erit, quod *sine Deo aliquid*
mus? Semper igitur nobis est confugiendum
recurrendum ad Deum, petendum Divinum
lium: rogemus Dominum, ut *det nobis*
pauperem, spiritum castum, spiritum

ut perfectam in Divinâ Gratiâ fiduciam, ac de nobismetipsis diffidentiam;

Ultimò, necessaria est cooperatio nostra, *ut neque in minimis* velimus deesse Divinæ Gratiæ : qui est fidelis in parvis & minimis, à Divinâ Gratiâ promovebitur ad majora. Qua de causa magno cum fundamento ait D. Anselmus : *Custodia, vel negligentia minimorum, signum est observantiæ, vel inobservantiæ in Religione.* Undeinfert Cæsarius : *Non est minimum negligere minima.* Ratio, quam adducunt Theologi, est, quia defectus parvus, tametsi parvus & minimus sit *in genere offensæ Dei*, ac disponit ad defectus & excessus majores, & quamvis non tollat gratiam; tollit tamen fervorem, tollit enim *auxilia Dei specialia*, ad operandum cum fervore necessaria. Quare omni conatu & studio fugere debemus cunctos defectus etiam minimos contra vota Paupertatis, Castitatis & Obedientiæ, memores illius sententiæ Eusebii : *Venire ad Religionem, summa perfectio est; non perfectè vivere in Religione, summa damnatio est.* Et hæc de exercitio votorum in genere. Dicamus modo de exercitio eorundem in particulari.

S. Anſel.

Cæſarius.

Euſebius.

CAP. III.

De perfectâ observantiâ Votorum in particulari.

De Paupertate.

PRimò, perfectio Paupertatis consistit in quinque expropriationibus : prima est expropriatio dominii : secunda, usus proprietari : tertia, usus superfluus : quarta, certi alicujus necessarij : quinta, af-

Ac primitùs ratione voti Paupertatis debes [illegible] liare omni dominio, quod *est jus disponendi à* [illegible] *libitum, independenter à voluntate Superioris.* Un[illegible] potes quidquàm donare, nec alienare, vel dare, [illegible] recipere sub quocunque prætextu vel titulo donat[illegible] mutui, eleemosynæ, absque Superioris licentiâ, [illegible] quidquàm Superiorem celare, nec eum impedire [illegible] ut desuper non disponat.

Prætereà, ultra dominium debes te quoque [illegible] & exspoliare usu. Non habet Religiosus usum [illegible] *sed tantùm usum facti, est purus usuarius*: qui nulla [illegible] & hanc nonnisi in usum à Superiore sibi concessa [illegible] plicare potest.

Ulteriùs, usu rerum superfluarum, & non [illegible] riarum te prives, necesse est. *Nihil superflu*[illegible] *cedatur*, ita pro Religiosis ordinat Concilium [illegible]

Sess. 25. c. 5. dentinum, *nihil necessarium denegetur.* Obser[illegible]

1. Tim. 6. consilium Apostoli: *Quæstus magnus, pietas* [illegible] *cientia. Habentes alimenta, & quibus tegamur,* [illegible] *tenti simas.*

Neque hoc sufficit: necessarium etiam non [illegible] esse certum, sed incertum; ita ut sæpe numerò [illegible] ostendatur cum experientiâ effectus aliquis Paupe[illegible]

S. Bern. *Pauperes esse volumus*, ait S. Bernardus, *modi* [illegible] *desit.* Non est vera Paupertas ista, est Paupertas [illegible]

Psal. 73. rens, ficta, sapiens hypocrisin. *Pauper & in*[illegible] *dabunt nomen tuum.* Paupertas cum inopia [illegible]

S. Bern. pertas vera glorificans & laudans Deum. *Pauper* [illegible] S. Bernardus, *qui non habet necessaria ex se: in*[illegible] *nec ab alio.*

Denique, ad perfectionem Paupertatis [illegible] ut te prorsùs exspolies omni rerum non [illegible]

S. Ignat. rum affectu: quemadmodùm statua, [illegible] gnatius, nullum prorsùs habet affectum [illegible] sivè sit nova, sivè trita & antiqua. Alioquin [illegible]

Coll. 4. a. c. 11. advertit Cassianus, *non est abscindere passionem* [illegible] *immutare à pretiosis rebus ad vilia.* Et S. Aug[illegible] adducit in specie signum aliquod, quo, quando [illegible] modi adsit affectus, cognoscatur. *Signum est* [illegible]

cum dolore discedit, cum amore aderat: si, quotiescunque superior te privat nonnullis vestibus, cubiculo, &c. mœrore corripetis, & tristitia, signum est, iisdem te apposuisse affectum tuum.

Hic est verus Pauper spiritu, Pauper corde, qui affectu amoreque privatus terreno, non solùm non gaudet proprietate & dominio rerum; sed nec illud amat & desiderat: non tantùm non habet superflua; sed nequidem vult & appetit, imò fugit, spernit & contemnit, *& omnia arbitratur ut stercora, ut Christum lucrifaciat.* Hujusmodi nobis exemplum dedit Christus in vita sua: *qui propter nos egenus factus est, ut sua inopia nos divites efficeret.* Primò, spoliando se omni dominio temporali, sive in actu primo, sive in actu secundo. *Regnum meum non est de hoc Mundo* Spirituale duntaxat sibi retinendo Dominium. Privavit se omni re, quæ umbram etiam haberet superfluitatis. Et ad hunc finem advertit S. Augustinus, quod Apostoli non utebantur calceis, sed sandaliis: *ea enim contegunt plantam pedis, quod ad necessitatem: calceatum superiorem partem, quod ad commoditatem pertinet.* Frequenter ipsis deficiebant necessaria, ut propterea cogerentur nonnunquàm se sustentare quibusdam spicis frumentorum. *Discipuli esurientes cœperunt vellere spicas, & comedere.*

Philip. 3. 2. *Cor.* 8. *Ioan.* 18. *S. Aug.* *Matth.* 12.

Verùm ad quod extremæ Paupertatis signum devenerit Christus, satis superque demonstrant vitæ suæ primordia & terminus natus est in stabulo, proprio bestiarum habitaculo, necessariis omnibus prorsùs destitutus: nudus in ligno Crucis mortuus, nec minimam aquæ habuit guttulam, quâ extremam, quam patiebatur, sitim mitigaret.

Et hæc veræ Paupertatis Idæa, Crucifixi, nempè, nuditas: quam quotiescunque inspicit & respicit Religiosus, verum exinde exemplar, quod imitetur, excerpere debet. O nuditas ditissima & nobilissima! *Tu es curarum omnium depositio, securitas vitæ, via omnibus impedimentis libera, mœroris alienatio, mandatorum fides, Mundi totius dominium.*

Climacus grad. 26.

Quod de Paupertate rebus omnibus nos spo-
diximus, de eâ paupertate intelligitur, quæ
rebus nos efficit indigentes; quod si enim comp
bonorum cœlestium eandem considera
dicetur.

Paupertas duas, ut ita loquar, sibi vendicat pro
vas: Terram unam, Cœlestem alteram. In pri
exspoliat terrenis opibus; in secundâ divitias
spirituales. Unde cor Religiosi in veritate d
pauper & dives: pauper bonis temporalibus, di
nis spiritualibus. *Est dives*, affirmat Spiritus
eùm nihil habeat: & est pauper cum in divitiis
giosus pauper est dives sine divitiis: & sæcu
est pauper cum divitiis. Ratio est, inquit Beda,
divitiis internis abundat, quæ veræ divitiæ sunt
Hæ sunt maximæ divitiæ, ait S. Chrysostomus,
divitiis. Si se conturbat, affligitque amissio
lium, animet te, consoleturq; vicissim lucrum
Bona commutatio est, quando pro pauxillo
æstimabilia cœli comparamus bona. Præmium
cœlorum, ait S. Bernardus, *non tam promittitur*
turo, ut in aliis; sed datur Paupertati de præsenti
Dominus dicat, Beati pauperes, quoniam ipsorum
gnum cœlorum. Quia, secundum Hugonem, *datur*
emptionis, pretio jam soluto: & sicut pretium
de præsenti, sic datur etiam præmium *de præsenti*. S.
stinus sedulo ponderat animo discrimen inter sæc
bonis temporalibus divitem, & Religiosum
bonis cœlestibus, & ait: *Sæcularis fœlix, quia habet*
rum in arcâ: & Religiosus fœlix, quia habet Deum
scientiâ. Ille illud habet, quod perit, & ibi habet, ad
at iste Deum habet, qui perire non potest, & ibi habet
auferri non potest. Ex quo ulteriùs sequitur, quod
per voluntarius absolutè non debeat vocari pauper
dives: tùm, quia, quod habet, sine comparatione
est eo, quod ipsi deest (Veluti in Mundo, si quis
deret centum millia scutorum, dives æstimaretur
unus ei deesset obulus) tùm etiam, quia divitiæ
tuales sunt veræ divitiæ, quæ nobilem efficiant

Econtra verò sæcularis dives absolutè appellandus est pauper, quia sine comparatione multò plus est, quod ei deest, quàm illud, quod actu possidet.

Præterea Paupertas cor Religiosi reddit opulentum, quia illud efficit simile Deo: Unde D. Chrysostomus verba illa Spiritus sancti: *Ego dixi Dij estis*, intelligit specialiter de pauperibus spiritu. Enimverò, si Deus habet in se *sufficientiam, independentiam, & immutabilitatem*, easdem conditiones participat Pauper, *Sufficit sibi*, quia omne modicum ei sufficiens est: non dependet à commoditatibus divitum, quas flocci pendit: &, quia semper stat innixus Deo, in quocunque eventu semper idem est, & sine mutatione. Et hæc de perfectione Paupertatis. Pro ejusdem exercitio sequentia observabis puncta. *Hom. 18.*

Primum. Non contentus eris sola Paupertate exteriori; verùm etiam interiori studebis Paupertati, puritati & munditici cordis exspoliando illud cunctis affectibus ac desideriis terrenis, *nihil eorum, quæ videntur, desiderans.* *S. Ignat. Mart.*

Secundum. Professio Religiosa nos non obligat duntaxat, ut simus pauperes; sed etiam, ut desideremus & amemus esse tales: *Non Paupertas, sed Paupertatis amor virtus est.* Neque solùm vitam pauperem ducere debemus ex defectu commoditatis; sed etiam ex amore & desiderio Paupertatis, tametsi nobis sese offerrentur commoditates plurimæ. *S. Bernard.*

Tertium. Fidei oculum habebis apertum, occlusum verò oculum sensus, non aspiciendo modicum illud, quo te privat Paupertas; sed multum, quod tibi donat. Considerando insuper, quod eo ipso, quo corpus rebus privas temporalibus, animam dites bonis spiritualibus Gratiæ & Gloriæ.

Quartum. Quotiescunque tibi occurrerit occasio aliqua, qua nonnullum sanctæ Paupertatis experiris effectum, tanquam particulare Dei Donum eundem agnosces & æstimabis, nec non gratias quàm maximas ages Deo pro tanto beneficio & gratiâ præstitiâ, ut sic te magis magisque conformes sanctissimo ejus Filio Christo JESU, ac Sanctissimæ Virgini Deiparæ.

CAP. IV.

De perfectione Voti Castitatis.

SImilem adhibebis curam & diligentiam perfec
Voti Castitatis, sicut & puritati corporis &
2. Cor. 7. tis: *Mundantes nos ab omni inquinamento carn*
spiritus. Ideòque Castitas peculiari quodam
appellatur virtus Angelica: nam virtute illius
lib. 2. de virg. vitur *secundùm carnem*; sed tanquàm puros
extra & supra carnem. Castitas Angelos facit.
S. Ambrosius: *qui eam servavit Angelus est, qu*
diabolus. Verùm quid est hæc Castitas Angelica
purus & sanctus Amor Dei non permixtus aliqu
Grad. 15. turarum amore. *Castus est*, definit Climacus,
morem amore excludit, ignem igne extinguit;
Dei superat amorem creaturarum, igneque
Sancti devincit ignem concupiscentiæ. Ob eam
causam Castitas dicitur etiam virtus Divina: *quæ*
minem Deo maximè familiarem facit, & quantum
le homini est, similem facit.

Acquisitioni virtutis hujus, ejusque perfec
multùm prodest, si de nobis, propriisque
nostris diffidamus, ac proindè eam à Deo
exposcamus & sollicitemus: Dei enim dona
Sap. 8. *& nemo potest esse continens, nisi Deus det.*
Cass lib. 6. c. 5. subjungit Cassianus, à contrario vitio molestiæ
oppugnaberis, donec perfectè cognoveris
mirùm, deficiente gratiâ Dei, ad resistendum
tem insufficientemque: *Tamdiù*, sic loquitur,
tium animum impugnare necesse est, donec se
S. Bern. serm. de cæn. Dom. *supra vires suas, agnoscat.* Et S. Bernardus
hujus conflictus & certaminis in particulari
virtuti Sanctissimi Sacramenti: *Quid mirum*
& tollit consensum.

Et ex parte nostrâ, præterquàm hic inimicus subjugatur mortificatione continuâ, sensuum custodia, sublatione occasionum, vincitur & superatur quoque, ut docet Climacus, *Consideratione supernæ pulchritudinis.* Climac.
Quotiescunque anima contemplatur, animatque infinitam æterni Verbi pulchritudinem, flocci æstimat, vilipendit, spernitque totum Mundi decorem & splendorem. Et hæc de virtute Castitatis, ejusque puritate & perfectione.

CAP. V.

De perfectione Voti Obedientiæ.

OBedientiæ perfectio desumitur principaliter ex fine, cùm quis obtemperat homini, *sicut Domino*, ut docet Apostolus: puta, Superiori, in quantum repræsentat Christum, & est Vicarius Christi. Obedientia, namque, de qua nobis sermo est, non est politica, sed religiosa: non naturalis, sed supernaturalis, sequela Gratiæ, in ordine ad vitam æternam. Hinc sequitur ad perfectionem Obedientiæ, pro ut est vitus moralis, sufficere executionem præcepti, voluntatisque Superioris ordinantis, ita, ut motivum & ratio formalis, ut vocant, Obedientiæ sit ipsum præceptum & ordinatio; verùm ad perfectionem Obedientiæ, in quantum est virtus religiosa & supernaturalis, insuper necessarium esse, ut quis ultimatè obediat præcepto Superioris, in quantum est præceptum & ordinatio Dei. Ephes. 6.

Et tametsi Apostolus obedientiam doceat esse quoq; exhibendam Superioribus sæcularibus tanquàm Christo (*Obedite Dominis carnalibus, sicut Christo*) nihilominùs discrimen est non exiguum. Etenim obedientia Superioribus temporalibus debita ex natura sua naturalis est, & ordinata solùm ad finem naturalem, & in ea dicitur quis obedire Christo, in quantum Christus ordinavit & præcepit, ut Dominis temporalibus obediat; Ephes. 6.

ast

ast Obedientia religiosa ex natura sua superatur & juxta eam obedimus Christo, non tamen Christus ita vult; sed particulari ratione, qua riores Religiosi repræsentant Christum, & sunt Vicarij: de quibus ipsemet Christus ait: Qui vos me audit.

Luc. 10. Ut igitur acquiratur perfectio Obedientæ sæ, voluntatem Dei, veluti finem ultimatum respiciamus, oportet, obediamusque voluntarioris, in quantum repræsentat imaginatum: & admodùm *idem est motus in imaginem & imaginatum* (eodem siquidem latriæ cultu adoratur imago fixi & Crucifixus) ita eadem, quæ Deo, Superiori in quantum est Vicarius Dei, debetur obe-

S. Bern. tr. de præc. & disput. juxta D. Bernardi dictum: *Pari obedientiâ deferimus sive Deus, sive homo Vicarius Dei, mandata quæ tradiderit.* Et hæc de perfectione Obedientiæ dicimus nunc ad illius exercitium.

Primò. In materiâ Obedientiæ, tanquam principium supponendam est, Obedientiam non esse fundatam in cognitione sensus, vel naturalis; sed in consideratione Fidei, *secundiones æternas.* Siquidem principalis Superior præcipit, non est homo, sed Deus: & propter altissimum nostræ prædestinationis finem, certissimum est nescire, quænam salutis nostræ sint media, eaque prorsùs esse incognita. Solus Deus, uti solus stinare potest, ita solus ea cognoscit, & Religioponit, non per aliam, nisi per Obedientiæ Ergò quasi cæci, absque ulteriori discursu, per Superiori nobis indigitatam ambulemus: illud piamus exercitium, officium, & onus, quod imponit Obedientia, & securi erimus, ut perveniamus ad finem æternæ Gloriæ. Hæc est totalis cautela

Serm. de Convers. S. Pauli. Religiosorum, inquit Bernardus, quia *velut pupilli ad manus duci*, veluti Paulus. Et tamen, juxta S. illud est prædestinatorum signum & indicium comparantur ovibus, *quia oves non disputant quuntur.* Igitur Religiosus oculo Fidei respicere Christum in Superiori, eiq; obedire magnâ cum

quia in iis, quæ præcipiuntur, *causa principalis Christus est, homo tantùm ministerialis*, mandans & præcipiens solùm, in quantum est minister & Vicarius Christi, dicentis: *Ecce ego mitto vos.* *Quasi dixerit Dominus* (exponit Chrysostomus) *Hoc sufficit ad consolationem nostram, hoc sufficit ad sperandum, non timendum supervenientia mala: Ego mitto vos.* Ratio verò, juxta S. Thomam, est, quia Deus elargitur nobis vires juxta pondus Obedientiæ à nobis ferendum, quas vires dare non potest Superior temporalis. Matth. 10. D. Chrys.

Secundò. Obedientia debet esse pura, absque alio proprio commodo. Oportet *obedire propter Obedientiã, non propter emolumentum Obedientiæ. Obedientiã avide arripiamus: nulla alia de causa, nisi quia Obedientiæ est*: confitebat S. Ignatius: & tunc pura erit Obedientia, quando motivum fuerit beneplacitum Dei, & sanctissima voluntas ejus, sine alio respectu humano. Hæc Obedientiæ excellentia est, quæ *facit idem velle, & nolle cum Deo*, sicuti facit Charitas: ac differunt solùm in modo: *Obedientia, ut subditus, Charitas, ut amicus.* In operationibus igitur semper stude purificare oculum intentionis, ut solam respicias objectum increatum, puram, scilicet, voluntatem Dei, non tuam consolationem, satisfactionem, & complacentiam. Hæc primi peccati causa, ac proinde totius Mundi ruina extitit, veluti docet D. Augustinus: enimverò haud contenta fuit Eva sola voluntate & authoritate Dei; sed, ut obediret, aliam inquirebat notitiam, aliam investigabat rationem: Dicebat enim, juxta S. Augustinum: *Si bona est arbor, quare non tango? Si mala, quid facit in Paradiso? Bona est arbor, nolo tangas, quia Dominus sum, servus es.* Et subjungit idem S. Doctor: *Non potuit Dominus apertissimis demonstrare, quantum sit bonum Obedientia, nisi cum prohibebat ab eâ re, quæ non erat mala. Sola ista Obedientia tenet palmam: sola ibi inobedientia sumit poenam.* S. Greg. 25. moral. c. 25. 2. 2. q. 104. a. 3. S. Aug. in Psal. 70.

Tertiò. In obediendo speculi Idæaque loco tibi inserviat Obedientia Christi. Primò. Anima sanctissima Christi per scientiam suam beatam & infusam semper Divinam spectabat voluntatem, & in illa decreta Divina, quibus

quibus perfectè se conformabat. Secundò, Obed
Philipp. 2. Christi fuit continua, & intensa *usque ad mor*
finem vitæ suæ cùm mortem etiam ipsam subi
propter Obedientiam. Tertiò. Fuit Obedien
fectissimi holocausti; obedivit enim cunctis an
tentiis, executivâ, volitivâ, intellectivâ. Quæ
Ioan. 8. *Ioan. 5. ibidem.* *sunt ei, facio semper. Non quærò voluntatem*
sed ejus qui misit me. Sicut audio à Patre meo, ſ
Quartò. Tria motiva in particulari habuit Ch
D. N. in obediendo Patri suo æterno. Pri
Obedientiæ: *Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſ*
Secundum fuit Amoris proximi: *Pro eis ego ſanc*
id est, sacrificio meipsum. Tertium fuit Charit
Quæ placita sunt ei, facio semper. Ad eundem m
oculis mentis tuæ semper obversabitur Voluntas D
in voluntate Superioris repræsentata, & in ea D
perleges ordinationes, iisdem te conformando. S
dò, in omnibus rebus etiam difficilibus obedien
Perfecta Obedientia, docet S. Thomas, *sequatur*
alterius, contra motum proprium voluntatis: pe
tendit, ad vitam & ad honorem. Tertiò, consi
mæ potentiis, non executiva duntaxat; sed
voluntate & intellectu obtemperabis. Qua de
Serm. 4. Obedientia vocatur à Climaco: *Sepulchrum*
voluntatis: à Cassiano: *Stultitia propter Chri*
& sine discursu. Quartò obedies propter m
Obedientiæ, Charitatis Dei & proximi, vel
2. Pet. 1. sulit quoque S. Apostolus Petrus: *Castificantes*
purificantes) animas vestras in Obedientia Cari
in fraternitatis Amore. Obediendo simul proxi
lutem proximi, ad gloriam Dei. Et hæc de Obedi
Verùm ut hæc virtus adeò necessaria eò magis
Religiosi imprimatur, sequentia considerabis p
tàm ad vota, quàm ad Regulas Religiosorum
nec non ad Consilia Evangelica
spectantia.

CAP. VI.

De Reflexione super Vota.

PRimò. Considerabis, qua ratione tria Vota sint tria media & instrumenta ad attingendam perfectionem, in perfecta Charitate Dei & proximi consistentem, efficacissima. Siquidem per votum Paupertatis tollitur affectus divitiarum : per votum Castitatis amor proprij sensus : per votum Obedientiæ amor propriæ voluntatis & judicij : omnisque affectus noster solùm in Deo tanquàm in proprio collocatur centro. Quapropter Religiosus dicitur Holocaustum : quia, sacris votis mediantibus, totum se offert Deo, nihil sibi retinendo: offerendo *& suos, & sua, & se. Sua*, per votum Paupertatis: *Suos*, per votum Castitatis: *& Se*, per Votum Obedientiæ. *S. Bern.*

Secundò. Considera, primum sanctorum Votorum institutorem fuisse Christum D. N. qui, ut affirmant plurimi SS. Patrum, in instanti Conceptionis suæ tria hæc simul emisit vota, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, non propter necessitatem confirmandi se in bono, veluti Religiosi; sed propter occasionem majoris meriti, & ut nobis daret exemplum, quod imitaremur. Beata Virgo tria quoque fecit vota tempore præsentationis suæ in templo, veluti ipsamet revelavit S. Brigittæ hisce verbis: *Vovi in corde meo observare virginitatem, nihil unquàm possidere in Mundo, & etiam voluntatem meam Deo commisi.* Etenim, si ex his verbis S. Petri in persona aliorum Apostolorum pronunciatis: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*, eliciunt Doctores sacri vota Apostolorum: per hæc enim verba: *Reliquimus omnia*, intelligunt renunciationem divitiarum, spectantem ad Paupertatē: & renunciationem uxorū filiorumque, spectantem ad Castitatem: & per hæc alia: *Secuti sumus te*, intelligunt executionem voluntatis Christi, pertinentem ad Obedientiā: *Suarez to. 2. 3. p.* *S. Brigit.* *Matth 19.*

Beata

Beata Virgo in Templo longè perfectius reliqui[illegible] divitias, parentes, sequens Christum: ergo [illegible] è misit vota. Unde exemplo Christi & Mariæ [illegible] simæ Matris ejus haud contentus esse debes [illegible] rum substantia; sed insuper incumbere [illegible] eorum acquirendæ, ut sis etiam pauper spiritu [illegible] deriis, mente purus & castus: pravis non [illegible] gitationibus; sed etiam vanis nuncium [illegible] obediens etiam in rebus difficilioribus, [illegible] & cœca Obedientia abnegando propriam [illegible] & judicium.

Tertiò, considera finem votorum esse, [illegible] immobilisque reddatur anima in servitio & [illegible] Dei, adeò, ut reverti ampliùs non possit: [illegible] *ponit manum suam ad aratrum, & respicit retro, [illegible] aptus Regno Dei.*

Luc. 9.

Quartò, Considera, plurima emolumenta [illegible] fructus ac duos præsertim principaliores è sacra [illegible] lare votis. Primus fructus est operatio cum [illegible] merito. Qui enim obedit cum voto Obedientiæ [illegible] plici ratione meretur, & per actum Obedientiæ [illegible] Votum: quemadmodùm, à contrario, qui [illegible] votum, duo committit peccata; unum, quia [illegible] præceptum Divinum; aliud, quia facit contra [illegible] Secundus fructus est pax interna, & gaudium [illegible] quo Religiosos ob perfectam votorum obser[illegible] fruitur in hac vita. Et hoc illud *Centuplum* [illegible] nobis promittit Christus in S. Evang. Matthæo. [illegible] *reliquerit Patrem, &c. centuplum accipies* (id est [illegible] *hac vita*, pacis & gaudij) *& vitam æternam*, [illegible] tura vita. Tertius fructus est beatitudo vitæ: [illegible] *sumus, Israel, quia, quæ Deo placent, manifesta* [illegible] mediante Obedientia.

Matth. 19.

Quintò. Considera, quomodò per sacra [illegible] animam & Christum perfectum contrahatur [illegible] tium. Quapropter, sicut in Matrimonio sponsa [illegible] quod habet, donat Sponso, divitias, corpus, & [illegible] voluntatem; ad eundem modum hoc idem facit [illegible] cum Christo sacris mediantibus Votis. Ac per [illegible] Obedientiæ præsertim perficiuntur hæc spon[illegible]

quia inter Sponsum & Sponsam debet esse *idem velle, & idem nolle.* Unde S. Bernardus: *Talis conformitas voluntatum maritat animam Verbo; & si perfectè diligit, nuptiæ sit.* S. Bern.

Sextò. Considera, quâ ratione mediantibus Votis venditus sis in mancipium Christi: eorum formula est instrumentum: Beata Virgo, cæterique Sancti cœli incolæ sunt testatores. Hilari solummodò est animo: si fidelis ad mortem usque permanseris, bonum liberalemque adeò experieris hunc Dominum tuum, ut non libertatem duntaxat, sed cœli insuper tibi daturus sit æternitatem, veluti ipsemet ait: *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.*

Septimo. Considera præterea, tria hæc vota esse tres clavos, quibus Cruci affixus es cum Christo. Unde deinceps dicere poteris cum Apostolo. *Christo confixus sum Cruci: vivo, jam non ego, vivit verò in me Christus.* Sunt insuper tria arma potentissima, quibus oppugnantur, expugnanturque inimici nostri. Spiritus avaritiæ superatur Voto Paupertatis: vitium carnis & sensualitatis vincitur voto Castitatis: superbia & suiipsius æstimatio expugnatur humilitate, obedientiæ voto. Sunt tres monetæ comparantes nobis Regnum cœlorum. Unde S. Augustinus: *Regnum cœlorum venale est, tantùm valet, quantùm es: da teipsum,* per sacra vota; *& habebis illud.*

CAP. VII.

Proposita.

EGo N. servus & mancipium Christi Crucifixi, & Mariæ Virginis Crucis sociæ, mediante ejusdem Christi gratiâ facio propositum observandi non solùm votorum substantiam; verùm etiam eorundem perfectionem & puritatem.

Ac primò, quod sanctam concernit Paupertatem, non solùm me privabo omni proprietatis specie; sed omni etiam usu superfluo (esto Superioris venia mihi indulto)

omnique rei creatæ desiderio. Quapropter qu
ad victum, vestitum & habitationem puto co
ero necessario: in quem finem in quibusdam fo
ribus festivitatibus Religionis meæ quæcunque re
fluâ me spoliabo: nihilque tàm jucundum, ac ce
mihi erit, quàm ut sim pauper nudusque cum p
ac nudo Christo Crucifixo.

Secundò, quantum ad Castitatem, ultrà p
veluti Angelicam tàm corporis, quàm animæ, c
pœnitentiis à sancta Obedientia mihi concessis, d
tique sensuum, præsertim oculorum, aurium &
custodiâ mortificare studebo: fugiamque, qu
me erit, omnem consolationem, etiam licitam, a
tionem Christi Crucifixi, pro me non solùm m
omnique consolatione destituti; sed etiam und
cruciati. & in cruce mortui.

Tertiò. Quod attinet ad Obedientiam, s
cognoscens Christum in Superioribus, cœci
dem obtemperabo: non respiciam, quid qua
an homines subjecti erroribus: sed quam repræ
nimirùm, Christum, infallibilem sapientiam: n
siderabo rationes, cur hoc illudvè præcipiatur
legitimaq; illius, quod mandatur, mihi suffici
Omnibus verò æqualiter obediam, quem
æqualiter Crucifixi cujusdam adoratur imago,
depicta in chartâ, sive in auro exsculpta: n
respicitur, nec adoratur id, quod in se sunt, s
repræsentant.

Præterea, Obedientiæ meæ ultimatum mo
ut obediam homini propter amorem Dei, De
voluntatem, & propter majorem Dei gloriam.
semper erit Obedientia imperata & ordinata à C
te, ad gloriam Dei, sanctissimæque voluntatis
modo deindè obediendi in particularibus rebus
tur exercitium speciale conformitatis vol
tatis humanæ cum Di-
vinâ.

Ca

CAP. VIII.

Reflexio super Regulas.

PRimò. Considera, quod Regulæ variis condecorentur titulis, & nominibus à SS. Doctoribus. *Sunt speculum Religiosorum*, ait D. Augustinus: quia in illis *S. Aug.* tanquàm speculo, totum id, quod est pulchrum, sordidumque, conspicitur in facie animæ. Si Regulæ observentur anima pulchra comparet coram oculis Dei: turpis verò & deformis, si non observentur. S. Benedictus eas appellat *Instrumenta virtutum*, quia per Regularium observantiam cunctæ acquiruntur virtutes. *S. Benedict.* Hieronymus vocat eas *Vincula Christi, quæ transeunt amplexum*: quia cùm alligamus nos Christo ligamine *S. Hieron.* arctaque sanctarum Regularum, in nostros ruit amplexus idem Christus. S. Bernardus Regulam nominat *Scalam cæli*: quia, sicut scala varios habet gradus duobus gais longioribus innixos; ita Religiosa disciplina *S. Bern.* veritas continet regulas in Humilitate & Obedientia fundatas. Hæc est scala illa, quam vidit S. Franciscus, quæ terra erecta cœlum tangebat. Observantiam regularem appellavit etiam S. Bernardus *Scalam Iacob*: quia sicuti huic Patriarchæ, quod propter amorem Dei reliquerat patriam, parentes, propriamque voluntatem, Dominus Deus per hanc scalam monstravit cœlum apertum, Angelos ascendentes & descendentes, ac seipsum scalæ innixum; ita Religiosus mediante observantia regulari loco patriæ, parentum, propriæque voluntatis meretur cœlum, Angelos, & ipsummet Deum. Hoc est fundamentum veræ lætitiæ Religiosi, qui semper Deo gratias referre tenetur, quod ipsum ad tam fœlicem, tamque vocaverit statum. Denique librum Regularum *librum vitæ* jure appellare possumus: quia *dirigit ad vitam*: Vel etiam *Epistolam è cælo mandatam*, in quâ Deus tibi significat, quod à te vult, & postulat.

Quapropter cogita, Deum è cœlo tibi scribere hæc stoli verba: *Quicunque hanc Regulam secuti fuerint, super illos, & super Israel Dei.* Quicunque has obser- Regulas, duplici gaudebit pace & fœlicitate, & in alterâ vitâ. Galat. 6.

Secundò. Considera, quod, tametsi Regula non obliget ad peccatum, nihilominùs in transgressione jussis Regulæ aliquod ad minus adsit peccatum finis, propter quem non observatur illa, *aut negligentia*: & operari propter hunc finem catum. Siquidem, ut benè advertit Cajetanus, teneamur facere opera supererogationis: suppo men, quod eadem faciamus, obligamur eadem debito modo, & propter debitum finem, & rationabilem; & propter eundem finem mittere tenemur. Quicunque igitur operatus lectus aliquâ concupiscentiâ, aut operabitur operari intermittet ex negligentiâ, & cera acedia spirituali, committet peccatum transgressus fuerit aliam regulam silentij, extra tempus propter certam quandam & nimiam libertatem, pariter peccabit Potest quis etiam in trangressione Regularum S. Thomam, peccare mortaliter, quando illas non observat, pura, quia non vult neque voluntati Superioris se submittere. transgredi facilè regulas, potest quoque catum mortale, propter periculum, cui in illud incurrendi: quia in pœnam illorum actuum & prævaricationum, Deus denegat Gratiam efficacem, quâ destitutus gravibus sistes tentationibus, sicque corrues in peccatum tale. Ex quo elicitur, quanti à nobis æstimanda quæcunque Regula etiam minima, quodque ranquàm prædestinationis salutisque nostræ respiciendæ sint.

Tertiò. Pro majori Regularum observantia, ruor facies. Primò. Eas magni æstimabis, potè, tuæ saluti & perfectioni admodum farias, in quibus Religiosi consistat observ-

Secundò, frequenter eas perleges, & hoc modo meditaberis: considerando verba ac sensum Regularum: intendendo cognoscere, in quibus defeceris, & examinando, quâ ratione in observatione illarum te habueris: eliciendo actum contritionis cum proposito emendationis. Tertiò, externam quandam assumes pœnitentiam propter Regularum transgressionem: vel publicè, petendo eam à Superiori; vel privatim in tuo Cubiculo. Denique perfectam earundem observantiam postulabis à Deo per merita Sanguinis Christi, & S. Mariæ Virginis.

CAP. IX.

De Consiliis Evangelicis.

AD perfectionis religiosæ consecutionem, præter Regulas proprias, necessè est, ut notat Carthusianus, Religiosus observet quoque Consilia Evangelica ad exercitium Christianarum virtutum spectantia. Evangelia namque nil aliud sunt, quàm imago & exemplar quoddam vitæ Christi, qui, quod ore docuit, opere adimplevit. Unde cùm nos obligati simus ad perfectam Christi imitationem, conformiter loquitur D. Augustinus: *In omni re, quam Christus gessit ut homo; hominibus ut credituris præbebat exemplũ.* Erimus quoque astricti ad perfectam Doctrinæ Evangelicæ observantiam; ut eadem Doctrina illa; quæ est imago Christi, forma quoque ac efformans ac constituens Religiosum in perfectione Christi debita. Hæc igitur sancta documenta, instructiones ac Consilia continuò respicere debet Religiosus: legendo, meditando, & observando illa. Hic debet esse principalis ac primarius Regulæ liber omnibus Religiosis communis. Sunt verò, secundùm Carthusianum, duodecim Consilia: *quemadmodùm*, inquit ille, *ponuntur decem præcepta: ita duodecim sunt Christi Consilia, à sanctis Evangelistis sparsim expressa.*

Serm. de SS. fol. 754.

Hom. 15. in Ioan.

locis sup. cit.

Matth.10. *Primum, de Paupertate. Si vis perfectus esse: vende omnia, quæ habes, & da Pauperibus.*

Secundum, de Castitate. Sunt eunuchi, qui seipsos castrarunt propter Regnum cœlorum.

Tertium, de Obedientia. Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Et sunt contra tria Mundi instrumenta & vitia: *contra concupiscentiam oculorum, concupiscentiam carnis, & superbiam vitæ:* contra avaritiam, luxuriam & superbiam.

Matth. 5. *Quartum, de perfectione Charitatis. Benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.*

loc. cit. *Quintum, de Perfectione Patientiæ. Non resistere malo, sed, si quis percusserit dexteram maxillam tuam, præbe ei & alteram: & ei, qui vult contendere tecum in judicio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.*

Sextum, de Operibus misericordiæ, tàm spiritualibus quàm corporalibus. Omni petenti te tribue.

Luc.6. *Septimum, de non jurando. Ego dico vobis, non jurare omninò: sit autem sermo vester, est, est, non, non.*

Matth. 5. *Octavum, de vitandis occasionibus peccandi. Si oculus tuus scandalizat, erue eum, & projice abs te.*

Matth.18.

Matth.6. *Nonum, de rectâ intentione. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum lucidum erit.*

Matth. 5. *Decimum, de Conformitate doctrinæ ad vitam. Qui fecerit, & sic docuerit homines, magnus vocabitur in Regno cœlorum.*

Matth. 6. *Undecimum, de sollicitudine vitandâ. Nolite esse de crastino.*

Matth.18. *Duodecimum, de correptione fraternâ. Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum.*

Et hæc de exercitio perfectæ observantiæ Votorum & Consiliorum Evangelicorum.

CAP. X.

De Zelo Animarum.

BOnitatis infinitæ summè communicativæ proprium est, ut non intra seipsam duntaxat operetur mediantibus æternis Divinarum Personarum Processionibus; verùm etiam extra se, in temporaneâ creaturarum, præsertim rationè præditarum productione: undè Naturæ Divinæ proprium est Deificare, propriam suam communicando naturam.

Primò, per essentiam Filio suo naturali. Secundò, per participationem Filiis adoptivis (sicut *proprium ignis est, ignire*, docet Angelicus) ut *Unigenitus, qui erat in sinu Patris, sit etiam Primogenitus in multis fratribus.* Ad primam operationem, quam habet Deus extra seipsum, non admittit ullius creaturæ cooperationem: sic tamen ad secundam, in ordine ad sanctificationem animarum. Et ad hanc actionem, inquit Chrysostomus, concurrunt Christus, Angeli, & homines: *Christus, ut Dominus: Angeli, ut servi: nos ut conservi; proindè hoc est opus Angelicum, omnia facere pro salute proximorum: magis autem hoc est opus CHRISTI.* Ministerium conversionis animarum opus est, non humanum tantùm; sed & Angelicum. Quænam major exprimi potest dignitas, quàm dicere cum Apostolo: *Dei adjutores sumus:* Et cum dicto Discipulo S. Joanne: *Cooperatores sumus veritatis?* Et *Dei cooperationem*, juxta Areopagitam, *De myst. Theol. c. 3.* *Divinam in seipsa ostendere actionem, secundùm quod possibile est, relucentem; est omnium Divinorum Divinissimum.*

Rom. 8.

S. Thom. 1. 2. q. 112. a. 1.

Hom. 3. Hebr. 1.

1. Cor. 3.

epist. 3.

Insuper adjutorium animarum operatio utilissima est. De Angelis affirmat S. Ambrosius: *Angeli sine zelo nihil sunt, & substantiæ suæ amitterent prærogativam, nisi de lumine zeli ardore sustinerent.* Et secundùm doctrinam Areopagitæ: *Si superiores Angeli nollent influere in inferiores; clauderent sibi viam influentiæ à superiori.*

S. Amb. apud Bon. Eccl. 10. 1. serm. 2.

Ierem. 15. Et per os Jeremiæ promittit Deus: *Si converteris ... vertam te.* q. d. Ita tecum agam, uti te geres cum ... mo tuo: Si eum de peccato reduxeris, & conver... statum gratiæ, de afflictione te convertam ad con... tionem. Ratio hujus est, juxta S. Chrysostomum ... Cor. 1. Hom. 2. mnes homines in charitate *sint invicem colligati* ... propterea *non permittit Deus, ut quis veniat in pro... utilitatem, nisi transeat per alienam*: cum utilitate ... junctum est gaudium & consolatio: *Consolatur ne...* dicebat Apostolus, *ut possimus nos consolari eos, qui ...* 1. Cor. 1. S. Thom. ib. *mni pressura sunt. Qui non est consolatus, nescit con...* Hæc est altissima Religiosi professio, vocati ad ... ctissimum statum vitæ mixtæ pro fine habentem ... propriam duntaxat; sed proximi quoque sanctitatem ... de quo statu, Divina adjuvante gratia, tractabimus ... præsenti exercitio. Ac primò, de modo utilitatis ... versandi cum proximo in genere. Secundò, de modo ... excipiendi confessiones. Tertiò, de modo præd... seu concionandi.

CAP. XI.

De modo conversandi cum proximo.

INter omnia ministeria & exercitia animarum ... utilia, illud imprimis Sacri Doctores censuerunt ... dè proficuum, in quo cum ædificatione conversandi ... cum proximo nostro. Idque confirmatur exemplo ... Christi D. N. qui propterea, ut docet S. Thomas, ... *elegit vitam solitariam, sed socialem.* Verùm, ut ... conversatio talis sit, qualis à nobis requiritur ... suumque sortiatur finem, nonnullas exigit conditio... nes.

Prima, debet esse spiritualis propter spiritualem ... marum salutem: non sæcularis, neque propter ... sæcularia instituenda est. *Nemo militans Deo, ...* 2. Tim. 2. Apostolus, *implicat se negotiis sæcularibus.* Ratio ... quia finis Religionis est Charitas Dei & proximi: ...

nia bonis temporalibus seu sæcularibus ; sed in spiritualibus solute proximi consistit. Quod confirmatur exemplo Christi ; qui rogatus, ut inter duos fratres litem quandam sæcularem decideret, absolutè id facere recusavit, dicens: *Quis me constituit Iudicem, aut Divisorem inter vos?* Unde S. Ambrosius: *Terrena declinat, qui propter Divina descenderat ? nec Iudex dignatur esse litium vivorum, habens mortuorum judicium.* Idem præscribit Apostolus: *Si in vobis (id est per vos) judicabitur Mundus, indigni estis , qui de minimis (id est de negotiis secularibus) judicetis* Negotia igitur sæcularia, in quantum sæcularia contradicunt Religioso; eadem autem facta spiritualia, *ex fine supernaturali*, convenire possunt, & licita sunt Religiosis. Quod, secundum S. Thomam, fit quatuor conditionibus. Prima. *Non fiant ex cupiditate, id est, propter lucrum aliquod temporale.* Secunda. *Fiant ex charitate & amore, quo proximus in Deo diligatur; qui est finis Religionis.* Tertia. *Fiant ex obedientia, quia Religiosus non habet velle, neque nolle.* Qua de causa, ut notat S. Thomas, ait Apostolus: *Implicat se, scilicet voluntariè: non cùm implicatur à superioribus.* Quarta. *Cum debita moderatione* fiant, ne impediantur exercitia spiritualia Religiosis propria: hæc enim negotia suscipienda sunt in ordine ad Charitatem Dei & proximi : ergò exercenda sunt cum debita moderamine & mensura, ut prosint, non noceat huic fini. Quamobrem Christus corporalia non conferebat beneficia, nisi in ordine ad spiritualia, ac miraculosè sanabat corpora, ut spiritualem elargiretur medelam animabus : ideoque, priusquam conferret sanitatem, petebat ab infirmis, an crederent , & fidem haberent. Hoc documentum de non intricando se negotiis sæcularibus, optimè observavit S. Ignatius: rogatus enim ab aliqua persona, ut ei locum procuraret in aula cujusdam Principis; ita, respondit, in aula cœlesti magni Principis Dei, non in aula Principis terreni. Refugit quoque promovere matrimonia suorum Consanguineorum. Et in aliis similibus negotiis, *Orationis tantùm opem promittebat.*

Luc. 12.

1. Cor. 6.

S. Thom. 2. 2. q. 167. a. 2.

In ejus vita.

Secundò. Conversatio cum proximo non tantùm

debet esse spiritualis, verùm etiam in præsentiâ. Conversemur cum proximo, at simul cum Deo: lingua proximum, manus ad proximum; sed cor ad Deum pariter dirigatur: nunquàm conversatio proximi solitaria, ut exulem patiatur conversationem Dei; hæc semper comitetur illam. S. Bonaventura dum hujus præsentiæ exponens ait: *Primò, ad conversationem faciem mentis ad æternum lumen converte, & ad ejus splendorem in spiritu confortare. Secundò, interior homo ad interiorem proximi conversatur, & abstine ab exteriori, quantùm potes, nisi in quantum ad interiorem ordinatur: & considera ipsum ad imaginem Dei factum, & Christi Sanguine redemptum. Tertiò, dic cum Apostolo: Non judicavi me aliud scire inter vos, nisi IESVM CHRISTVM, & hunc Crucifixum: & convertendo animas, cogita, Christi Sanguinem recolligere, & inebria eas Sanguine, non curiositate.* S. Pater Ignatius vult, ut ij, qui conversantur cum proximo, talem habeant Divinam præsentiam, qualem habent Sancti Angeli. Primò, Sancti Angeli priùs assistunt, quàm ministrant, nec inquietantur, quandò non ministrant. Secundò, non nisi missi à Deo descendunt ministratum proximo. Tertiò, missi, eâdem celeritate & lætitiâ ascendunt, quâ descendunt: veluti figurabant Angeli ascendentes & descendentes per scalam Jacob. Quartò, quando ministrant, non desistunt ab assistentia. Quintò, quocunque eventu constituti sunt in pace & gaudio sunt imperturbabiles. Ex hac Divina præsentia, juxta mentem D. Gregorij, accidit, ut, quotquot illis adjungunt, *quasi ex salis tactu æternæ vitæ sapiens audiantur.* unde Salvator eos vocat Salterræ. Ex eo probat S. Chrysostomus efficaciam conversionis: quia namque movens animas est Christus: qui prout est Deus est causa principalis: prout homo, est causa instrumentalis primaria. Et mediante hac præsentia, eadem participamus virtute, de eodem spiritu Christi. Quemadmodùm magnes, inquit ille, *ferrum trahit, ferrum virtute magnetis affectum etiam trahit: sic ab imbuti moribus & Christi virtutibus alios trahit.*

Stim. Amo. Divi. p. 2. c. 1.

Hom. 14. in Evang.

propter quod S. Ignatius volebat, ut operarius Christi operaretur, non ut homo ordinarius; sed *ut Instrumentum Dei*, operando per virtutem participatam & communicatam à Deo, *ut motum à Deo, agens cum Deo, & ordinatum ad Deum.*

Tertiò. Conversatio cum proximo ardens insupportabilis, oportet, ut omnes trahantur & accendantur in amorem Dei: *Si amatis Deum*, monet S. Augustinus, *rapite omnes ad amorem Dei, & dicite: Magnificate Dominum mecum.* In hunc amorem trium consideratione motivorum accendi possumus. Primò, considerationè Gloriæ, gaudijque quod Deo tribuimus in conversione animarum: *Magna festivitas Deo, humana salus*, affirmat Origenes. *Et lucrum Creatoris*, subdit Hieronymus, *salus creaturæ. Idèo dicebat: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram.* Secundum motivum est Sanguis Christi; *& hæc est tota animæ dignatio*, asserit S. Bernardus. Etenim valor rerum desumitur expretio: unde animam appellat *dignam Sanguine CHRISTI compensationem.* Tertium motivum est pulchritudo animæ, de qua dicere solebat S. Catharina Senensis: *Si quis videret eam: si posset, centies in die pro ejus salute mortem subiret.* Et osculabatur terram pedibus Concionatorum calcatam, pronunciando eos Beatos. De S. Ignatio legitur: *Ex quo vidit pulchritudinem animæ; aliud non curavit, & ad hunc finem ociosum instituit.* Et præter motivum gloriæ Dei hæc duo eidem sancto viro valde familiaria erant in conversione proximi: *Considerabat animarum pulchritudinem & pretium: & ideò maxima cum lætitia accurrebat ad salutem proximorum.*

Orig. Hist. Soc. 61 n. 113.

Quartò. Zelus animarum debet esse ordinatus secundum ordinem Charitatis, ita, ut opem ferendo aliis, non desit sibiipsi, & seipsum negligat. Magna habenda est circumspectio & cura, *ut illi convertantur ad te*, veluti ait Propheta, *& tu non convertaris ad eos.* Debemus nos gerere, sicut ignis *omnia ad se convertens.* S. Ignatius hujusmodi dabat consilium: *Sermonis initia illis date, extrema vobis reservate.*

Hiere. 15.

Mul-

lib. de Consid. ad Eugen.

Multùm quoque prodest consilium S. Bernardi: *tradat se negotiis, sed accommodet; & actionem meditatione præmuniat.*

De cœlest. Hier. c. 3.

Ut rite servetur hic ordo, actus nostri debitè ordinandi sunt Divinæ voluntati: *Non enim fas est, ait* Divinus Dionysius, *Sanctorum perfectoribus aliter operari, præter sanctas ordinationes, & Dei ipsius qui præfixit & statuit, quos & quem deberet illuminare & quantùm & qualiter.* Secundùm charitatem ordinatam, quatuor, ut docet S. Augustinus, amandi sunt.

Tom. 3. de Doct. Chr. lib. 1. c. 23. & 26.

Primum, quod supra nos est, nempè Deus. *Alterum, quod intra nos est, quod nos sumus. Tertium, quod juxta nos est*, videlicet anima proximi. *Quartum quod infra nos est*, nimirùm, proprium corpus. Plùs appetendus & appetendus est Deus, quàm propria salus: plus salus propria, quàm salus proximi: plùs diligenda æstimandaque salus spiritualis proximi, quàm proprium corpus. Et cum hoc ordine Charitatis habenda cum proximo conversatio optima erit, cederque in spiritualem animarum utilitatem, & Dei gloriam. Sola de subsidio proximi in communi: agemus modo de subsidio & ope proximo præstanda in particulari, per Confessionem, & Prædicationem.

CAP. XII.

De officio Confessarij.

POtestatis sacerdotalis, qua Sacerdos peccata remittit, & confert gratiam in Sacramento Pœnitentiæ,

De Sacr. l. 3

eminentia talis est, ut D. Chrysostomus affirmare non dubitarit, Patrem æternum eandem Sacerdoti dedisse potestatem, quam dedit proprio Filio: *Pater omnem potestatem dedit Filio potestatem, & ipsam eandem omnipotentiam potestatem dat Sacerdotibus.* Potestatem autem, non materialem & terrenam; sed spiritualem & cœlestem supra bona Gratiæ: aperiendi cœlum, & claudendi

inferiorum : ligandi & solvendi non jam corpora sed animas. Eadem potestas Sacerdotibus concessa in persona Apostolorum confirmata fuit à Christo D. N. *Sicut misit me Pater, ego mitto vos.* q.d. cum eadem potestate, qua fui missus à Patre, mitto vos : ideòque *accipite Spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis : & quorum retinueritis, retenta sunt.* In virtute hujus potestatis, adjungit idem S. Chrysostomus, Sacerdotes transgrediuntur confinia naturæ, transcendunt esse humanum, & ad esse Divinum sublevantur: *Quasi in cœlum translati, ac supra humanam naturam posiri, atque nostris ab affectibus exempti, sic illi ad Principatum istum perducti sunt.* *Ioan. 4.* *loc. sup. cit.*

In eadem potestatis virtute, resumit Nazianzenus, habet Sacerdos ex officio *Imaginem Creatoris restaurare: supernò Mundo Opificem agere: & quod majus est, Deum esse, & alios Deos efficere.* Et sicut, opinione Gregorij dixit Deus Moysi : *Constitui te Deum Pharaonis, non naturâ, sed eminentiâ potestatis*; eodem modo de Sacerdote dici potest: *Est Deus hominum non naturâ, sed excellentiâ potestatis.* *Orat. 21. fol. 140.* *Exod. 7.*

Demiratur S. Augustinus potestatem Sacerdotis in conficiendo panem & vinum in Corpus & Sanguinem Christi : *Veneranda*, inquit ille, *Sacerdotum dignitas, in quorum manibus, veluti in utero Virginis, Deus incarnatur.* Verùm, si ita dicere liceat, pluris est facienda potestas supra corpus mysticum Christi, quàm potestas supra corpus naturale. Enimverò cum hac fungitur officio humanandi Deum, cum illa habet officium Deificandi hominem : plus est communicare esse Divinum homini, quàm esse humanum Deo. *in Psal. 77.*

Hæc potestas Sacerdotalis, sicuti benè advertit S. Ambrosius, ut sit talis, qualis postulatur à Sacerdotibus debet esse unita excellentiæ & eminentiæ virtutis: *Nihil est excellentius in hoc sæculo Sacerdotibus si quod fatemur professione actione demonstremus.* Nobisque cavere decernit, ut notat idem S. Doctor, *ne, cùm professio sit Divina, actio sit illicita.* *De dignit. Sacerd. c. 2.*

In

Exod. 28. In Exodo præcipiebat Deus, ut summus Sa[illegible] in fronte gestaret descriptum nomen Dei, quod [illegible]ficabat potestatem officij: at simul volebat, ut [illegible]ctore deferret hæc duo alia: *Doctrina & Veritas*, [illegible] significabant sanctitatem propter proximum. [illegible] est, quia officium Confessarij, non Judicis [illegible] sed Patris officium est: qui non solum judicare, [illegible]rùm etiam oratione, exemplo & exhortatione [illegible] filios adjuvare, & ad salutem perducere debet: & [illegible]quàm Pater non præsentis sed futuri sæculi eos [illegible]nerare ad veram vitam Gratiæ.

Verum, quem gradum attingere debet Sacer[illegible] sanctitas? similis sit, oportet sanctitati Dei: & [illegible] participat in eminenti gradu potestatem Dei, ita [illegible] debet illius sanctitatem.

Propria Dei sanctitas, ut docet Areopagita, [illegible] *omni labe libera, & perfectissima puritas.* Et [illegible] imitari debet Sacerdos. Primò, in puritate [illegible] *Sacerdotem sic esse purum, necesse est*, asserit D. Chrysostomus, *ac si in cœlis ipsis collocatus inter* [illegible] *illas virtutes medius staret.* Secundò in charitate [illegible]siderio salutis animarum: & in hunc finem omnes [illegible]stri affectus ordinandi sunt, veluti consulit D. Augustinus: *Timeamus, ne pereant homines Christi*: *cupiamus acquirere homines Christo*: *tristemur, [illegible] perit aliquis Christo*: *lætemur, cùm acquirimus homines Christo.* Tertiò, in patientia Dei [illegible]tis & longanimis, Apostoli observando dicit: *Mansuetum esse ad omnes, docibilem & patientem* [illegible]portet.

Præterea pro praxi & exercitio audiendi confessiones, armis sanctæ orationis instructus [illegible]

S. Chrysost. Deum sustollere debes ac dicere: *Cor mundum* [illegible] *in me Deus* (cor Apostolicum, quasi cor Pauli, [illegible] D. Chrysostomo dictum *cor orbis*) *Et spiritum* [illegible]*ctum innova in Visceribus meis*: spiritum sanctæ [illegible]ritatis ad solam Dei gloriam, salutemque [illegible]rum ordinatum. *Ne proicias me à facie tua*, [illegible]pter peccata mea: *& Spiritum sanctum tuum* [illegible]*feras à me*, quo *sanctificabis me* & proximum [illegible]

Redde mihi lætitiam salutaris tui, gaudium Spiritus sancti superans omnem acediam & tristitiam: *& spiritu principali confirma me*: infundendo animæ meæ verum spiritum Christi. *Docebo iniquos vias tuas*, viam salutis cum auxilio gratiæ tuæ: *& impij ad te convertentur*; ad adorationem & amorem sancti tui Nominis.

Secundò, mente & cogitatione apertum Christi latus intrabis, considerabisque, quanti ipsemet Christus unitam sibi animam, cùm tempore absolutionis cum Sanguine suo aspergat, purificetque.

Tertiò & ultimò, *Ad paradisum mente tranigredere*, eidem contemplando, quanta ex conversione peccatorum redundet gloria in sanctissimam Trinitatem, quanta lætitia in Angelos, quantum gaudium in Sanctos, quantaque exultatio & jubilum in totam Jerusalem cœlestem. Et hoc erit gaudium tuum, Dei, cunctorumque civium cœli.

CAP. XIII.

De officio Concionatorio.

COncionatoris officium, juxta Areopagitam, Divinum est officium & ministerium, ac proinde modo sacrosancto ac Divino peragendum est. *Sanctis & intentaminatis, destinguenda Sancta Sanctorum.* Sacra & Divina mysteria mediis proportionatis distincte explicand. sunt. Rationem reddit Angelicus: quia modus debet esse proportionatus materiæ, *alioquin destruitur* materia: ut, *si quis explicaret Metaphysicalia, per Mathematicas.* Ergò materiæ prædicationis, quæ est ipsa veritas, congruus & proportionatus non erit modus dicendi affectatus & vanus. Hoc ipsum reprehendebat Apostolus: *Adulterantes verbum Dei.* Ex textu Græco vertitur, *cauponantes.* Sunt quasi venditores vini, qui varia miscent vina, non

De cæles. Hier. c. 2.

S. Th. in ep. Paul.

2. Cor. 2.

non pura, sed aqua sæpenumerò permixta [illegible] vendunt: ita hujusmodi concionatores [illegible] Verbum Dei; at simul propriam quæ[illegible] riam.

Sed descendamus ad specialiora: modus præd[illegible] in tribus punctis consistit: in qualitate verbo[illegible] conceptuum, in stylo compositionis, ac denique [illegible] efficacia dicendi.

Quantum ad primum, modus dicendi & co[illegible] nandi, secundum quod etiam docet Apostolus, [illegible] debet consistere *in sublimitate sermonis*: [illegible]
1. Cor. 2. *scilicet, & conceptibus vanis*, veluti exponit S. T[illegible] mas, *non in sublimitate sapientiæ*, quæ est sap[illegible] humana sæcularis & mundana; sed explicand[illegible] Divina mysteria verbis gravibus & maturis. [illegible] Concionator, juxta mentem Apostoli, Christi [illegible]
1. Cor. 10. tus est (*Pro Christo legatione fungimur*) legat[illegible] prædicationis suæ, quantum fieri potest, pro[illegible]
Matth. 16. debet ipsismet verbis CHRISTI. *Non estis [illegible] loquimini; sed spiritus, qui loquitur in vobis.* [illegible] Concionator, uti monet D. Augustinus, [illegible] verbis impendere debet studium: *Rebus potius [illegible]*
De doct. Chr. c. 10. *quàm verbis: nec Doctor verbis serviat, sed [illegible] Doctori.* Neque concionem exornare debet [illegible] *verborum ambitu.*

Quantum ad secundum, stylus debet esse [illegible] non affectatus: solutus non ligatus. Unde S. Au[illegible] stinus reprehendit Concionatores, qui sermoci[illegible] singula verba mandant memoriæ: concio namque [illegible] ditoris capacitati debet esse conformis. Et [illegible] demque res variis modis exponenda est, [illegible] auscultans innuat, aut signum ostendat, se percep[illegible] quod dicitur. Hæc sunt S. Doctoris verba: *Sol[illegible] tem motu suo significare avida multitudo cogn[illegible] utrum intellexerit: quod donec significat versandum [illegible] quod agitur, multimoda varietate dicendi: quod [illegible] state non habent, qui præparata & ad verbum [illegible] retenta pronunciant.*

Ad tertiũ, quod attinet, nimirũ, ad efficaciã dic[illegible] *Adsit in verbis*, inquit Origenes, *cœlestis gratiæ [illegible]*

tudem habebat Apostolus, cùm dicebat: *Evangelium nostrum fuit ad vos, non in sermone tantùm: sed in virtute,* 1. Thess. 1.
& Spiritu sancto, & plenitudine multâ. Hanc vim imprimendi id, quod dicitur, assequetur Concionator per sanctæ orationis studium. Quamobrem consulebat Augustinus Concionatori: *Sit Orator, antequam Concionator:* & in oratione impetret effectum, quidquid prædicationis. Ita legitur de S. Bernardo, quod, cùm in concione aliqua nonnullos, uti optabat, convertere non posset, post concionem mediante oratione impetravit eorum conversionem. Concludamus cum hoc Sancti Apostoli apposita sententia, in qua totum id, quod Concionatoris postulat officium, paucis verbis, & complectitur verbis: *Ex Deo, coram Deo,* 2. Cor. 2.
de Christo loquimur. Ex Deo: quia, quod proponit & loquitur, à Deo accipere debet. *Coram Deo,* & in Divina præsentia prædicandum est. *De Christo,* & Christus sit materia sermonis: *Prædicamus Christum Crucifixum.* Ita igitur mentem Apostoli concio tota debet esse Christis & Divina: à Deo, & in Deo, de Deo; & per Deum. Principium debet esse Deus movens & instruens Concionatorem. Medium, ipsemet Deus, quia in oratione Divinum petendum est auxilium, ut, cùm Concionator exteriùs loquitur auribus, interiùs Deus loquatur cordi. Finis quoque debet esse Deus, quia Deus manifestandus est, & ad gloriam ejus sermo instituendus, & hæc de modo prædicandi, & exercitio Zeli animarum.

EXERCITIUM QUARTUM.

De Virtutibus in communi.

Et

De Mediis, quibus eadem acquiruntur.

Primum Medium.

AD virtutes comparandas, iisque bene ... das, magno nobis debet esse auxilio ... mulo, tùm excellentiæ, tùm necessitatis ... earundem consideratio. Communis ... pientum sententia est, inter omnia ... primatum sibi vendicare bonum virtutis. Bonum ... *tutis optimum.* Primò, quia perficit optimam ... partem, nimirùm, animam, potentias rationales ... sensitivas. Secundò, quia conservat bonum ... *quod est optimum hominis.* Tertiò, quia ... optimam ad operationem (*est dispositio perfectiva optimum*) & optimum habet operandi modum, ... perseveranter & lætanter. Quartò, quia non ... & dirigit ad optimum & ultimum finem æternæ ...

August. Seneca Ethic.

...nt. Quintò denique, quia animæ nostræ veram per-
...tamque imprimit Dei similitudinem: *Divina species*
...virtutem in nobis exprimitur. Etenim Deus in seipso, S. Greg.
...in omnibus operibus suis est ipsa rectitudo, ipsamet Niss.
...tus & sanctitas per essentiam (*Sanctus Dominus, &* Psal. 4.
...ctus in omnibus operibus suis) Virtus similes proge-
...rat effectus in animâ, reddendo eam regulatam &
...tam in seipsâ, & in omnibus actionibus suis: rectam
...judicio, cùm judicet res in veritate suâ, sicut sunt,
...non veluti apparent; rectam in intentione, dùm
...per ultimum respicit finem; rectam in affectu;
...enim alteri, nisi summo bono suum impendit a-
...rem; rectam in verbis, cùm nunquàm deviet à veri-
...; rectam in operibus, quia ab eo, quod justum est,
...quàm discedit.

Et ut concludam, quæ circa excellentiam virtutis
...possunt, satis est si, quod ejus sit principium & finis,
...medium proferam. Principium virtutis est Gratia,
...is est Gloria. Unde jure merito justus & virtuosus
...parari potest arbori vitæ: cujus radix est Gratia,
...cus charitas, rami virtutes, flores opera meritoria,
...ctus præmium Gloriæ, quemadmodùm à contrario,
...osus appellari potest arbor mortis, cujus radix est
...atum originale, truncus fomes peccati, rami vitia,
...s opera mala, fructus pœna æterna. Neque veri-
...hæc latuit gentiles Philosophos: siquidem inter
...rus Aristoteles asserere non dubitavit, dignitatem
...tis esse dignitatem superhumanam: *Et excellentes*
...virtute dicuntur Dij, & viri Divini.

Dignitati virtuti adjungitur utilitas. Enimverò, Serm. 3. de
...asserit S. Bernardus, veræ divitiæ animæ, non sunt Advent.
...mæ temporales & mundanæ; ut sunt aurum & ar- Dom.
...rum, quæ nec sunt divitiæ veræ, nec nostræ; non
...æ, quia non nisi terra sunt, rubra & alba: non nostræ,
...niam, *cùm interieris, non sumes omnia:* eas tecum
...conferes ad alteram vitam, ex hac migrando vitâ. Psal. 48.
...ergo divitiæ non opes sunt, sed virtutes: quas secum
...ntia portat, ut in perpetuum dives fiat. S. Bern.

Sunt insuper virtutes necessariæ ad salutem. Nam
...propter peccatum remansit anima debilis, infirma, &

S.Th.1.2.q. 85. a.3. S.Bona. de refor. capit.5.

deterior facta est. *Vulnerata in naturalibus, & supernaturalibus.* Vulnerata in intellectu per ignorantiam, in voluntate per malitiam, in irascibili per infirmitatem, in concupiscibili per concupiscentiam. Ab his ergò vulneribus eripienda, & curanda est anima non aliis mediis & medicinis, nisi virtutibus. Sic enim natur intellectus prudentiâ: voluntas justitiâ, irascibilis fortitudine, concupiscibilis temperantia. His dictis sequitur, virtutem pluris æstimandam esse quàm omnes totius Mundi scientias: scientia namque efficiet bonum Philosophum, bonum Mathematicum, non bonum hominem, nec bonum Christianum: at virtus intellectum simul cum voluntate perficit, manifestat veritatem objecti, ejusque legitimum dominium, secundùm omnes circumstantias debitas. Unde

Aug. lib. de moribus Eccles.

D. Augustinus, virtutes morales Gentilium habebant veras virtutes: *Deficiebant, non solùm in genere meritorij, sed etiam in genere moris.* Non enim habebant finis boni circumstantias, eò quod operabantur propria fama, & vana gloria, quæ in eis, removebat operationem voluntatis ordinatam ad suum bonestum, eamque removebat à convenientia & rectitudine, in quâ tota consistit honestas. Quamrem idem S. Doctor concludebat: *Nihil est bonum sine summo bono.* Nulla est virtutis bonitas sine ordine formali, aut virtuali, ad summam bonitatem, quæ est bonitas Dei.

Secundum medium.

Ethic.1.

Sedulò curandum est, ut intellectus & voluntas (secundùm Aristotelem) sunt dùo virtutum, earumque virtuosarum actionum principia (intellectus ordinando, voluntas eligendo & exequendo) finis proclives ad bonum rationabile, ad bonum secundùm bonestatē Magnum donum est, ait S. Bernardus, habere bonam

Ad fratres de monte.

voluntatē: *Quia bona voluntas in animo est origo omnium bonorum, & omnium mater virtutum: sicut è contra mala voluntas est origo omnium malorum &*

Vide Augustinus loquens de virtute, dicit: *Virtus est ipsa voluntas*: in quantum bona voluntas est causa omnium virtutum. Sicut ergò bona voluntas, virtutum Mater, est donum Dei; ita à Deo petenda est: quidem secundùm S. Bonaventuram tribus modis, *S. Bona. de reformat. mentis. c. 5.* potest principalioribus. Primò, continua mortis memoria: hæc enim consideratio retardat voluntatem ab appetitu bonorum sensibilium virtutibus oppositorum. Secundò, frequentia orationis: quia *Oratio elevat Gregor.* *mentem super se ad Deum, & impetrat ab ipso sanitatem animæ, contra infirmitatem vitiorum.* Tertiò, tolerantia & patientia in tribulationibus. *Qui desiderat malum planè vincere, studeat humiliter purgationis suæ molestias tolerare.*

Tertium medium.

Optimum medium pro bono usu & adeptione virtutum est, tollere impedimentum passionum. Quod fit, faciendo eas rationi, ut sint *adjumenta & instrumenta virtutum*; *non impedimenta & instrumenta vitiorum.* Tali modo, ut sicut in Adamo aureo juxta originalis freno adeò regulatus & frenatus erat appetitus sensitivus, ut alium non habuerit finem, quàm serviret & cooperaretur appetitui intellectivo, in ordine ad bonum honestum virtutis, & ad summum bonum Beatitudinis; ita modò idem appetitus per peccatum lætus effrenis refrenandus est virtutis freno, ne passiones nostræ à terrâ abstractæ tendant in cælum: nec occupentur amplius in satisfactione amoris impuri, sed gloriæ Dei; ut cum David dicere possimus: *Cor meum, & caro mea* (nempè, ut explicat S. Thomas, appetitus intellectivus, simul & sensitivus) *exultaverunt in Deum vivum.* *S. Thomas. 1. 2. q. 24. a. 3.*

Modus mortificandi passiones est, ut in omnibus operationibus nostris semper deferamus primatum, & eminentiam voluntati superiori, quæ tanquam Regina suo stipata consiliario intellectu gubernet,

& regat totum hominem. Et in hoc proprie differunt a bestiis: in istis enim sensualitas est caput, & absque instar Dominæ alium supra se non agnoscit superiorem quippè, quæ statim, ac bonum aliquod sensibile ei representatur, movet potentiam executivam ad illius executionem. Quemadmodùm (& est exemplum Aristotelis) sphæra inferioris cœli movetur ab aliâ cœlestis superioris & primi Mobilis sphæra. Pro praxi igitur hac modo appetitus inferioris passiones gubernandæ & regendæ sunt, ut omnes dirigantur in sequelam veri boni, & in fugam veri mali, non tamen decipiantur ab apparenti bono, nec ab apparenti malo. Quapropter passiones Amoris, Desiderij, & Gaudij: sic etiam passiones odij, Fugæ & tristitiæ: quæ sunt passiones appetitus concupiscibilis, respicere debent verum bonum, & virtutis & Dei, qui est bonum honestum per se appetibile & virtutes Deum tanquàm finem proximum respiciant, necesse est, ut is ametur tanquàm finis ultimus; & respicere debent verum malum culpæ, & offensæ Dei, ut illud fugiatur. Ad eundem modum, passiones appetitus irascibilis, quæ sunt Spes & Desperatio, Timor & Audacia, & Ira dirigi & ordinari debent in bonum & malum, difficile & arduum; at verum, & non apparens.

Et ut descendamus ad singulas passiones in particulari, ac modum, quo refrenandæ sunt.

Amor, prima passio Concupiscibilis, pro objecto secundùm se sortitur bonum sensibile delectabile: at tanquàm subordinatus appetitui rationali habet quoque pro objecto bonum honestum.

Desiderium, secunda passio Concupiscibilis, effectus Amoris: & sicut è gravitate oritur motus ad centrum; ita ab Amore (qui nil aliud est, *quædam cooptatio, & complacentia cum objecto amato*) progeneratur motus Desiderij *in finem amatum*. S. Thomas.

Gaudium, tertia passio, effectus quoque Amoris, quia *est quies in bono sensibili amato, desiderato, & possesso.*

Odium

Odium, quarta passio, est certa quædam aversio à malo, passioni Amoris contraria. Quia, sicut bonum sensibile à sensu apprehensum, quandam in appetitu causat complacentiam, quæ dicitur Amor; ita malum sensibile à sensu pariter apprehensum causat effectum contrarium, nimirùm displicentiam quandam in appetitu, quæ vocatur odium.

Quinta passio, contraria passioni Desiderij, appellatur Fuga. Etenim, sicut versùs bonum amatum absens producitur motus appetitus, dictus Desiderium; sic à malo absente consurgit alius affectus, dictus Fuga.

Sexta & ultima passio appetitus Concupiscibilis nominatur Tristitia, quæ est certa quædam animi inquietatio & afflictio in malo præsenti.

In irascibili sunt quinque aliæ passiones circa bonum & malum, in quantum utrumque est difficile & arduum.

Circa bonum arduum, si est possibile acquisitu, movetur Spes: si est impossibile, Desperatio.

Circa malum, si est absens, insurgit Timor: si superabile, nascitur Audacia: si præsens, progeneratur Ira, & appetitus vindictæ.

Hæ sunt undecim passiones appetitus sensitivi, & dividi possunt in tres ordines: aliæ dicunt *motum in quem*, quales sunt passiones ordinatæ *ad bonum*, ut sunt Amor, Desiderium, Spes, Desperatio: Aliæ dicunt *motum à quo*, uti sunt passiones nos retrahentes à malo: & sunt Odium, Fuga, Timor, Audacia, Ira. Aliæ denique dicunt *statum in aliquo*: & si in bono, oritur passio Gaudij: si in malo, oritur passio Tristitiæ. *S. Thomas.*

Quantum ad modum modificandi & regulandi dictas passiones, optimus est ille dictatus à D. Augustino: *omnes passiones causantur ex Amore.* Desiderium, Spes, Gaudium nascuntur ex Amore: quod enim amamus, id desideramus, speramus, eoque gaudemus. Odium etiam, Timor & Tristitia ab Amore suam trahunt originem: quia odio habemus, timemus, nosque contristat malum, in quantum est contrarium bono, *lib. 14. de Civit. c. 7. & 9.*

quod amamus. Quod si igitur Amor est regulatus & conformis rectæ rationi tendatque in verum bonum non apparens; tales quoque erunt omnes ejus affectus passiones consequentes. Ratio est, quia Amor movet à Bono, tanquàm à fine: ergò si objectum amatum sit verum bonum, & non solùm apparens; talis quoque erit Amor, tales & alij affectus, quæ veluti media ad hunc istum ordinantur.

S. Aug. Tr. 9. tract. 7. in c. 4. Ioa.

Qua de causa magno cum fundamento dicebat dem S. Doctor: *Breve præceptum tibi præscribo: dilige, & fac quod vis*: quia quodcunque ab stimulatus Amore feceris, facies benè. *Ex radice enim Charitatis, quæ intùs existit, non potest, nisi bonum procedere.*

S. Thom.

Hac igitur suppositâ veritate, totum nostrum dium ponendum est in rectificanda prima passione moris. Quod duobus fiet modis: Primò, removenda est cogitativa à cognitione objecti sensibilis, & firmanda in objecto sensibili bono. Idcircò, ubi repræsentetur pulchritudo alicujus creaturæ, recede ab hac imaginatione, & eleva phantasiam ad contemplationem decoris & pulchritudinis Humanitatis Chri-

S. Bona. stim. c. 1.

sti, juxta dictum S. Bonaventuræ. *Si carnem amasti, carnem Christi ama*, & hic est finis, secundum Augustinum, propter quem *Christus factus est homo: ut totum hominem in se beatificaret*: Hominem interiorem per contemplationem Divinitatis, & hominem exteriorem per consideratione Humanitatis.

Secundus modus regulandi hunc Amorem consistit per considerationem intellectus: quandò, nimirum, intellectus non attendit ad rationem apparentis boni, quod est in objecto; sed ad rationem veri mali cujus est pœnæ æternæ, quod sub illo latet. Ac tali modo comprehendenda, ponderandaque est ratio dicti mali, quod primitus Amoris apparebat objectum, fiat objectum Odij, Timoris, & Doloris. *Terreat te timor inferni,*

Hugo lib. 3. de anima.

metus gehennæ, laquei mortis, dolor inferni, ignis æternus, vermis mordens, & omnia mala: ut tandem clamem, æternum non peccabo.

Quartum medium.

Est diligentia & cura in observando, advertendoque, quinam Naturæ, quinam Gratiæ sint motus: ac primus subitò in principio resistendum est. Enimverò, cum passio sit instrumentum Dæmonis, quo omnibus modis nos tentare ac superare nititur; subitò, ut aggressorem quantem advertimus adversarium, defensionis arma arripere debemus. Multum interest salutis nostræ, ut sciamus tentationibus resistere, & cuivis primo passionis motui competentem objicere oppeum.

Variæ sunt praxes & exercitia, modi varij, & sermone, & exemplo ab ipsis SS. Patribus traditi, quâ ratione possimus resistere primis passionum motibus.

Verùm præ cæteris omnibus optima praxis illa est, in qua Adversario nostro non repugnare duntaxat, verum etiam actibus virtutum passionibus contrariis eundem impugnare & expugnare studemus, si passio est tentatio superbiæ, impugnanda expugnandaque est actibus humilitatis eidem oppositis. Hanc praxin observaverat David: *Expugna impugnantes me, apprehende arma & scutum, & exurge in adjutorium mihi.* Concede mihi, Domine, virtutum, quo opus solùm non cedam, tentationibus inimici consentiendo; sed tua succurrente gratia eis resistam, hostemque exterrefactum virtutis armis prorsùs è medio tollam. Prodest insuper tentationis tempore dicere cum S. Augustino: *Dulce est delectatio, sed dulcior est Deus: malus est dolor temporalis, sed pejor est ignis æternus.* Et cum S. Ambrosio: *Abrenuncio tibi Mundo, abrenuncio tibi Carni, abrenuncio tibi diabolo: conjungor tibi Christe.* Et cum S. Francisco: *Voluptas brevis, pœna perpetua, modica passio, gloria infinita.* S. Aug. S. Ambros. S. Francis.

Ad hanc quoque doctrinam refertur, & spectat documentum illud, quod tradit Aristoteles in Ethicis;

Arist. *Vitare debemus voluptates corporales, quia voluptas trahit à vitâ rationali, & ducit ad bestialem.*

Quintum medium.

Erit, regulatio & moderatio affectus voluntatis juxta mensuram & regulam rationis: iidem namque actus Amoris, Desiderij & Gaudij, qui sunt in appetitu inferiori, sunt etiam in superiori, tametsi non sub eodem nomine passionum, quia producuntur *sine perturbatione cordis*: eò quod voluntas superior, cum non sit potentia organica, non subjectetur, veluti subjectatur appetitus sensitivus in corde. In his actibus spiritualibus voluntatis propriè consistit essentia virtutis, & tales actus frequentati producunt habitum. Unde

Ad fratres de monte. S. Bernardus definiens virtutem, dicit: *Est ad libitum rationis, actus libera voluntatis.* Est liberum aliquod rationale: & actuale facit habituale, quod est virtus. Hinc sequitur, internos virtutum actus posse nos elicere, absque eo quod exerceamus externos,

2.2.q.134. a.3.ad 4. juxta doctrinam S. Thomæ: *Principalis actus virtutis est interior electio, quam virtus potest habere absque exteriori materia.* q. d. Principalis actus virtutis consistit in electione, & in amore actus virtuosi, non posito etiam exteriori actu: tametsi ad positionem actus exterioris externi major exerceretur virtutis actus: quia

S.Tho.1.2. q.24.a.3. *Bonum rationis ad plura extenditur.* Ergo pauper potest esse liberalis, magnificus, magnanimus: quotiescumque volùtate superiori amat actus magnificos, liberales, & opera eximia & magna: quamvis eadem executioni mandandi modum non habeat; ac per consequens, quod est laude dignum in virtutibus, non est actus & opus externum: sed amor interior talis actus & operis, juxta S. Bernardi sententiam: *Non paupertas, sed amor paupertatis, est virtus.*

Dicamus nunc de modo regulandi hunc affectum voluntatis. Aristoteles docet: *Reducendus est affectus ad*

Arist. in Eth. *mediocritatem.* Unde definit virtutem: *Est mediocritas inter*

duos

tas extremitates. Et S. Bonaventura: *Medietas virtutis non est circa res, sed circa appetitum*; qui non excedit bonitatem & appetibilitatem objecti, neque ab eâ deficit: non enim amat res temporales tanquàm ultimam finem, neque easdem odio prosequitur, ac si essent malæ & peccaminosæ: sed cum moderamine amat illas, in quantum sustentationi humanæ utiles sunt, quod est idem dicere, secúndum D. Augustinum: *Virtus est modus, id est, medietas, secundùm rationem: Virtus est uti utendis, & frui fruendis.* Virtus consistit in eo, ut quis moderatè utatur hisce rebus temporalibus, & delectetur ac fruatur æternis. Hæc moderatio appetitus accipienda est secundum rationem & prudentiam: quia dictamen veræ rationis ita docet, ut amor non excedat, neque ab eo deficiat, quod requirit bonitas rei amatæ. Quapropter Deus, Bonitas infinita, infinitè amari & desideri debet: creatura, quæ est bonum finitum, & à Deo participatum, diligenda est finitè, moderatè, & propter Deum.

lib. 83. qq. q. 9.

Sextum medium.

Expedit valdè, ut in exercitio virtutis summum illius inquiramus apicem, & ad ejusdem aspiremus excellentiam & eminentiam, neque contenti simus virtute in statu continente, ut loquitur Aristoteles, permanentes in certam passionum; sed ascendere oportet ad statum temperatum, injiciendo frenum passionibus secundum rationem. Neque hic persistendum; sed ad statum heroicum oportet aspirare, donec perfectum absolutumque supra passiones acquiramus dominium, quo eas capiamus, deponamus, iisq; utamur, & non utamur, pro libitu & beneplacito nostro, & ut ratio docet ac judicat. Conformiter huic docet S. Bonaventura, quod non debeamus pedem figere *in infimo gradu virtutis*; sed aspirare & ascendere *ad supremum*. Idque exemplis demonstrat in variis virturibus.

Aristot. 7. Ethic. c. 1.

Tom. 1. ope. de gradib. virtu.

Infimus

Infimus charitatis gradus est diligere amicum: altior diligere quoque inimicum: altissimus, benefacere etiam inimico: qualis fuit Charitas Christi in Judam, & persecutores. Infimus gradus Obedientiæ est obedire rebus levioribus: altior, obedire ad aliquod tempus in rebus gravioris & majoris momenti: altissimus rebus gravissimis *usque ad mortem*: qualis fuit quoque Obedientia Christi. Et eodem modo idem S. Doctor exemplificat hoc in cæteris virtutibus, ut videre potes loco citato.

Verùm difficultas est, qua virtute ad tantam altitudinem & eminentiam, qua tamen summum illum virtutis gradum attingere valeamus?

Verissimum est, Naturam ad hoc esse insufficientem, & quamcunque humanam industriam tanto succumbere oneri: unde necessarius est concursus & lumen Divinæ Gratiæ. Quamobrem egregiè dicit S. Bernardus: *Virtus est filia Rationis, sed magis Gratiæ*, ita ut absque influxu Divinæ Gratiæ nunquàm perveniat ad perfectionem. Verum quidem est, quod *aptitudo ad virtutem* nobis *à Naturâ, complementum ex assuetudine* aliquam; at ultima perfectio, & summa virtutis excellentia expectanda est à Gratia. Vita beata, inquit S. Ambrosius, non consistit in quacunque virtute, & in quocunque gradu virtutis; sed in gradu alto & sublimi: *Vita beata consistit in altitudine sapientiæ, serenitate conscientiæ* (liberæ ab omni etiam minima passionis inordinatione) *virtutis sublimitate.*

Ad fratres de monte.

1.2.q.108. a.2.ex Eth.

lib. de offic.

Gratia igitur, quæ Solis instar residet in essentia animæ, diffundit radios suos, quibus illius potentias illuminat & perficit. Fide perficit intellectum, Spe & Charitate partem irascibilem & concupiscibilem voluntatis. Præterea virtutibus moralibus infusis, & præterea septem donis Spiritus sancti inclinat potentias, ut adquantur instinctum Spiritus sancti, & ut in exercitio virtutum ad perfectam Christi imitationem attendant & respiciant, veluti exemplum ponit idem S. Bonaventura: *Sustinentia passionum*, quæ est actus Fortitudinis, potest contingere *propter honestatem Fortitudinis*;

3. Bona

& spectat ad Fortitudinem, in quantum est virtus: & potest fieri *propter perfectam Christi imitationem*, sicque competit Fortitudini, quæ est donum Spiritus Sancti.

Septimum medium.

Ultimum medium ad perfectam virtutis acquisitionem est, ut amplexemur virtutem non tantùm *in totâ suâ latitudine intensivâ*, veluti dictum est; sed etiam *extensivâ*, non unam, aut plures; sed omnes in summo gradu procurando. Etenim, licet virtus, *secundùm statum imperfectum*, stare possit sine aliis: nihilominus virtus *secundùm statum perfectum*, necessariò postulat aliarum unionem. Unde inter se unitæ sunt, & indissolubili nodo connexæ, & qui unam possidet virtutem in sua completa perfectione, unitim habet alias.

Ergò Christianus ante considerationis suæ oculos semper habere debet septem virtutes principales, cæteraque, quæ ad has reducuntur: & per easdem; tanquàm per veram cœli scalam, semper ei ascendendum est, donec *videatur Deus Deorum in Sion*. Verùm, ut viaciot, & continua habeatur virtutum memoria, ususque contingat facilior ac delectabilior; agemus de qualibet virtute in particulari, & de modo exercendi eam, sequentes ordinem Sancti Thomæ in secundâ secundæ, aspirante gratiâ Domini, *qui est Dominus virtutum*,

EXER-

EXERCITIUM QUINTUM.

De Virtutibus in particulari.

Ac primò

De Virtutibus Theologicis.

CAPUT I.

De Virtute Fidei.

Hebr. 11. *Fides est substantia, seu existentia sperandarum rerum, argumentum non apparentium.* Fides est virtus, quæ rebus absentibus dat esse præsens, & res supernaturales invisibiles facit esse visibiles. Est oculus videns id, quod nec sensus, nec rationis perspicit oculus. Præsentem mihi exhibet æternam cœli Gloriam, æternam pœnam Inferni, Deum cum attributis suis, Christum, ejusque sanctæ vitæ & mortis mysteria. Docet & facit recte versari cum Sanctissimâ Trinitate, Patre, Filio, & Spiritu sancto, cum Beatissimâ Virgine, cæterisque Beatis & Angelis paradisi: &, ut plura paucis complectar, virtute

tutè sanctæ Fidei sublevaris ad statum quendam superiorem, transformarisque in quoddam esse supernaturale ac Divinum. Quapropter magno cum fundamento Fides ab Angelico D. appellatur *æterne vitæ inchoatio*: quia lumine fidei in præsenti vita incipimus videre id, quod in altera vita perfectè visuri sumus Gloriæ adjuti lumine. 2.2.q.4.a.1.

Et S. Bernardus Fidem dicit esse *speculum & exemplar æternitatis*: quia veluti in speculo quodam repræsentat & proponit nobis res futuras alterius vitæ. Et S. Dionysius eandem nominat *Divinum fatum*, quia *per intemeratam Fidem homo extra se fit, & extasim patitur*: siquidem per Fidem anima constituitur supra se in statu supernaturali. Præterea Fides est sicuti potentia quædam cognoscitiva animæ, in quantum vivit vitâ supernaturali per participationem Naturæ Divinæ, nempè, Gratiam. Ubi considerandum est, ut benè notat Cajetanus, quadruplici hominem gaudere vita: vegetativa, sensitiva, intellectiva, & Divina. Et quemadmodùm vegetare primæ vitæ proprium est, sentire secundæ, intelligere tertiæ; ita credere, sperare & amare propriæ sunt operationes animæ, quæ ut vivit vita Divina, puta, Gratia, quæ est participatio Naturæ Divinæ. Cajet. q.10. a.1.

Denique Fides *est ultima & suprema perfectio hominis*: quia *Natura inferior perficitur in participatione Naturæ superioris*. Propterea ultra motum proprium moveri debet motu ei impresso à Natura superiore; veluti manifestum est, & patet in partibus Universi; elementa namque, præterquàm proprio agitantur motu, moventur etiam motu cœlorum, & cœli moventur ad motum primi mobilis. Ad hanc perfectionem pervenit anima mediante Fide: siquidem per eam ordinatur ad ultimum & supernaturalem finem visionis beatæ, & ad eam pervenit credendo id, quod Deus dicit, *per modum addiscentis à Deo Doctore, secundùm illud Ioannis 6. Omnis qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me.* Et ob hanc subordinationem naturæ nostræ ad Deum probat S. Thomas necessitatem Fidei. S.Tho.q.2. a.2. S.Thom.

Verùm progrediamur in declarando, quænam sint ea, quæ credit Fides, & quodnam sit credendi motivum.

Incli-

Inclinat Fides ad credendum totum id, quod est revelatum à Deo: motivum autem, quod movet ad credendum est veritas & veracitas ipsiusmet Dei. Hoc ipsum docet Angelicus, asserens objectum materiale Fidei
q. 1. a. 1. esse Deum, *ut est Veritas prima in essendo.* Quod enim credimus, aut est Deus, aut ordinatur ad Deum: velut sunt Humanitas Christi, Sacramenta, Creaturæ, per quas *tanquàm Divinitatis effectus adjuvatur homo ad tendendum in Divinam fruitionem.* Objectum formale Fidei est idemmet Deus, *ut est Veritas prima in dicendo,* nimirùm, veritas per essentiam, veritas infallibilis: cuiusmodi Deus, ratione Bonitatis suæ & Sapientiæ infinitæ, nec decipere, nec decipi potest.

q. 1. art. 10. Secundò. Ultra authoritatem Dei revelantis requiritur etiam authoritas Ecclesiæ proponentis; quæ authoritas residet in Summo Pontifice, in quantum est organum Spiritus sancti. Quapropter est regula infallibilis, neque errare potest in rebus ad Fidem spectantibus; juxta promissionem Christi: *Ego rogavi pro te*
Ioan. ult. *Petre, ut non deficiat Fides tua.*

Tertiò. Ad credendum insuper necessaria sunt signa, ut vocant, credibilitatis. Nam, quemadmodùm docet
q. 1. a. 4. Angelicus: *Non crederet, nisi videret ea esse credenda:* & medium credendi, lege ordinaria, est externa promulgatio, seu prædicatio, cum instinctu & motu interiori Gratiæ. *Qui credit habet sufficiens inductivum ad*
2. 2. art. 1. *credendum, inducitur enim authoritate Divinæ doctrinæ miraculis confirmata, &, quod plus est, interiori instinctu Dei.*

Præterea optimum ad credendum argumentum est cōditio nostræ Fidei, quæ in seipsa verissima, sanctissima, efficacissima est, ut fidelem conducat ad ultimum finem nostræ Beatitudinis: ergò non nisi à Deo, qui est prima *Veritas, summa Bonitas, æterna Fœlicitas,* procedere potest. Et talem ac tantam hæc signa habent vim & efficaciam ad credendum, ut Richardus de S. Victore non
li. 1. de Trinit. cap. 2. dubitarit dicere: *Domine, si error est quod credimus, & si decepti sumus, à teipso decepti sumus; nam tantis signis & prodigiis doctrina hæc confirmata est, quæ nonnisi à te fieri potuerunt.*

Aliud

Aliud quoque adest signum valdè evidens veritatis Fidei nostræ, quod est sanctitas eorum, qui illam susce-perunt. Enimverò non est verisimile, neque conforme Divinæ Providentiæ ac Bonitati, quod Deus non mani-festaret veram Fidem iis personis, quæ toto corde eum diligant, & amore ejus vitam exposuere. Unde veritas hæc concludi potest isto argumento Cardinalis Bellar-mini: evidens est & manifestum, Sanctos, exempli gratiâ S. Franciscum, veræ imbutos fuisse Fide: quia vera Fides illa est, quæ conducit ad Gloriam, quam adepti sunt Sancti per Fidem suam: nostra Fides ea-dem est cum Fide Sanctorum, quantum ad ea, quæ creditur: ergò Fides nostra vera Fides est. Et hæc de ipsius Fidei.

Pro praxi, necesse est, exerceantur actus Fidei, & virtutes: *Assensus, Confessio, & Professio Fidei:* Deo quoque credere debemus; *corde, ore, & opere.* Primò, *S. Tho. q. 2. a. 2.* intellectu credendum est Deo, *& in Deum, quod est, credendo amare.* Secundò, oportet confiteri Fidem, quotiescunque postulat necessitas, exponendo etiam exempto ea: *Quia, quanta vita est, confiteri Chri-S. Augusti. stum; tanta mors est negare Christum.* Tertiò, de-bemus quoque profiteri Fidem signis externis, puta, orando Rosarium, aut aliis similibus: quia *est professio q. 7. art. 12. signorum Christiana.*

Effectus Fidei, juxta S. Thomam tres enumerantur: Timor, Spes, & Puritas cordis. Quia *nec summum malum sperari, nec summum malum timeri potest, nisi apprehensum*: & apprehenditur per Fidem. Prætereà dicitur in Actibus Apostolorum: *Fide purificans corda Actor. 15. eorum, scilicet ab impuritate erroris*: in quantum veram excludit cognitionem Dei & creaturarum: ast quandò perfecta est Fides, informata charitate, *perfectè purificat animam ab impuritate culpæ.* Ubi advertendum, quod, *l. sup. cit.* ut notat D. Angelicus, *Impuritas est ex mistione vilioris: sicut argentum redditur impurum ex permistione plumbi, ita non ex permistione auri, per quod melius redditur.* Ergò anima nostra, utpotè, nobilior cunctis rebus temporalibus, *cùm se illis subiicit per amorem, redditur impura: & purificatur per contrarium motum ad Deum.*

in quo motu primum principium est Fides: in quantum tollit errorem cognitionis, uti dictum est.

Hebr. 11. Adhæc, Fides victoriam subministrat contra omnes tentationes: *Sancti per Fidem vicerunt regna, id est, regna Mundi, Carnis & Diaboli*: quæ secundùm S. Thomam non vincuntur, *nisi per contemptum: & non contemnuntur, nisi per Fidem futurorum bonorum. Hæc est victoria quæ vincit Mundum, Fides nostra. Diabolus circuit, quærens quem devoret, cui resistite fortes in Fide.* Quæ doctrina haustæ est ex ipso Sapientiæ fonte, Christo Magistro nostro: *Non turbetur cor vestrum: creditis in Deum, & in me credite.* Unde benè dixit Isidorus: *Ab incredulo Diabolus timetur ut leo: à fortibus in Fide, ut vermis contemnitur.* Fides cuncta reddit possibilia, imò facilia: *Omnia possibilia sunt credenti*: & *Quod tibi videtur durum, non erit durum, si adsit Fides.*

Ioan. 5. 1. Pet. 2. Ioan. 14. lib. 3. de sũ. bono. c. 5. Marc. 9. Hugo.

Fides denique, ut notat S. Vincentius, erit corona duodecim stellarum, significans duodecim Symboli articulos, quæ coronabit Beatos in cœlo. *Et in capite ejus*, nempè fidelis animæ, *Corona stellarum duodecim.*

Apoc.

Hi sunt effectus Fidei: agamus modò de causis, à quibus in praxi depender Fidei perfectio.

q. 4. a. 8. Quemadmodùm lumen corporale *additione novi luminis crescit, & perficitur*; ita lumen Fidei *additione gratiæ & virtutum.* Et ex parte voluntatis perficitur à Charitate, *non per informationem, sed per imperium, & ordinationem ad bonum Divinum*: ex parte intellectus ab aliis donis Spiritus sancti: à dono Intellectus, Sapientiæ, Scientiæ, Consilij. *Per Fidem cognoscimus credendo, per Intellectum intuendo, per Sapientiam gustando, per Scientiam ordinando, & per Consilium ordinando.* Per hæc novem dona, veluti per tot lumina, *Incipit lucere per Fidem*, ut docet D. Augustinus, *quod priùs tantum credebatur.* Præterea donum Intellectus docet te penetrare mysteria Fidei: donum Sapientiæ docet, quæ de iis habenda sit æstimatio (*æstimando, his esse inhærendum, & ab eorum oppositis recedendum*) donum Scientiæ docet, quod de rebus creatis rectum sit ferendum judicium, nimi-

1. 2. q. 8. a. 6

enim, *non est illis fruendum sed utendum*: ordinandos ea, tanquàm media ad ultimum finem æternæ Gloriæ: ac denique donum Consilij instruit, quomodò judicium applicandum sit operationi: & tunc est perfecta Fides, quandò transit ad opus, quia de causa *Fides dicitur à faciendo, eò quod fiat, quod dicitur.* S. Aug.

Hisce virtutibus, quæ Fidem perficiunt, sunt plurima vitia opposita, quæ ipsam destruunt.

Virtuti Fidei opponitur peccatum Infidelitatis eorum, qui nolunt credere, & recipere Fidem sibi propositam, uti tenentur & obligantur. Etenim, cùm simus ordinati ad finem supernaturalem, sumus etiam obligati ad obediendum præceptis supernaturalibus Fidei, Spei & Charitatis: & non obediendo peccamus.

Infidelitas triplex est: Gentilismus, Hebraismus, & Hæreticismus: & hæc ultima cæteris pejor est, majorisq; vitæ peccati: quia magis contradicit Fidei, majusque à Deo recepit lumen. Quam ob causam Hæreticus gravi devinctus est scelere, quàm Hebræus, & hic majori, quàm Gentilis, crimini obnoxius est, eò quod unus respectu alterius majori dotetur lumine. q. 10. a. 5.

Dono Intellectus *opponitur Cæcitas & Hebetudo mentis. Quæ primo tollit totaliter cognitionem rerum spiritualium: secundo debilitat.* Causa vitiorum horum sunt peccata carnalia, Impuritas & Gula. Quia *talis delectatio est maxima inter corporales, unde maximè applicat intentionem ad corporalia, & per consequens debilitatur operatio humana circa intelligibilia.* E contra, virtutes oppositæ, Continentia, videlicet, & Abstinentia *maximè disponunt hominem ad perfectionem intellectualis operationis: unde dicitur Rom. 1. Pueris his, id est, continentibus & abstinentibus, dedit Deus scientiam & disciplinam omni libro & sapientia.* His itaque pro majori virtute Fidei notitiâ suppositis, nunc agemus de modo acquirendi eam. q. 16. a. 1. ad 3. 8. *Phys. text.* 73. *Ethic.* c. 5. & 4.

Praxis luminis Fidei accipienda est ex praxi luminis Gloriæ, quo Beati utuntur in cœlis.

Primò. Lumen Gloriæ est oculus quidam supernaturalis, quo Beatus videt Deum *ad intra*, secundùm intrinsecam ejus Gloriam propriorum attributorum, Bonitatis, Pulchritudinis, Potentiæ: & *ad extra*, secundùm Gloriam extrinsecam effectuum Dei, præsertim, Gratiæ, veluti sunt Incarnatio Verbi Divini, & Passio Christi cum prædestinatione & Gloriâ Sanctorum. Ad eundem modum, oculus Christiani habitus esse debet oculus sensus, quem habet communem cum brutis; neque oculus rationis, quem habet communem cum Gentilibus; sed oculus fidei sit, oportet, oculus supernaturalis, oculus Christiano proprius. Ethnicus apertum semper habeat, necesse est, contemplando eadem, quid qualisque sit Deus in seipso, & *ad intra* cum infinitis suis attributis; & *ad extra*, cum effectibus suis supernaturalibus Gratiæ. Et in specie semper animo revolvendo tria illa S. Francisco Assisinati adeò familiaria: Gloriam æternam: Pœnam æternam: Christum Crucifixum ab hac revocantem ac retrahentem, & ad illam invitantem. Hac concione innumeras lucrabatur animas, pluriumque obtinebat conversionem: *Paradisus apertus*: *Infernus apertus*: *In medio Christus Crucifixus vocans te.*

Secundò. Lumen Gloriæ non solùm est oculus supernaturalis Beati, uti diximus, verùm etiam oculus amorosus, quod cum Visione beatifica jungat Amorem & Gaudium Beatificum. Ita Fides nostra, ut sit perfecta, debet esse Fides amorosa, Fides informata & animata Charitate, & Claritas imbuta esse debet jubilo & exultatione in Deo. Quamobrem S. Augustinus merito definit Fidem hoc modo: *Fides est ordo Amoris*. Est vis tus quædam ordinata ad ultimum finem Charitatis, veluti ad propriam formam, à quâ suam recipit perfectionem.

Tertiò Lumen Beatificum non est habitus speculativus duntaxat; sed etiam practicus: quia non solùm elevat intellectum, eumque habilem & idoneum efficit ad videndum Deum; verùm etiam regulat dirigitque voluntatem in modo amandi ipsum. Ad eundem modum Fides nostra, ut docet Angelicus, non tantùm habitus

S. Th. Caj. 2.2 q 4 a.1

habitus speculativus est, inclinans ad credendum res à Deo revelatas; sed etiam est habitus practicus: eò quod præbeat modum observandum in servitio & amore illius. Unde non immeritò S. Bonaventura Fidei hunc attribuit titulum: *Auriga virtutum*: quia non dirigit regulatque duntaxat actiones nostras, sed ipsas etiam virtutes: siquidem nec sperari, neque amari potest Deus, nisi primò credatur. *In 3. dist. 24*

Quartò. Lumen beatificum est mensura Gloriæ: quia Visio Beati, quâ videt Deum, tanta est, quantum est lumen Gloriæ. Et nostra quoque Fides perfectionis nostræ mensura existit. Tantùm crescit in spiritu, quantùm crescit in Fide, juxta dictum illud Apostoli: *Justitia Dei revelatur ex Fide in Fidem.* Nimirùm, nostra justitia & sanctitas crescit & augetur à statu imperfecto ad perfectum juxta augmentum Fidei. *Rom. c. 1.*

Quintò. Lumen Gloriæ ipsis Beatis Divinorum Oraculorum & fundamentum: quia de omnibus dubiis, occultisque Secretis Dei beati luminis adminiculo requirunt resolutionem & evidentiam. Pari ratione lumen nostræ Fidei Divina continet oracula æternæ Sapientiæ. In omnibus rebus dubiis recurramus ad sanctum hoc Fidei lumen, & Divinum recipiemus responsum, illuminabimurque ad cognoscendam voluntatem Divinam.

Sextò. Idem lumen Gloriæ perfectum in Beatis obtinet statum, nec ullum adest impedimentum, quod illud quodammodò obfuscare & obtenebrare possit: & tales esse debet Fides nostra, ab omnibus libera impedimentis, ut sunt impuritas affectus & intellectus. Qui superbia contaminatum gerit affectum, non est habilis ad credendum, secundùm Christi sententiam: *Quomodò vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis?* Et meritò: siquidem ad credendum necessaria est gratia Dei, mentis voluntatem, & illuminans intellectum ad credendum: hanc verò gratiam Deus haud elargitur superbis; sed humilibus: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Alterum Fidei impedimentum est impuritas *Joan. 5.*

intellectus causata ex phantasmatibus & speciebus materialibus : dùm non tantùm sunt instrumenta sed etiam cognitionis nostræ finis. Ut ab his dictis impedimentis liber evaderet S. Bernardus, avidè, vehementerque mori desiderabat non solùm *morte Infernali, id est, terrenis cupiditatibus, quantùm ad voluntatem, sed etiam morte Angelorum, id est, terrenis imaginibus, quantùm ad intellectum.*

Septimò & ultimò. Beatus solo non est contentus lumine Gloriæ ; sed est in continuo illius exercitio, & suffragante lumine continuos elicit actus beatificos ita nec oportet, nos contenti simus sancto Fidei lumine, sed continuum illius usum & exercitium procurare, necesse est : frequenter non corde duntaxat, sed ore dicendo : Credo Deum esse, & vitam æternam : Credo Deum hic præsentem, & me ab eo videri, Emmanuel, ut docet S. Vincentius Ferrerius, Fides in corde est instar luminis lucernæ inclusi, quod, quandiu oleum non habet exhalationem extinguitur. Præterea, ut idem docet Sanctus, tanquàm fideles Christi milites, sæpè faciamus professionem & protestationem Fidei, manè & vesperi ad minus recitando symbolum Apostolorum. Denique, cùm certum ac evidens sit, summum Fidei esse donum Dei, qui donat illud, cuicunque vult, & in tantâ ac tali, ut placet ei, quantitate ac perfectione ; instantissimè illud à Deo petamus simul cum SS. Apostolis dicentes : *Domine, adauge nobis fidem.* Eccum quidam alio apud S. Marcùm : *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam.* Domine, concede, quæso, mihi donum sanctæ Fidei, da mihi illius perfectionem, consistentem in unione Fidei cum aliis donis Spiritus sancti, Intellectus, Sapientiæ, Scientiæ, & Consilij. Credo, Domine, sat valdè imperfectè, adjuva, te rogo, & perfice Fidem meam.

Verùm, si vivam ac genuinam desideremus præstare in exercitio sanctæ fidei, imitemur S. Apostolum Paulum : qui in Fide vivebat, Fide operabatur, & oculo Fidei semper aperto Christum continuò sibi præsentem reddebat, contemplando, amando & glorificando ipsum omnibus modis : de seipso loquens dicebat

in fide vivo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me; quasi dixisset: Quemadmodum corpus habet esse ab anima, vitam, motum propriam pulchritudinem, & ultimam suam perfectionem; ita anima à Christo, tanquàm à propria anima recipit & proprium esse, & propriam vitam, principium suarum operationum, pulchritudinem, nec non ultimam suam perfectionem supernaturalem. Quapropter, sicut anima totum possidet corpus, penetrat omnes ejus partes & membra, eique tribuit esse & operari; ita anima Apostoli tota à Christo possessa nonnisi in Christo vivebat, & in Fide Christi: non aliud, nisi Christum spectabat: vivebat in Christo, & operabatur per Christum, idque millenis titulis, præsertim verò, *Quia dilexit me: & tradidit semetipsum pro me*: prælo gratitudinis, & ut tanto correspondeam amori, quo Christus me dilexit, & pro me in Cruce mortem subiit. *Ad Galat. c. 2.*

Eodem modo tu dices cum Apostolo: *In Fide vivo Filij Dei.* Non vivo in Fide fallaci hominum & Mundi; sed in Fide certa & secura Christi: non aliud, quàm Christum spectabo: oculi mei claudantur cuivis objecto creato, solùmque aperiantur ad contemplandum Christum: vivo in Christo, vivo per Christum, vivo cum Christo: Fides Christi sit vita mea, totum meum bonum, cunctusque meus thesaurus: *qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*

CAP. II.

De Virtute Spei.

Spes est certa exspectatio futuræ Beatitudinis, ex Dei gratiâ, & ex meritis propriis proveniens. Certissima est Spes nostra ex parte Dei, esto non sit certa, possitque deficere ex parte nostra: *ex defectu liberi arbitrij, ponentis obstaculum peccati* Ac plurima sunt hujus certitudinis fundamenta. *Mag. Sent. 2. 2 q. 19. a. 4. ad 3.*

Primò. Divina Omnipotentia & Misericordia
ar.cit.ad 2. Deus potest, ac vult nos salvare. *Quibus principaliter Spes innititur, & non Gratia jam habita*, quæ [illegible] potest.

Secundò. Promissio Dei juramento firmata & [illegible]
Cãt.Zach. rata. *Iusiurandum, quod juravit ad Abraham Patrem*
Hebr.6. *nostrum, daturum se nobis* [illegible] *per duas res immobiles*, conformiter docet Apostolus, *id est, per promissionem, & juramentum, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus.*

Tertiò Divinum ac inæstimabile donum propri
Rom. 8. Filij. *Si pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum illo omnia nobis donavit?* Unde Augustinus: *Plus est, quod fecit, scilicet dando Filium, quàm quod promisit, promittendo Gloriam. Si quod plus, tenemus, quod minus est, speramus.*

Ephes 1. Quartò Merita Sanguinis Christi: *Habemus redemptionem per Sanguinem ejus.*

Ioan. 17. Quintò. Efficacia orationis ejus: *Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi.*

Serm. de temp.18. Sextò. Intercessio Beatissimæ Mariæ Virginis vocatæ à D. Augustino *Spes unica peccatorum, per quam speramus veniam delictorum, in quâ nostrorum est expectatio præmiorum.*

D.Thom. Septimò. Orationes aliorum Sanctorum. *Nostra prædestinatio, quantùm ad executionem, juvatur precibus Sanctorum: quia Divina Providentia non subtrahit causas secundas, sed illis utitur.* Hinc sequitur, juxta doctrinam S. Bonaventuræ, tres dari gradus Spei; *Altus, Altior, Altissimus.* Primus fundatur in meritis propriis Divinâ gratiâ fulcitis: secundus in Passione Christi: tertius fundatus est in Misericordia Dei. Præterea dicitur in definitione Spei (*futuræ Beatitudinis*) per quam tam intelligitur Beatitudo objectiva, quàm formalis: quia speramus Deum, Deique possessionem, quæ consistit in clara visione primæ Veritatis, & Amore perfecto summæ Bonitatis, & in infinito æternæ Fœlicitatis Gaudio. Ultimò dicitur (*ex Gratia, & ex meritis propriis proveniens*) etenim sperare sine meritis non est

S. Greg.

ter, sed præsumptio: & opera nostra debent esse meritoria dependenter à Gratia. Quam ob causam ad attingendum finem, quem speramus, principaliter concurrit Gratia.

Ex dictis sequitur, bonum, quod à nobis sperandum est esse summum Bonum vitæ æternæ: *Habemus spem incedentem (id est incedere facientem) in interiora velaminis, id est, ad beatitudinem cœlestem*, in quantum speratur *ut bonum nostrum, ut bonum nobis: sed non propter nos, sed propter Deum finaliter*: Speramque mediante auxilio Dei, *ut utile & delectabile nostrum: sed immediate & virtualiter, ad honorem Dei, & gloriam Dei, ut ultimum finem finaliter*. Insuper quatuor sunt conditiones objecti spei. *Bonum, Futurum, Arduum, Possibile*. Primò (*Bonum*) *quia Malum est objectum Timoris*. Secundò (*Futurum*) *quia Bonum Præsens est objectum Gaudij*. Tertiò (*Arduum*) *quia Bonum Facile est objectum Desiderij*. Quartò (*Possibile*) *quia Impossibile est objectum Desperationis*. Quæ conditiones omnes reperiuntur in immensa Gloria æternæ Beatitudinis. *Est bonum, & summum, & futurum bonum, & excellens bonum*: ac propterea Arduum, unde cunctas superat Naturæ vires, ac Gratiæ postulat virtutem auxiliatricem, cujus suffragio *Est etiam bonum possibile acquiri*.

Hebr. c. 6.
S. Tho. 2 2. q. 17. a. 2.

Ultra objectum Beatitudinis primarium, datur aliud secundarium Divinorum auxiliorum. Ad utrumque Spes se extendit. Etenim non debemus duntaxat sperare finem æternæ Gloriæ; sed etiam media ad illum nos conducentia: qualia sunt Gratia & cœlestes influxus. *Spes tuo intendit*, docet Angelicus; *Bonum, quod intendit, & auxilium, per quod intendit*. Cujus rationem subdit: quia effectus debet esse proportionatus causæ. *Unde infinitæ virtutis est, ad infinitum bonum, quod est vita æterna, perducere*. Ergò ad obtinendum ultimum nostrum finem summi Boni à Deo, tanquàm à prima causa sperare debemus media Divinæ Gratiæ. Dicamus modò de actibus virtutis Spei propriis, & à nobis exercendis.

q. 17. a. 4.

1.2.q.25.a. 4.in corp. Quatuor dantur actus Spei : *Amor, Desiderium, Spes , Gaudium.* Nam *Respectu boni incipit motus in Amore , procedit in Desiderium , terminatur ad, & ultimò completur in Gaudio Sicut respectu mali incipit motus in Odio , procedit in Fugam , terminatur in Timore , & ultimò completur in tristitiâ.* Quoniam enim modis operari possumus erga Deum. Primò Amore concupiscentiæ : *amando Deum, ut sumnum bonum nostrum* , quod idem est , ab amate Deum *propter Beatitudinem nostram.* Ubi dicit illa (propter) non stat *finaliter* , sed solùm *impulsivè* : ut (ut idem Sanctus Doctor alibi ait) non stat *finaliter* , sed *formaliter* : amatur namque Beatitudo *ratione propriæ formæ & perfectionis* : sed propter Deum *finaliter* ; quia non esset bonus amor , si amaretur bonum nostrum , tanquàm ultimus finis. Secundò possumus operari versus Deum , ut bonum futurum actu Desiderij. Tertiò , ut bonum arduum , actu Spei. Quartò , ut bonum præsens actu Gaudij : quemadmodum eo gaudent Beati in cœlo. Eodem igitur habitu Spei amamus Deum , quia *Bonum nobis* : desideramus eum, quia est bonum absens : speramus eundem, quia propter infinitam suam excellentiam est bonum arduum & difficile obtentu: eoque gaudebimus, quando ipso præsente fruemur.

p.1.q.20. a.1.ad 3.

Verùm advertendum est , quod actus Spei, qui est amor concupiscentiæ , conjungendus est cum actu amoris, qui est amor amicitiæ & benevolentiæ. Sperat itaque Deum propter me , ut glorificem Deum in me.

Joan.17. Veluti precabatur Salvator : *Pater , clarifica Filium tuum , ut Filius tuus clarificet te.* Petebat sibi dari gloriam , ut cum eâ glorificaret Patrem suum. Et tunc Amor Spei fit perfectus : quia est Amor circularis, qui revertitur ad suum primum principium & ultimum finem. *Est de bono, ad bonum, & propter bonum.* Bonum namque Divinum unitur bono creaturæ propter gloriam ejusdem Boni Divini.

S. Dionys.

Spes non perficitur duntaxat à Charitate; verùm etiam introducit Charitatem. Unde ut docet Angelicus, mutuam in se exercent causalitatem Spes & Charitas.

quo introducit ad Charitatem, in quantum aliquis, speret remunerari à Deo, accenditur ad amandum Deum, & servandum præcepta ejus: & adveniente Charitate, ejus perfectior redditur; quis de amicis maximè speret. 22. q. 17. a. 8.

Ex his actibus virtutis Spei propriis varij subsequuntur effectus in animâ.

Principalis effectus, quem Spes producit in animâ, est magnanimitas & generositas cordis: *Ei, qui anhelat ad aliquod maximum, parvum videtur omne illud, quod est minus: & ideò homini speranti Beatitudinem æternam, habito respectu ad istam Spem, nihil simul est arduum.* Spera cœlum, & facilè spernes terram. *Miraculum*, docet Angelicus, *non dicitur in ordine ad potentiam Dei, respectu cujus, omne quodcumque fit, est æquale (Omnes gentes, quasi non sint, & quasi nihilum coram Deo) sed in ordine ad facultatem Naturæ.* Hoc idem cum proportione quadam verificari potest de eo, qui sperat. Cor habet non absimile cordi Divino: nullam rem, ut magnam & arduam demiratur, omne creatum nunquàm nihilum æstimat. 1 p. q. 105. Isai. 40.

Quinque alios causat Spes effectus, ad quos cæteri reducuntur. Primò Liberat, protegit, ac defendit ab omni tribulatione tùm spirituali, quàm temporali: *In te speraverunt Patres nostri: speraverunt, & liberasti eos.* Secundò. Animam replet consolatione & Gaudio. *Exspectatio justorum lætitia. Spe gaudentes. Qui gaudet spe, tenebit & rem: qui autem Spem non habet, ad eum non poterit pervenire.* Tertiò. Fortificat: *In silentio & spe erit fortitudo vestra. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem*, nempè fortitudinem propriam cum fortitudine Dei: de propriis diffidentes viribus, & confidentes in virtute & fortitudine Dei. Quartò. Sublevat & erigit mentem ad cœlum: *Spes illorum immortalitate plena est.* Quintò Introducit ad Gloriam: *Qui sperat in Deo salvabitur.* Psal. 21. Prov. 11. Rom. 12. Aug. in Psal. 3. Isa. c. 30. & 40. Prov. 18.

Ad consignificandos hos effectus varia Spei attribuuntur nomina. Dicitur Galea, quæ defendat nostrum rectæ intentionis: *Induti galeam, Spem salutis.* Vocatur 1. Tim. 6.

Prov. 13. Lyr. Matth. 13. Hebr. 6. S. August. Isa. 4. Psal. 90.

Vocatur gemma pretiosa nos recreans: *Gemma gratissima exspectatio præstolantis, id est rei exspectatæ quæ* est Gloria cœlestis: est jucundissima instar gemmæ pretiosæ margaritæ ei, qui illam desiderat. Appellatur anchora: *Habemus Spem quasi Anchoram animæ ... tam ac firmam. Si videris fluctuare in mari iste, nolo ... rumpi ab Anchora, antequàm intres in portum.* Dicitur penna Aquilæ: *Qui sperant in Domino, assument penna ut Aquilæ. Sperate in Domino: per Spem intratur ad ... videndum, quod creditur:* Verùm, ut anima bonum effectuum Spei fiat particeps, omni conatu ac studio fugere oportet vitia Spei opposita.

2.2. q. 20.

Extrema autem, à quibus speranti cavendum est, duo sunt: *Desperatio & Præsumptio.* Prima peccat per *defectum*: quia non confidit in Potentia & Bonitate Dei, uti par est, & tenemur facere. Secunda per excessum: quia nimiùm confidit, sperando Beatitudinem à sola liberalitate Dei independenter à nostris bonis operibus, aut dependenter ab operibus nostris absque concursu Divinæ Gratiæ. Unde definiri potest Desperatio: *Recessus à Beatitudine.* Præsumptio verò: *Recessus non à Beatitudine; sed à modo debito eam obtinendi.* Et Ratio est, quia sicut objectum Spei, si consideretur

1.2. q. 4. a. 4.

ut bonum arduum cum possibilitate obtinendi, habet rationem attractivi, & Spes respicit illud *per modum accessus*; ita objectum Desperationis ut *est bonum arduum cum impossibilitate obtinendi, habet rationem repulsivi*, quod respicit Desperatio *per modum recessus & fugæ.*

Causæ Desperationis sunt Acedia & luxuria. *Quia Acedia est tristitia quædam dejectiva spiritus.* Unde non permittit spiritum sublevari ad procurandas res ... difficiles. Et peccatum carnis est causa Desperationis: *Quia ex nimio affectu ad delectationes corporales, fit ... homo bona spiritualia, & non sperat ea.* Causæ Præsumptionis pariter duæ sunt: Vanagloria & superbia. Quia, si Præsumptio nascitur ex inordinata fiducia in propriis viribus, causa est Vanagloria: *Ex hoc enim quod aliquis multum desideret gloriam: sequitur, quod attentet gloriam quandam supra vires suas.* Sed ...

Præ-

Præsumptio nascatur ex inordinata fiducia in Misericordia Dei, causa erit superbia, propter quam *aliquis tanto æstimat, quod etiam eum peccantem Deus non puniat, nisi à Gloria excludat.*

Remedium contra Desperationem est consideratio Beneficiorum, Charitatis & Beneficiorum Dei. *Nihil est tam necessarium ad erigendam nostram Spem, quam considerare, quantùm nos Deus diligat. Hæc ergo considere, in quibus tota Spes mea consistit. Charitatem adoptionis, Veritatem promissionis, Potestatem redemptionis.* Quamobrem propter peccatum Desperationis gravissimam peccator Deo infert injuriam: quia, quantum in se est, negat tria principaliora attributa Dei, Charitatem, Veritatem & Potestatem: ac principaliter *Desperatio contemnit Misericordiam, sicut Præsumptio Justitiam.* Eandem rationem confirmat D. Augustinus, quia malitia nostri peccati nequit attingere æqualitatem Bonitatis Dei, & multò minùs eandem superare. *Ille solus diffidat, qui tantùm peccare potest, quantùm Deus Bonus: cum sit autem nullus, qui hoc possit; qui debet de se mala, præsumat de se meliora.* Et hæc pro declaratione virtutis Spei sufficiant. Agemus deinceps de modo exercendi eam.

Aug. de Trini. c. 13. Serm. 10. Psal. 91.

q. 21. a. 1. Cajet.

S. Aug.

Supposito sanctæ fidei exercitio, in quo apertis fidei oculis contemplamur Deum, qualis sit in seipso, & in effectibus Gratiæ, quos duos oculos Christus desiderabit & amabat in Sponsa sua (*Oculi tui columbarum*) erigendæ deindè sunt alæ Spei, quibus anima generosæ instar Aquilæ vastam entis creati transcendit latitudinem, in cœlum evolat, & in Deum firmiter figit obtutum. *Datæ sunt ei alæ duæ, Aquilæ magnæ, ut volaret in Deum suum. Et: Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient.* Et meritò anima sic sperans comparatur Aquilæ: quemadmodum enim Aquila non solum oculos defigit in Solem; verùm etiam versus eundem expeditè volatum suum dirigit; ita anima non Fidei duntaxat oculos in Deum defigere; sed etiam alis Spei in Deum se sublevare, ac in Deo solidari debet.

Cant. 4.

Apoc. 12. Isa. 40.

Ratio,

Ratio, cur præter Fidem Spes sit necessaria, affert à Sancto Thoma: Quia *Fides est imperfecta cognitio.* Unde non sufficit credere, ut nostro satisfiat debito, sed etiam necesse est, perfectè quis cognoscat & videat id, quod credit: ad quam perfectionem per Spem *pervenitur.*

Opuſ. 3. Compend. Theol.

Ut verò hæc Spes in Deum sit perfecta, sequentes debet habere conditiones.

Prima. Debet esse certa & securâ firmiterà Deo sperando & finem Gloriæ, & merita Gratiæ. Quia objectum Spei est: *Sperare in Deum Beatificantem, & in Deum Auxiliantem:* cùm finis & media debeant esse proportionata, & nullus nisi ipsemet Deus nos ad Deum conducere valeat. Spes igitur nostra certissima sit, necesse est, quantum attinet ipsum Deum: Deus enim potest, & vult, ac promisit etiam cum augmento nobis dare gloriam: insuper hoc suum desiderium inexplicabile satis superque per hoc demonstravit, quod proprium Filium pro nobis exposcenti mundo & morti Crucis. Securam etiam ex parte Christi reddunt Spem nostram Valor ipsius Sanguinis, efficacia orationum ejus, intercessio sanctissimæ Deiparæ, aliorumque Sanctorum. Ut quis reddatur securus ad obtinendam gratiam à quodam Principe; duæ requiruntur conditiones: prima & principalis est, ut Princeps illam velit præstare: secunda (de qua non dubitatur) ut, qui petit gratiam, velit illam recipere. Et hæ duæ conditiones non desunt in casu nostro: enimverò Deus vult nos ditare coronâ æternæ Beatitudinis, & nos illam acceptare parati sumus: at simul has duas voluntates inter se comparando; plùs Deus nostram desiderat salutem, quàm nos ipsimet: quia multò plus ipse præstitit & fecit pro nobis, quàm quilibet facit pro seipso. Certissima igitur esse debet Spes nostra, nobisque cum Apostolo dicendum est: *Certus sum, quod potens est Deus depositum meum servare in illum diem justus judex.* Et: *Scitote, quia nullus sperans in Domino, & confusus est.*

2. Tim. 1.

Eccles. 2.

Secunda conditio veræ Spei est, ut sit alta & sublimis, & veluti generosa Aquila, *In excelso sit nidus ejus.*

Hebr. 1.

non est collocanda in bonis transitoriis vitæ hujus; sed in bonis æternis futuræ vitæ: non in hominibus, sed in Deo: non in Creaturis, sed in Creatore. Quapropter Deus ab Apostolo vocatur Deus nostræ Spei: *Deus autem Spei*: & Christus dicitur *Spes nostra*: quia in Deum & in Christum solùm nos sperare debemus. *In Deo sperandum.* Unde S Gregorius: *Spes in æternitatem animum erigit.* Ratio est, quia objectum Spei debet esse Bonum excellens, quod sit supra naturam nostram, quodque superet vires nostras, quale est Bonum æternæ Gloriæ, quod est summum & infinitum bonum. *Rom.15. 1.Tim.1. S. Thomas ibidem S.Greg. in Moral.*

Tertia conditio est, ut sit violenta: etenim propter eam acquisitu difficilem, & quæ nostras superet vires, operari debemus. Quemamdùm conscendens montem præruptè altum ob itineris arduitatem violentam sibi inferat, necesse est; ita qui sublimem cœli eam itire, ac præruptum difficilemque Gloriæ montem conscendere nititur, debet sibi inferre vim & violentiam, ac feruenter operari ut perveniat ad eam. *Regnum cœlorum*, quod est objectum nostræ Spei, juxta oraculum Christi, *vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Hoc ipsum docet Angelicus, nimirum, propter bonum usum virtutis hujus nobis operandum esse, *quadam animi elevatione, extensione & conatu*: ita, ut nos sublevemus in virtute Dei, extendamus nos ultrà vires nostras, nobisque insuper faciamus violentiam, ut sic correspondeamus Divinæ gratiæ. *1.2.q.18.a.1 q.25.a.1.q. 40.a.2.*

Quarta conditio est, ut sit humilis & magnanima: humilis, diffidendo prorsus propriis viribus, nostrum esse & operari reducendo in nihilum: magnanima, confidendo, & superando omnia etiam difficillima, nostrasque vires superantia in virtute & potentia Dei. Hoc est sperare in Spe contra Spem: sperare in viribus Dei contra Spem propriarum virium: *in Spe Gratiæ contra Spem Naturæ*: esse impotentem & omnipotentem simul: impotentem in se (*Nihil sum, nihil possum*) sed omnipotentem in Deo (*Omnia possum in eo, qui me confortat*) *Rom.8.*

Qua-

Quapropter, anima mea, in rebus spectantibus ad fiduciam Dei tibi prospicies, ac diligentem habebis curam, ne deficias in fiducia & Spe in Deum habenda; sed potius cum S. Francisco Xaverio, cùm plurimæ tibi obversentur difficultates, obviant pericula, dices: plus mihi timendum de defectu Spei in Deum; quàm de quocunque alio periculo propriæ etiam vitæ.

Quinta conditio: Spes nostra patiens erit & jucunda. Patiens: *Quia, quod speramus, per patientiam exspectamus.* Et jucunda, quia: *Spe gaudentes, scilicet merendæ quæ est Dei fruitio.* *Facit autem Spes hominem gaudentem ratione certitudinis, sed tamen affligit ratione dilationis. Spes, quæ differtur, affligit animam.* Debemus igitur, charissime frater, magnam in te erigere Spem, magna te præmuni patientiâ: *In silentio & Spe fortitudo & salvaberis.* Suffer mala præsentia, spera bona futura: tanta namq; lætitia, tantumque est gaudium illius boni quod exspectatur, ut, sicut experti fuere Sancti, omnia mali, quod sustinetur, tollat amaritudinem. Qua de causa, juxta regulam Doctoris Angelici, quando finis est dulcis, & media amara, ut eò lubentius laboremus mediorum amaritudinem, pensanda est dulcedo finis.

Rom. 8. S. Tho. Prov. 13. In vitis Patrum.

Sexta & ultima conditio Spei est, ut Fide supernâ illuminata, & Charitate formata. Enimverò debemus respicere & amare debet suum Donatorem & largitorem, à quo exspectat & sperat omnia bona: *Spes bonum à Deo, tanquàm ab amico:* amando suum Donatorem Amore puro veræ amicitiæ, & absque proprio commodo. Fides, inquit S. Augustinus, intuetur præmium: Spes illud ad se trahit: Charitas currit, ut illud comprehendat. *Dicit Fides, Magna à Deo filiis parantur: dicit Spes, Mihi servantur ista: dicit Charitas, Ad illa curro.* Et hæc de conditionibus, quæ adesse debent exercitio bonoque usui virtutis Spei.

2.2. q. 17. a. 8.

Supereſt, ut sæpè frequententur, exerceantque illius actus. Et sunt quatuor illi supra enumerati, nempè, Amoris, Desiderij, Spei & Gaudij. Amo, Desidero, Spero, Gaudeo. Amo Deum, pro Deum.

ad gloriam Dei : nimirùm, Amo Deum, tanquàm finem meum, & summum Bonum : sperans illum mediis quibusque suffragante ipsomet Deo, Divinoque ejus auxilio, & putè propter finem Gloriæ ipsius. Et idem dicendum venit de actu Desiderij : Desidero Deum, per Deum, & ad gloriam Dei. Et de Spe : Spero in Deo, per Deum, ad gloriam Dei. Et de gaudio : Gaudeo in Deo, per Deum, & ad gloriam Dei. Hæc est secunda animæ vita, post primam vitam Fidei. Et quemadmodùm dicebat Apostolus de Fide : *In fide vivo Filij Dei.* Ad eundem modum de Spe nobis dicendum est : *In Spe vivo Filij Dei* : Vivo in Spe Christi. Sicut corpus meum vivit anima mea ; ita anima mea vivit Spe mea in Deo : & sicut anima est principium esse & operari ipsius corporis ; ita Spes debet esse causa & principium esse & operari ipsius animæ. Quapropter Apostolus meritò compellat Spem nomine galeæ (*in galeam, Spem salutis*) quia caput nostrum rectæ intentionis defendit, ut cuncta nostra operatio, omne desiderium, omnesque cordis nostri motus aliud non respiret, in nullum alium collimet scopum, quàm in unum solum bonum, quod est omne bonum, quale est immensum & infinitum bonum, quod est bonum illud, quod speramus, futuræ Gloriæ. *Gal. 2.* *1. Tim. 6.*

Quandocunque igitur præ foribus adsunt tentationes, aut invadunt tribulationes, teque quasi prosternunt molæ præsentis vitæ ; spe in Deum sublevatus dic corde tuo : Spero in omnipotentiâ Dei : spero in virtute & efficacia Sanguinis Christi : spero in auxilium & intercessionem Mariæ Virginis. *Per ipsum & cum ipso, & in ipso.* Spero *per ipsum*, videlicet per merita Christi. Spero *cum ipso*, cum auxilio Christi. Spero *in ipso*, Beatitudinem in visione ipsiusmet Christi. Hac Spe firmatus & roboratus, inter omnia adversa fortis stabis & immobilis : *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, non commovebitur in æternum, qui habitat in Jerusalem.* *Ad Coloss. 2.* *Psal. 124.*

Ad perfectum hujus virtutis usum admodùm utile est, & multùm juvat distinguere inter vires Naturæ & Gratiæ, animoque revolvere promissionem illam :

Iob. c. 11. *Cùm consumptus fueris* in propriis viribus naturalibus *orieris ut Lucifer*, in virtute Gratiæ. Sæpenumero tribulationibus, adversitatibus laboribusque addo-primeris, ut dicas: Non possum ampliùs: & verò dices: Sed tum menti tuæ occurrat, necesse est, quod viribus naturalibus deficientibus, aliæ tibi suppe-tentur vires supernaturales Gratiæ: & in his tu sperandum atque operandum est. Hæc doctrina Theologiæ nititur fundamentis: docent namque Theologi, auxilium Divinæ Gratiæ non solùm con-ferri potentiis intellectus & voluntatis; verùm etiam potentiis materialibus & executivis. Denique hæc praxis veræ Spei in Deum in morte præsertim exercenda est: in quâ, ut docet S. Bernardus, prorsus diffidere, desperare debemus de propriis viribus, & de propriis meritis, ac totam spem nostram collocare in virtute Di-vinæ Gratiæ, in meritis Christi, & intercessione Sanctis-simæ Matris ejus.

CAP. III.

De Timore DEI.

1. AD vitam spiritualem non tantùm Amoris sancti exercitium: verùm etiam sancti Timoris usus necessarius est: cujus actibus, non tanquàm finibus, sed veluti motivis, ut, nimirùm, eò magis in Amore crescamus, omnemque etiam minimam offensam Summi Boni fugiamus, uti debemus. Unde simul jungendus est sanctus Amor cum sancto Timore, ama-re cum timere: amare Deum tanquàm bonum, & timere eundem veluti justum. *Nihil nos magis removet ab omni peccato, quàm Timor Inferni, & Amor Dei.* Origo ac prima radix boni malique, conformiter docet S. Augustinus, *Est Amor & Timor. Vt facias benè, amas & times Deum: ut facias malè, amas & times Mundum.* Ergò ut benè vivas, *convertantur hæc duo:*

Bern. de modo benè vivendi Serm. 4.
S. August. Psal. 79.

Amabas

...mbus Terram? ama vitam: timebas mortem? time ...hennam. quia si amor & timor Mundi in causa erant, quod malè vixeris & operatus fueris, timendo & amando Deum benè vives, & melius operaberis.

2. Tres actus Timoris Dei assignat S. Bernardus: *Ne crucieris in gehennâ, ne excludaris à Gloria, ne deseraris à Gratiâ.* Duo primi Timoris servilis actus sunt, & reducuntur ad habitum Spei; tertius est actus Timoris filialis, reduciturque ad habitum Charitatis. Primi sunt *à Spiritu sancto, sed non cum Spiritu sancto, id est, cum Gratiâ*: quamvis ad istam disponant. Ultimus est *à Spiritu sancto, & cum Spiritu sancto, id est, cum Gratiâ.*

S. Bernard. serm. 2. in Cant.

Conc. Tridēt. Sess. 6. c. 6.

3. Præterea Timor filialis tribus modis, ut idem Sanctus advertit, exerceri potest. Primò, in statu Gratiæ: constitutus namque in statu Gratiæ, ne eam amittas, magno cum Timore tibi vivendum est. Secundò, timendum etiam tibi & majori cum timore constituto in statu peccati: etenim absque Gratia haud poteris ita vivere, quin de novo prolabaris in peccatum. Tertiò in statu Gratiæ jam recuperatæ adhuc magis timendum tibi est propter periculum reincidendi & incurrendi in majorem Dei offensam. Hæc igitur mens est S. Bernardi. *Debes timere pro accepta Gratiâ, ampliùs pro amissa, longè plus pro recuperata. Pro accepta, ne in vacuum Gratiam Dei recipias: pro recuperata, ne per recidivum aliquid deterius tibi contingat.* Igitur juxta opinionem D. Bernardi nulla in hac vita securitas est: omnis persona, sive homo justus, sive peccator, quicunque ille sit, debet stare in timore: *Beatus homo, qui semper est pavidus.* Beatus, qui in Timore & tremore suam operatur salutem.

S Bern. in Cant. serm. 54.

2. Cor. 6.

Prov. 28.

4. Sed videamus, quæ qualisque sit causa Timoris. Respondet S. Augustinus: *Est amor, fugiens quod ei adversatur.* Et in sensu causali, seu causaliter, ut loquuntur Philosophi, intelligendum est, *Timor est Amor*, nempè, est causatus ab Amore. Idem docet Angelicus: *Omnis Timor est ex Amore boni contrarij.* Quod patet etiam experientia; timetur infamia, quia amatur propria æstimatio: timetur inopia,

S. Tho. 1. p. q. a. 1.

quia amantur opes, & nonnisi, quia amatur vita, tinetur mors. Unde vera nimis ac certa est hæc propositio: Qui timet, amat: & qui non amat, non timet. Ita

S. Aug. lib. 37. q. 3. proloquitur D. Augustinus: *Qui amat, timet.* Et Seneca: *Desinis timere, si desinis amare.* Ex quo optimum progeneratur medium, ne quidquam in Mundo, etiam terribilissimum timeamus: & est, si viam occludamus amori creaturarum & Mundi, secundum

S. Ioan. Epist. 1. c. 2. consilium S. Joannis: *Nolite diligere Mundum, neque ea quæ in Mundo sunt.* Si poteris dicere in veritate cum S. Ignatio: *Nihil eorum, quæ videntur, desidero:* tunc eodem poteris quoque affirmare: *Nihil eorum, quæ videntur, timeo.* Praxis igitur corrigendi Timorem hæc est, ut primò justifices & corrigas Amorem: collocа totum Amorem in Deo, & non aliud nisi Deum timebis.

5. Verùm, quâ ratione, quo modo Deus, qui sæmè bonus est, imò *ipsa bonitas per essentiam*, timeri potest, cùm bonitas sit objectum Amoris non Timoris? Respondetur, duplici ratione Deum considerari posse: primò, secundùm id, quod in se est, nimirùm, ut infinitum bonum, nullam in se continens rationem mali: & in hoc sensu est objectum Amoris, non Timoris. Secundò, secundùm id, quod connotat, puta, pœnam, quâ nos punire & castigare potest, & in hoc sensu potest esse, & est objectum Timoris. Ergò, ut loquuntur Theologi: *Deus non ut, Quod, sed ut id, à Quo, malum provenire potest, debet timeri.* Quia, *ut, Quod, est in se bonum, & summum bonum: sed ut id, à Quo,* timeri potest, ratione mali, quod à Deo causari potest. Ubi advertendum, quod sicut malum, quod à Deo ordinari potest,

S Thomas. duplex est, culpæ & Pœnæ (& primum *solùm permittitur à Deo,* secundum immittitur) ita duobus modis Deum timere debemus: nimirùm, ut permittentem Malum culpæ, & ut nos castigantem & punientem Malo pœnæ. Et plùs timendus est Deus ut permittens malum culpæ,

S. Tho. 2. 2. q. 19. art 1. Cajet. quàm puniens: quia malum culpæ, *est malum simpliciter, quia opponitur bono Divino in seipso: & malum pœnæ est malum secundùm quid, & opponitur tantùm bono creato.* Quamobrem hãc ad Deum fundere oportet orationem:

Deus-

Domine, ne permittas me separari à te, à Gratia tua, ab Amore tuo. Sum contentus, puniar in Inferno, priver Gloria tua: at nunquàm Gratia & Amore tuo me privare digneris.

6. Aliæ insuper supersunt rationes, ob quas Deus solus timendus est. Prima, quia Solus Deus nobis nocere potest independenter ab omni creatura; at nulla creatura independenter a Deo nobis ullum potest inferre damnum, aut nocumentum. Siquidem *omnia* *S. Aug. in Psal. 32.* *ipso sunt.* Ut docet Augustinus: omnes creaturæ sub imperio, dominio, & potestate Dei constitutæ nè minimùm efficere possunt absque mandato aut permissione ipsius Dei. Potest homo ex se malam habere voluntatem, ac inimico suo obviam procedere; at non sic liberam habet voluntatem, ut tanta votum suum ei nocere possit: hæc enim, qua fungitur, potestas Deo subordinata est. *Quia non* *Rom 13.* *est potestas, nisi à Deo*, ut ait Apostolus: ergò dependet à Deo, & sine Deo nihil potest. Qua de causa concludebat S. Augustinus: *Si creaturæ sæviunt: DEVM time, non illas. Homo te odit?* *S. Aug. loc. cit.* *DEVM time. Diabolus te impugnat? DEVM time. Ut sicut solus DEVS amandus, vel propter DEVM; ita solus DEVS timendus, vel propter DEVM.* Quæ veritas confirmatur ex Divino Salvatoris oratione: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus*, & cor- *Matth. 10.* *pori nocendi habent potestatem*, & hanc limitatam & subordinatam ordinationi & dispositioni Divinæ, & juxta licentiam à Deo ipsis concessam. Unde hinc inter justum & peccatorem nascitur differentia; quod justus nil aliud nisi Deum timeat: (*Qui timet* *Eccles 34.* *Deum, nihil trepidabit*) peccator verò præter Deum timet omnia: veluti Cain timebat, cùm dicebat: *Omnis, qui invenerit me, occidet me.* Hinc ortum *Gen 4.* est illud proverbium inter Sanctos adeò notum: *Qui timet Deum, nihil sub Deo timet: qui non timet Deum, omnia præter Deum timet.* Veritas ista hoc declarari potest exemplo: Si cuipiam occurrerent multi canes feroces, soluti, non ligati: nulli dubium est, quin illum corripiendum fore timore & pavore;

ast si conspiceret canes hos ligatos, & manuducta in-
sta quadam persona, quæ eosdem refrenare ac non
regere posset: certum est, eum non jam canum, sed per-
sonæ, quæ illos suo habet dominio subjectos, timore
metu commoveri. Pari ratione omnes Tyranni, & do-
mines etiam crudelissimi, sunt veluti canes feroces
sed ligati & frenati sub potenti manu Dei, qui eos
juxta nutum suum & beneplacitum, solvere & frenare
potest, consistentes. Ergò non est, quod timeas homines
sed time Deum, qui hominibus damnum tibi illaturis fa-
cultatem & licentiam indulgere potest.

Secunda ratio, cur Deus solus sit timendus, est quia
S.Tho. 1. 2. q. 41. art. 1. & 2. 2. q 19 solus Deus causare potest *verum malum arduum, id est*
magnum & excellens: quod est objectum & materia
timoris: siquidem modica, & quæ vix sunt ullius esti-
mationis, non timentur. Malum verò arduum & terri-
bile, quod solus Deus causare potest, est malum pœnæ
æternæ. Ex hoc capite Salvator inculcabat summopere
timorem Dei: *Timete eum, qui potest corpus & animam*
perdere in Gehennam.

Denique ad complementum hujus praxis proponam
omnes species Timoris, cum modo exercendi illas.
Species timoris sunt quinque: Timor mundanus, natu-
ralis, servilis, initialis, filialis. Primus est malus, secun-
dus indifferens, tertius bonus, quartus melior, quintus
perfectus & optimus.

S.Th 2. 2. q 19. a. 3. Timor Mundanus est malus: *Quia innititur Mundo,*
tanquàm fini: & procedit ab amore Mundano, tanquàm
à mala radice. Praxis igitur & medium, quo unicus hunc
Timorem, erit, si tollas illius principium & radicem,
quæ est amor creaturæ.

Timor Naturalis ex se malus non est, veluti Mun-
danus; sed indifferens. Non est meritorius, nec de-
meritorius: quia prævenit arbitrij libertatem. Bonus
usus hujus Timoris consistit in subordinando & con-
formando illum rationi & beneplacito Divinæ volun-
tatis: veluti fecit Christus Dominus noster in horto,
ubi Timorem mortis regulavit juxta Patris
voluntatem dicens: *Non mea: sed tua voluntas*
fiat.

Tertius

Tertius Timor dicitur Servilis, & est Timor bonus & donum Spiritus Sancti: quia procedit ab amore proprio ordinato, ac respicit seipsum tanquam finem proximum, non tanquam finem ultimatum, *& est finis sub fine.* Ille huius sancti Timoris procedit ex vivâ fide & apprehensione pœnarum Inferni, quarum intuitu abstinemus à peccato. *S. Th. 2.2. q. 6 & 9.*

Quartus & Quintus Timor sunt Initialis & Filialis, qui distinguuntur tanquam perfectus & imperfectus. Filialis est Timor perfectus, & *est perfectus*: quia *omnem foras expellit timorem, & timet poenam, & offensam Dei, ut separativam à Deo.* Initialis, qui *est Timor incipientium*, timet quoque culpam, ita tamen, ut etiam aliqua ex parte timeat pœnam. *S. Thom.*

Hic sanctus Filialis Timor remanet in Beatis in cœlis existentibus: *Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi. Per quem timet separationem à Deo ut ipsum, anima, non ut possibilem fieri.* Propterea est Timor sine sollicitudine infirmitatis, *sed cum tranquillitate Charitatis.* *Psal. 18. 2.2. q. 19. a. 11. S. Aug. 19. de civit. c. 9.*

Idem sanctus Timor Beati à Sacris Doctoribus appellatur *Timor Reverentialis, Timor Admirationis.* *Columnæ cœli contremiscunt, & pavent ad nutum ejus: non timore pœnalis Timoris; sed Timore Admirationis: quia illum admirantur Deum, ut supra se existentem & sibi incomprehensibilem.* *Iob. c. 6.*

Ratio hujus sancti Timoris est defectus intrinsecus & essentialis creaturæ, *pro ut dicit subjectionem secundum infinitam distantiam à Deo.* Unde per considerationem *recedit creatura, & quasi resilit in proprium nihilum.* *S. Thom. Gerf. 2 p. q. 165. memb. 2. a 1.*

Porrò ex his Timoribus duos anima habeat in continuo usu, necesse est: Timorem, videlicet, Servilem & Filialem. Servilis, inquit S. Basilius removet nos ab omni peccato: *Sicut, qui infixos habet corpori clavos, ad nullum opus est aptus, quod doloribus totus occupetur.* Ita, qui hoc sancto Timore confixus est, peccare non potest: quia Timor ille instar clavi cordi ejus infixus hæret. *S. Basilius serm. 28.*

Hujusmodi clavum desiderabat David, quando dicebat: *Confige Timore tuo carnes meas.* Ultra Timorem servilem exercendus quoque est, & moneo cum diligentia & frequentia Timor Filialis: neque Deum duntaxat timere debes, *ut servus Dominum*; sed *ut Filius Patrem dulcissimum.* Quapropter S. Ecclesia à Spiritu sancto illuminata pro nobis à Deo pustulat utrumque Timorem: *Sancti nominis tui, Domine, Timorem pariter & Amorem fac nos habere perpetuum, &c.* Et conformantes nos ejusdem Sanctæ Ecclesiæ menti & sententiæ, utrumque Timorem semper in corde deferamus, foveamusque in innocentia & sanctitate vitæ.

S. Thom.

Orat. Dō. 2. post Penthe.

CAP. IV.

De Charitate DEI.

S. Dionys. 1. *AMor Divinus est Divinæ Bonitatis desiderium.* Quia amare nil aliud est, quàm desiderare, ut reali intimaque præsentia amans uniatur rei amatæ: neque contentus est unione affectiva per viam voluntatis; verum etiam procurat affectivam secundùm præsentiam personalem. Anima igitur, quæ amat Deum, aspirat suspiratque ad hanc realem præsentiam: neque sola Fide contenta est: desiderat insuper videre objectum amatum. Unde optimum signum, ex quo cognoscas, an ames Deum, hoc est: si ipsius realem desideres præsentiam: si dicere possis cum Apostolo: Cupio dissolvi & esse cum Christo. Quod exponit & declarat S. Augustinus exemplo unius castæ, & alterius adulteræ conjugis: *Illa timet, ne tardet sponsus: ista ne veniat.* Ac propterea illa, non ista vero ferrur amore in sponsum. Quod deindè idem S. Doctor nobis applicat, & subjungit: *Absens est Sponsus tuus: interroga conscientiam tuam. Vis, ut veniat?* Veri amoris Signum est, Vis,

se, ut tardet? signum est, quod non diligas; sed timeas, expectans pœnam quandam à Sponso tuo.

2. Verùm investigemus, qua ratione Divina Bonitas, Divini Amoris objectum, hunc in nobis causet Amorem. Primò requiritur, ut Bonitas Divina à nobis sit cognita. Quia, secundùm Angelicum: *Sicut visio corporalis est principium amoris sensitivi; ita contemplatio bonitatis, vel pulchritudinis spiritualis, est causa amoris spiritualis.* Ut igitur Divina ametur Bonitas, necessaria est illius cognitio: & juxta mensuram cognitionis crescet & augebitur amor. Secundò, necesse est, cognoscatur Divina Bonitas, tanquàm res conveniens, & proportionata nobis, & tanquàm summa & ultima nostra perfectio. Quia, juxta Philosophum, *Omne, quod amatur, diligitur in quantum proprium bonum nobis proportionatum & conveniens.* Amor enim *tendit in alterum: vel, ut alterum à se*, si est Amor amicitiæ: *vel, ut aliquid sui*, si est Amor concupiscentiæ. Tertiò debemus insuper cognoscere Divinam Bonitatem, ut Amantem: quæ nos amat, & ab æterno amavit infinita Charitate (*Charitate perpetua dilexite*) Etenim ad perfectam amicitiam *requiritur redamatio*: mutuus inter amicos requiritur amor. *Hoc est amatorium efficacissimum*, ait Seneca: *Si vis amari, ama.* Propterea Deus, ut nos in suum pertraheret amorem, *Ipse prior dilexit nos. In funiculis Adam, in vinculis Charitatis.* Quod si igitur desideremus, ut Divina Bonitas in nobis efficax sit, sanctumque suum causet Amorem, magnopere curemus eandem cognoscere: quàm infinita sit in se, quàm infinita etiam respectu nostri, quod nobis se communicet, tanquàm unicum ac summum nostrum bonum: quàm eximius & immensus sit Amor ille, quo nos prosequitur.

S. Tho. 1. 2. q. 27. a. 12.

Eth. lib. 9. c. 5.

Ierem 31.

Sen. ep. 9.

1. Ioan. 4.

Ose. 11.

3. Cognitioni Divinæ Bonitatis hæc suffragatur quoque consideratio, quod, in quantum est objectum Amoris, non sit Bonitas ad unam rationem unius Attributi restricta & limitata duntaxat; sed illimitata penes omninò, quascunque Deus in seipso continet,

perfectiones amplectens, Essentialem, Attributalem & Personalem. *Non dicit Bonitatem Attributalem, quæ est summa perfectio in operando*: sed ipsam naturam & substantiam Dei, *ut est in se infinitum & illimitatum Bonum, in totâ latitudine entis.* Ex quo progeneratur excellentia Charitatis supra alias virtutes, non tantùm Morales, quæ respiciunt objectum creatum; sed etiam supra alias Theologicas: Fides enim & Spes respiciunt Divinitatem sub aliqua limitatione: *Fides respicit Deum, ut testificantem: Spes, ut beatificantem: sed Charitas, ut existentem in se.* Quæ ratio objecti est congeries quædam omnium perfectionum. Verùm inter omnes perfectiones, quas in se Divina comprehendit Bonitas, duas præcipuè respicit Charitas: & sunt pulchritudo & dulcedo Dei: illa objectivè perficit & beatificat intellectum: ista perficit & beatificat voluntatem. Et si oculus corporeus tantùm occupatur & delectatur in visione pulchritudinis corporalis, quantam percipiet voluptatem oculus spiritualis intellectus in visione pulchritudinis spiritualis & infinitæ Dei? Et si gustus corporeus recreatur mirum in modum dulcedine & sapore cujusdam cibi materialis; quid non fatier voluntas, gustando infinitam Dei dulcedinem? Hoc Amoris nostri debet esse exercitium: contemplari Divinam pulchritudinem, & gustare Divinam dulcedinem: utraque aut ex ipso Deo, per viam fidei; aut ex ipsis Creaturis media cognitione naturali haurienda est. Quapropter anima Amans hoc in Mundo conversari debet, ut notat S. Bernardinus, *more Angelico, resolvendo omnia in prima principia.* Vides creatam aliquam pulchritudinem? Noli isti immorari, mentem attolle ad increatam, ad primum principium, ad primam causam pulchritudinis creatæ. Reperis dulcedinem quandam inter creaturas? Considera, eam quasi minimam esse stillam immensi illius Oceani dulcedinis Divinæ. S. Augustinus egregiam & huic proposito valdè accommodam adfert similitudinem. Debet, inquit ille, Servus Dei continuò stare & ambulare in præsentia Dei, ac semper habitare intra Deum, velut

2.2.q.23. a.4.

S. Aug. de substantia dilectionis.

rum intra mellis favum habitat apis, quæ ita ei se indidit, ut non aliud, nisi mel videat, tangat, & gustet. Hoc modo anima Divino ardens amore se habeat, oportet: totam se immergat dulcedini Dei, aliud non aspiciat, non gustet aliud, quam Divinam suavitatem, ut ipso Deo, tanquàm in proprio fonte, aut ipsis creaturis infillatam. Cape igitur hoc D. Augustini consilium: *Suge, suge, & bibe Divinæ dulcedinis inenarrabilem suavitatem: immergere, & replere, adhære, inebriare, & frue.*

4 Sed procedamus ad actus in praxi hac sanctâ Amoris Dei exercendos. Tres sunt interni Charitatis actus: Amor, Gaudium, Pax (*Fructus Spiritus est Charitas, Gaudium & Pax*) in quibus consistit Regnum Dei, quod est intra nos: *Regnum DEI intra vos est. Pax & Gaudium in spiritu sancto.* Primus actus Amoris explicatus per hanc vocem (*Amo*) triplicem habere potest sensum. Primus est: Amo Deum, & vult dicere: præfero, & antepono voluntatem Dei cuicunque bono creato: pluris æstimo Deum solum, quàm reliqua omnia extra Deum: & hic appellatur Amor appretiativus, seu Amor excellentiæ. Secundus sensus ejusdem vocis (*Amo*) est: complaceo mihi, Deum esse talem, qualis in seipso est, infinitus in omnibus suis perfectionibus, quod etiam adoretur & glorificetur ab omnibus creaturis: & hic Amor vocatur Amor benevolentiæ. Denique tertius sensus istius vocis (*Amo*) est iste: Amo Deum: Desidero Deum videre, & Gloriam Dei: Cupio frui Deo tanquàm summo & ultimo meo bono: & hic Amor dicitur Amor concupiscentiæ. Iste est primus interius actus Charitatis dictus Amor. Secundus actus est Gaudium: *Et est vitalis quædam suavitas de bono Divino*, quam percipit anima in contemplatione Divinarum perfectionum. Tertius actus est Pax: *Quæ est conformitas cum Divinâ voluntate*, & beneplacito: quæ supponit pacem cum nobismetipsis, secundùm consensum appetitus inferioris cum superiori: sicut & pacem cum proximo.

S Th p. 2. q. 28. Gal. 5. 2. 2. q. 44. a. 4. 5. 6.

5. Hi

5. Hi tres actus Charitatis proponuntur quoque à Christo, & comprehenduntur in Oratione Dominica sub tribus primis petitionibus. Actus Amoris continetur sub primâ : *Sanctificetur nomen tuum.* Secundus actus Gaudij sub secunda : *Adveniat Regnum tuum.* Tertius actus Pacis sub terra : *Fiat voluntas tua.* Idem ergò vult dicere (*Amo*) quod: *Sanctificetur nomen tuum* : ab omnibus agnoscatur, ametur, adoretur, ut est in se, sanctum, sanctissimum. Idem est dicere (*Gaudeo*) ac : *Adveniat Regnum tuum* : in quo spero frui Gaudio tuo, & Gloria tua. Habere (*Pacem*) cum Deo, nil aliud est, quàm dicere cum desiderio : *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terrâ*, ut, sicut in omni re Angeli promptissimè obediunt Deo in cœlis ; ita cum omni perfectione eidem obtemperent homines in terris. Tres istæ petitiones cum quatuor aliis subsequentibus tanquàm orationes valdè devotæ ac jaculatoriæ nobis usui esse possunt per diem.

6. Dictum fuit de actibus Charitatis, quò ad substantiam dicamus nunc de eorundem perfectione. Itaque ut actus isti suam habeant perfectionem, debent esse continui & intensi. Primò, continui, & *continui in præparatione animi, & frequentes in exercitio.* Etenim Servo Dei inesse debet desiderium amandi Deum suum *semper, & ad semper*, omni tempore, & in omni loco : cum illa continuatione, qua Beati amant in cœlis. Et quia id non permittunt necessariæ occupationes, vitæque præsentis distractiones, curet frequenter se totum dare tàm sancto exercitio, sæpè, & in omnibus, quibus potest, occasionibus sublevando amantem cordis oculum ad Deum.

S. Bon. in 3. dist. 27. q. 1. Neque satis est, quod habeat solùm continuos, ut diximus, actus Charitatis elicitos, verùm etiam eodem modo imperatos exerceat, necesse est. Etenim *Charitas, ut Regina, imperat omnibus virtutibus: & imperando informat in esse meritorio : & informando unit ultimo fini, & in ipso quiescit.* In hoc consistit omnis

1. 2. c. 100. q. 10. perfectio, veluti advertit Cajetanus : *In totalitate referibilium ad Deum* : quandò cunctæ nostræ operationes, sive

sive sint internæ, sive externæ, referuntur ad ultimum finem Gloriæ Dei.

Præterea actus Charitatis debent esse intensi, ut aliquatenus amabilitati objecti, & Amori, quo Deus nos amat, correspondeamus: Deus infinitus est, uti & infinita est ejus Bonitas, à qua procedit Amor ipsius. Ergo Amori tam sancto, immenso & intenso, qualis est Amor Dei, haud convenienter correspondebit Amor noster remissus: *Cùm Deus animam amat* (asserit S. Bernardus) *Immensitas amat, Æternitas amat: unde necesse est, animam immensè & æternaliter redamare, si debet in opus. de Deo perfectè quiescere.* Quem intentionis gradum hic Amor attingere debeat, docet ipsemet Christus D.N. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Debemus amare Deum (*ex totó*) hoc est, toto amore, toto affectu, toto desiderio, non dividentes amorem, affectum, desiderium nostrum cum creaturis. Deus igitur amandus est *ex toto.* Primò, *ex toto, secundùm intensionem*: tota virtute & applicatione animæ. Secundò, *ex toto, secundum extensionem*: continuando hunc Amorem per omne tempus, per omnia sæcula, & per totam æternitatem. Tertiò, *ex toto, secundùm unionem*, jungendo Amorem nostrum cum Amore Sanctorum, Christi sanctissimæ Matris ejus, & trium Divinarum Personarum. Quartò, *ex toto, secundùm passionem*: desiderando amore Amoris hujus innumera sustinere tormenta, optando infinita, si tot essent possibilia, subire martyria. Quintò, *ex toto, respirationem*: singulis vicibus, quibus spiro, quotiescunque etiam respiro, intendo amare Deum: cunctosq; illius respirationis veluti tot actus Amoris Dei ipsi Deo offero: unde exopto & volo, ut respirationes meæ tam diurnæ quàm nocturnæ nil aliud sint, quàm continui Amores Dei, adeòque ipsa respiratio, quæ dat vitam corpori, simul quoque suppeditet vitam animæ, & veram animæ vitam, quæ est sanctus & purus Amor Dei.

S. Bern.
apud S. Th.
Beat. c 2.
Deut. 6.
Matth 22.
Marc. 12.
S. Bern.

7. Insuper, in hoc sancto actualis Amoris Dei exercitio consideratione dignum est punctum aliquod magni momenti. Et est, quod perfectio Amoris non consistat in multitudine actuum; sed in abundantia & pleni-

plenitudine affectus ejusdem actus. Ita legimus de S. Francisco, quod tota nocte repetierit eundem actum Amoris Dei: *Deus meus & omnia*: sed semper novo majori cum affectu. Hoc idem faciebat S. Augustinus, quando dicebat: *Noverim te, Domine, & noverim me.* Quæ doctrina profluxit ab ipsis sanctis Seraphinis, qui toti à Divini Amoris incendio absorpti cum affectu Seraphico & Divino idem semper repetunt: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Et hæc de praxi Charitatis, ac puri sancti Amoris dixisse sufficiant.

8. Ut plura jam dicta paucis complectar, & doctrinæ punctis concludam; sciendum, praxin Amoris Dei consistere *in unione & Relatione*: in eo, nimirum, ut simus ac permaneamus uniti Deo per Amorem, & in omnes ejusdem Amoris omnia referamus ad gloriam Dei. Vera namque & perfecta Charitas non affectiva dumtaxat; sed etiam effectiva & operativa sit, necesse est ut non solùm amemus Deum; verùm etiam operemur propter Deum. Tota igitur perfectio nostra consistit in *Vnione* cum Deo, & in *Relatione* omnium, quæcunque operamur, ad Deum referibilium. O sancta Vnio! O sancta & beata *Relatio*, quæ status beatificorum in hac vita nos efficis participes! Hæc, & non alia, est Sanctorum vita: semper amare Deum, & semper operari propter Deum. Quod si igitur Deus est eorum scopus, finis, & exercitium; idem etiam & nostrum sit oportet bonum, & desiderium nostrum: ut sicut anima nostra est *ex Deo*; *ita tota sit ad Deum, in omnibus, ac per omnia*, & per Unionem, & per Relationem modo jam explicato.

Guillelm. Par. de virtut. l. 141.

Pro ultimo complemento hujus exercitii, & ut majorem faciamus progressum in hoc sancto puroque sanctique Amoris exercitio, multùm proderit si nonnullas de sancto Amore faciamus protestationes in sequenti forma.

Prima Protestatio. Protestor, dulcissime JESU Christe, quod, quotiescunque elicuero actum Amoris tui, dicendo: *Amo te, dulcissime JESV, super omnia*: voce hac (*Amo*) intendo amare te omni Amoris genere, & Amore excellentiæ, & Amore benevolentiæ, & Amore concupiscentiæ, veluti supra dictum fuit.

Secunda

Secunda Protestatio. Præterea hunc actum perficere intendo cum omni perfectione possibili, *& ex toto secundum intensionem & extensionem*, veluti explicatum est supra.

Tertia Protestatio. Protestor insuper, quod renunciem ac valedicam cuicunque alteri Amori, & Mundi, & carnis: ac velim unicum purum ac sanctum Amorem solum possideri ab animâ & corpore meo, nunc, & semper, & in tempore, & per totam æternitatem.

Et harum protestationum executionem spero à sanctissima Virgine quæ est *Mater pulchræ dilectionis.* Et ejus sanctissima merita, potentissimamque intercessionem confido me eandem impetraturum & exercuturum in vita, in morte, & post mortem per totam eternitatem.

CAP. V.

De Amore Suiipsius.

1. AMor proprius duplex est, verus & falsus: primus juxta D. Angelicum, est, quando amamus seipsos secundum ea, quæ habemus à Deo, ut sunt bona Naturæ & Gratiæ: hæc namque bona sunt objecta bona & amabilia. Secundus est, quando amamus seipsos secundum id, quod habemus à nobis, & est peccatum: peccatum enim objectum bonum non est, nec amabile: sed malum & odibile. Proprius igitur amor noster verus esse potest & falsus, bonus & malus. Eandem doctrinam tradit Cajetanus. Amor proprius in triplici statu considerari potest: *secundum statum Naturæ, Gratiæ, & Peccati.* In primo & secundo statu Amor proprius bonus est, in tertio malus. *S. Thomas.* *Tom. 1. Opusc. tr. 25. q. 2.*

2. Præterea amor proprius verus amat id, quod est principalius in seipso: *Quia amare est secundum præcipuum, quod est in objecto amato.* Amor in objecto amato principaliorem, quæ in eodem reperitur, amat partem. *S. Thom.*

Ergò

Ergò amor proprius verus amat in homine animam, quia hæc est pars illius principalior. Et hæc Sanctorum virorum sententia semper extitit & praxis, ut plus amarint animam quàm corpus: imò amarunt animam, & odio habuere corpus, in quantum concupiscentiis inclinante & pertrahente ad peccatum infectum est. Hoc exercitio valdè excelluit Seraphicus Pater S. Franciscus suum namque corpus respiciebat & tractabat velut maximum, imò tanquàm unicum & solum, quem haberet inimicum & adversarium. Unde ex parte Dei mancipabat Dæmonibus, ut in illud sævirent, agerentque totum id quod à Deo illis præceptum permissumvè erat. Et subjungebat: *Vindicate me de crudeli inimico adversario pessimo, quo nullum sentio majorem.* S. Bonav.

3. Quo major est excellentia animæ comparatione corporis, eò quoque amor illius major sit, oportet. Nobilitas animæ ex triplici capite desumenda est. Primò, ex principio; immediatè namque à Deo, ad ejusdem imaginem & similitudinem creata est, quod est idem, ac si diceres, creata est de Naturâ Dei. Secundò ex fine nobilissimo & perfectissimo, qui est visio, amor & fruitio Dei. Tertiò ex pretio, Christi namque Sanguine infiniti, utpotè, pretij & valoris redempta fuit. Animam igitur in corpore veluti equo insidentem equitem considera: *Glorificate & portate Deum in corpore vestro*, inquit Apostolus, & juxta expositionem Divi Angelici: *Sicut equi sessorem* Tanquam militem in tentorio seu tabernaculo: *Velox est depositio tabernaculi mei.* Tanquàm personam suis indutam vestimentis: *Nolumus exspoliari, sed supervestiri.* Ratio verò quæ postulat, ut major habeatur cura equitis quàm equi: plùs diligatur miles, quàm tentorium, plus æstimetur ameturque persona, quàm vestimentum. Anima igitur æstimanda est tanquàm pretiosissimus thesaurus, ac talis, ut, juxta censuram D. Bernardi, *totius Mundi non unius animæ pretium æstimari non possit.* 1. Cor. 6. S. Tho. ibid. 2. Pet. 1. 2. Cor. 5. lib. Medit. c. 3.

4. Amor proprius noster regulatus & ordinatus non animam duntaxat obtinet pro objecto, ipsam plus amando quàm corpus; verùm etiam Deum, plùs eum amando quàm animam. Etenim amor proprius procedit pro-

proprium bonum : & ubi majus reperit bonum proprium, ibi magis etiam se applicat. Deus, secundùm D. Angelicum, non solùm *est bonum nostrum proprium* ; *sed summum bonum nostrum , & adæquatum nostrum perfectum.* Ergò amor noster proprius ordinatur in hunc modum : primò amat animam, quæ *est præcipuum hominis* : at magis intellectum, quia *est præcipuum in anima* : & magis Fidem, quia *est præcipuum in intellectu* : & plus denique , & supra omnia ipsum Deum , quia *est præcipuum in Fide.* S. Th. opus. 3. c. 5. S. Th. 2. 2. q 25. a. 7.

Unde sequitur , quod amore proprio diligere quidem debeamus corpus , uti & res corporales ; at non *ut ultimum bonum nostrum*, quia majus bonum nostrum est anima. Et debemus amare animam ; sed non , *ut ultimum bonum nostrum*, quia majus bonum nostrum est intellectus. Et intellectum amare debemus ; at non *ut ultimum bonum nostrum*, quia majus bonum est Fides. Ac denique Fidem amare tenemur ; sed non *ut ultimum*, quia majus bonum nostrum est Deus. Solus igitur Deus proprio amore nostro amandus est , *ut ultimum bonum nostrum, ut summum bonum nostrum, & ut totum bonum nostrum.* Quemadmodùm amabat eum S. Franciscus, quando dicebat : *Deus meus, & omnia bona mea!*

5. Ex hac veritate ritè rectèque cognitâ patefit mentis cœcitas eorum , qui seipsos amare cogitant, non amando Deum , ac tùm majori curâ sectantur bonum proprium , quo sunt remotiores magisque distant à gloriâ & voluntate Dei. Miseri profectò sunt & infelices , eò quod cæcutientium more non cognoscant, nec verum proprium amorem à falso distinguant. Intelligant hujusmodi semel pro semper, Amorem Dei non distingui à vero proprio amore ; & amare Deum idem esse , ac amare seipsum : sic enim amatur *præcipuum & summum bonum proprium, quod est in se* : & eò ipso, quò amatur in illa parte, quæ est melior & principalior suiipsius, venitur quoque ad suiipsius amorem. Hanc ob causam nullum extat præceptum de amore proprio ; quia includitur præcepto amoris Dei. Non dicat igitur deinceps homo mundanus , quod , transitoria Mundi sectando bona,

amet seipsum : imò sciat seipsum odio prosequi: odit namque partem sui principaliorem , quæ est Deus. Mutet ergo consilium , & è quinque illis bonis supra recensitis (corpore , Animâ , Intellectu, Fide, Deo) quotiescunque corpus concurrerit cum animâ, semper tribuat primatum animæ : & quotiescunque hæc contenderit cum intellectu , intellectus sustineat partem : & quotiescunque ratio voluerit repugnare fides vincat fides : & quandocunque demum Fides altioribus supernaturalibus contenta , non se elevans post ad Deum , bonum increatum ; sola & pura Dei gratia, absque alio nostro commodo, moveat quæcunque amorem nostrum.

S. Aug. de Civit. Dei.

6. S. Augustinus considerans diversitatem inter hos duos amores suiipsius , bonum & malum , præclaram hanc protulit sententiam : *Amor sui bonus* (qui est idem cum Amore Dei) *usque ad contemptum sui facit civitatem cœlestem : & Amor sui malus usque ad contemptum DEI facit civitatem terrenam , scilicet , Babylonem.* Ex natura igitur Amoris facilè percipies , cujus civitatis & patriæ sis incola , an civis cœlestis Hierusalem , vel Babylonis : *Quam sibi & suis imitatoribus Diabolus inchoavit.*

S. Th. opus. 61. c 3. Arist 9. Ethic. c. 4. Cajet. 2. 2. q 25. art 7.

7. Verùm, ut in præsenti materiâ progrediamur, differemus de actibus amori huic proprius , quorum quinque proponuntur à Cajetano.

Primus est : *Velle hominem interiorem , id est, partem rationalem vivere.* Complacere sibi in vita interiori animæ , quæ consistit in Ratione , in Fide & in Deo.

Secundus : *Velle illi bona virtutum* : desiderando & appetendo perfectionem animæ secundùm virtutum ornamentum.

Tertius : *Operari ad hæc* , & dare operam acquisitioni & exercitio virtutum.

Quartus : *Conversari secùm intùs delectabiliter* , habitare libenter in interiori parte animæ , ubi est templum Dei : *In pace & gaudio Spiritus sancti.*

Qui

Quintus & ultimus: *Concordare cum illâ*, & conformare se Rationi regulatæ & gubernatæ à voluntate Dei.

Concludit deinde Cajetanus: *Et per hæc signa* (puta, per hos quinque actus, tanquàm per signa) *examina ipsum, an verè sis bonus? an verè ames te ipsum? an sis tu tibi inimicus? & hæc frequenter, imò quotidiè meditare.*

Hi sunt actus amoris proprij boni: contrarij verò proprij amoris mali sequentes sunt: Nihil curare interiorem animæ vitam, neque desiderare ei spiritualia virtutum bona, neque iisdem procurandis ullam navare operam. Non conversari & habitare intra seipsum in corde propter contrarium conscientiæ remorsum. Denique non conformare se Rationi & voluntati Dei: sed tanquàm ducem sequi sensum & partem inferiorem in omnibus suis actionibus.

8. Praxis igitur & bonus usus amoris proprij verò & ordinati, juxta hactenus dicta, hic est: sequestrare sese, quantùm fieri potest, à bonis sensibilibus sensus. Totum se dare internæ cognitioni & considerationi spiritualium ac invisibilium bonorum animæ. Adorare Deum in corde suo, veluti in templo suo. Conversari cum Angelis (cum anima sit *in Horizonte regionis Angelorum*) cum Sanctis, imò cum Regina Sanctorum, & cum Deo, & cum Sanctissimâ Triade. Hic est amor proprius, bonus & sanctus, qui regnat etiam in cœlis: sed semper unitus cum Gratiâ animam stabilem efficit ac constantem in verâ pace, eique, ut præmium, respondet Gloria cœlestis, vita æterna.

Guil. Paris. de virtutibus p. 141. S. Aug.

CAP. VI.

De Charitate erga proximum.

1. MOtivum Charitatis proximi idem est cum motivo Charitatis Dei, & hoc est: *Divina Bonitas increata*, secundùm Angelicum: vel ratio formalis boni beatificantis, secundùm Augustinum. Loquitur S. Thomas exponit exemplo potentiæ visivæ: nam quemadmodùm hæc pro motivo videndi habet colorem (quod enim videt, aut est color, vel colloratum) ita motivum Charitatis est Deus: unde id, quod amat, aut est Deus, aut propter DEUM: aut DEUS, aut Divinum. Etenim vel intrinsecè, veluti est proximus, capax Beatitudinis Divinæ; vel extrinsecè, veluti sunt aliæ creaturæ Beatitudinis incapaces; sed nihilominùs ordinabiles & referibiles ad gloriam DEI. Hæc est natura, ac proprium Charitatis officium: amare DEUM in se, talem *per essentiam*: amare DEUM in proximo, tali *per receptionem*: amare DEUM in omnibus creaturis, talibus *per ordinationem*. Mirabilis vis Charitatis Divinæ! Non in alio nisi in Divinitate sibi complacet: spernit quodcunque aliud objectum creatum: solùm in increato bono figit obtutum, & propter increatum amat quoque bonum creatum.

S. Thomas.
S. August.

Unde conspicitur, quàm immensa sit Charitatis amplitudo: cunctas amplectitur res, & creatas, & increatas: creatas, amando eas amore concupiscentiæ, *ut bona concupita propter DEVM*: & increatas, ut sunt Personæ Divinæ, Pater, Filius & Spiritus sanctus; amando eas vero amore amicitiæ propter seipsas, *& propter summum bonum, quod habitat in se.*

2. Vide

2. Vidimus motivum Charitatis proximi: videamus modò materiam, circa quam versatur. Hæc est, *quidquid est capax Beatitudinis*: aut in actu, ut sunt Beati in cœlo: aut in habitu, ut sunt justi in terrâ: aut in potentiâ, ut sunt peccatores, Solum excluduntur damnati, utpotè æternæ Gloriæ incapaces propter Divinam justitiam. Et quia Beatitudo est motivum & objectum formale Charitatis proximi; in quo plùs Beatitudinis reperitur, eidem etiam amplius suum debet impendere amorem Charitas. Quapropter proximum, esto etiam sit peccator, amare debet; sed magis justum, & multò magis Beatum.

3. Dictum est de eo, quod suponit Charitas, nempè de Beatitudine, tanquàm ratione amandi; & de Beato ut Beatificabili, veluti objecto quod amatur. Jam dicemus, in quo consistat, & quâ ratione exerceatur hæc Charitas proximi: explicabiturque essentia & qualitas actuum virtutis hujus: quorum aliqui sunt interni, externi alij. Ac primò tractabitur de internis, de externis postea.

Secundùm S. Thomam, quatuor sunt actus interni Charitatis proximi: Amor, Gaudium, Pax, Misericordia. *S. Tho. 2. 2. q. 28.*

Quantùm ad Amorem, cùm actus Charitatis proximi sit Virtus Theologica, pro motivo & causa habere debet Bonitatem Dei: *Ratio Summi Boni beatificantis est motio Amantis*, veluti supra dictum fuit cum S. Augustino. Quod idem confirmat S. Bernardus: *Ut perfecta justitia sit diligere proximum, Deum habere in causa necesse est: unde oportet, Deum diligi prius, ut in Deo diligi possit & proximus.* Fuit dicere S. Doctor: ut Amor proximi sit Amor veræ Charitatis supernaturalis & Divinæ, necesse est, procedat ab Amore Dei, tanquàm à vera causa. Unde sequitur, quod Amor proximi, ut sit verus Amor proximi, non debeat esse Amor solitarius, qui sit solus Amor proximi, & non Amor Dei: sed proximi simul & Dei Amor sit, oportet. Quapropter eodem actu amandus *S. Bern. Tract. de diligendo Deo.*

est proximus & DEUS : Charitas enim ad proximum, in quantùm est capax DEI, & in quantum est particeps (vel in actu, vel in potentiâ) Beatitudinis DEI. *Debemus diligere proximum* (docet Cajetanus) *non ut amicum humanum, sed ut amicum Divinum, amicum in DEO, quia ratio amandi est DEVS.* Unde idem actus Amoris terminatur simul ad DEUM & ad proximum, & primò ad DEUM, prioritate tantùm causæ & naturæ (veluti loquuntur Philosophi) Quemadmodùm (& est exemplum S. Thomæ) eâdem visione oculus videt colorem, & videt lumen: quia videt colorem in quantum participat lumen, & virtute luminis: sed priùs videt lumen prioritate naturæ, quia lumen est causa videndi colorem.

Cajet. 2.2. q.25.a.1. & q.103.a.3.

Ratio hujus veritatis manifesta est. Quia, sicut DEUS *est prima & summa entitas, & omnia sunt entia propter DEVM; ita DEVS est prima & summa amabilitas, & omnia sunt amabilia propter DEVM.* Sicut ergò proximus non habet esse à se & propter se, sed à DEO, & in DEO; ita non est amabilis à se, & propter se; sed propter DEUM, & in DEO.

S. Thomas. Cajetanus. 2.2.q.25.a.3. 2.2.q.19.a.2.

Præterea, Amor, quo quis fertur in Deum, debet esse amor perfectus, quo ametur Deus *non solùm totus, sed etiam totaliter: quia totum, quod ad Deum pertinet, homo diligere debet.* Quam ob causam Deum amare debemus non tantùm intensivè, & in seipso, verùm etiam extensivè, in quantum communicatur & repertus in creaturis: adeòque Deus per se, & creaturæ propter Deum diligendæ sunt.

Cajet. 2.2. q.25. a.2.

Hinc infert S. Thomas, actum amoris proximi (loquendo de Amore proximi, in quantum etiam includit dilectionem DEI) esse magis meritorium, majorisque perfectionis, quàm actum Amoris DEI præcisè sumptum. *Quia dilectio proximi includit dilectionem Dei*, tanquàm causam & motivum; *sed dilectio Dei non includit dilectionem proximi.*

S.T.2.2.q. 27.a.8.

Ulteriùs, pro meliori notitia, quænam sit causa Amoris proximi, advertendum est, Deum Amoris hujus

se causam, non solùm tanquàm Bonitatem Beatificantem; verùm etiam ut Bonitatem Amantem. Cùm enim Deus amat proximum, eundem nos quoque amare debemus: siquidem *vera amicitia facit unanimes, id est, ejusdem voluntatis & amoris*; amicorum unit voluntates & amores in idem collimantium objectum. *Sicut si aliquis diligeret aliquem hominem, amore ipsius filii ejus amaret, etiam inimicos sibi.* Tertia causa Amoris hujus est Deus ut ordinans & præcipiens. *Hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum* propter amorem Dei: tametsi actus ex hoc ultimo motivo procedens non sit actus Charitatis, sed Obedientiæ, quæ actum Charitatis ad proprium suum ordinat finem.

S.Th.2.2. q.25.a.8.

S. Bon.

4. Præter has tres causas Amoris proximi ex Bonitate, Amore & Ordinatione Dei desumptas, alia adhuc superest causa dependens à Christo. Etenim proximum nostrum amare debemus, non ut amicum & filium Dei duntaxat; sed etiam ut fratrem Christi, pretiosissimo ejusdem sanguine redemptum. Unde consulit S. Bonaventura: *Respiciamus proximum, ut morte Christi redemptum, & Sanguine Christi perfusum: & anima proximi cum Sanguine Christi ponit in cor nostrum.* Quia verò hæc materia causarum seu motivorum Amoris proximi valdè utilis est, & plurimùm conducit ad illius praxin, seriò in principio actionum advertendum, &, quodnam sit motivum illud, quod ad diligendum proximum nostrum nos stimulet concitetque, examini subiiciendum est, an, nimirùm, sit humanum, vel Divinum? *Charitas movet, an cupiditas?* Et si principium operationis nostræ de Terrâ, & non è Cœlo procedere deprehenderimus, aut ab incœpto opere desistendum, aut mutandum est motivum. Ut de hoc puncto tanti momenti securus & certus efficiatis, procura semper ambulare coram Deo, & in præsentiâ Dei, & in Amore Dei: colligendo in præsentiâ Dei præsentiam creaturarum, & in Amore Dei earundem amorem.

S.Bona lib. stim.c.7.

S.Gregor.

Quod si desideres signum, quo cognoscas, quando Amor proximi nascatur procedatque ex Charitate Dei, & quando ex cupiditate; ad efficiendum talis Amoris tibi attendendum ex advertendum est. Enimverò si crescendo in Amore proximi, consequeris quoque in Amore Dei, indicium erit, Amorem tuum proximi verum & sanctum esse Amorem: siquidem proximum amas propter DEUM; at, si è contrario crescendo in amore proximi, non simul crescas simul, sed decrescas & deficias in Amore Dei; signum erit, tuum Amorem proximi non esse Amorem proximi supernaturalem & propter Deum, sed esse Amorem in carne & sanguine fundatum, qui non recipiet mercedem promissam ac debitam vero Amori proximi, qui est Amor cœlestis & Divinus, quia est Amor propter Deum & in Deo. Ideo sufficiat de primo actu interno Charitatis proximi, qui est actus Amoris: cui correspondet (tanquam actus contrarius) Odium proximi, quod summopere nobis fugiendum est: siquidem cum Odio proximi conjungitur, aut explicitè, aut implicitè Odium DEI. Quapropter odio non est habendus proximus: *secundùm id, quod habet à Deo, scilicet, secundùm Naturam & Gratiam:* bene quidem odio habendus est, *secundùm id, quod habet à se, & à Diabolo, scilicet, secundùm peccatum & ejus defectum.*

S. Tho. 2. 2. q. 43.

5. Secundus actus internus Charitatis proximi est Gaudium, quo lætamur de bono proximi. Etquemadmodùm virtus Charitatis Dei inclinat nos ad gaudendum *de bono Divino intrinseco*, simulque ad delectandum ei bonum extrinsecum creaturarum; ad eundem modum vera proximi Charitas nos inclinat ad collætandum *de bono, quod habet*, & ad delectandum ei id, *quod non habet.* Quocirca sanctissimus Apostolus nobis duplex gaudium, quo gaudere deberemus: *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete.* Quod idem est, ac si vellet dicere: *Gaudete semper de bono DEI secundùm se; & iterùm gaudete de bono proximi propter DEUM.* Hæc

plane secundo actui Gaudij oppositum est vitium Invidiæ, quæ *est tristitia de bono alterius, ut judicatur detrimentum propriæ gloriæ.* Ubi advertendum, quod pluribus modis quispiam dolere possit de bono alterius: primò dolere potest de bono alterius tanquam nocivo sibi: & hic dolor non est Invidia, sed Timoris affectus, quo modo timetur exaltatio & promotio inimici. Secundò, tristamur de bono proximi, non quia is habet illud; sed quia nos illud non habemus: & hæc tristitia seu dolor neque est Invidia, sed Zelus: & si sit circa virtutem, laudabilis est, juxta consilium Apostoli: *Æmulamini charismata.* Tertiò dolemus & contristamur, in quantum proximus indignus est illis bonis: & hic dolor prohibitus est in Sacra Scripturâ: *Noli æmulari in malignantibus.* Tùm quia est justa Dei dispositio; tum etiam, quia hæc bona temporalia cum æternis comparata nullius quasi sunt momenti. Quartò denique contristatur quispiam de bono proximi, in quantum est proprij boni obscurativum, *& in quantum alter excedit ipsum in bono*: & hoc est malum, & propriè Invidia est, quia *dolet de eo, de quo est gaudendum, scilicet de bono proximi.*

S. Thom. 2.2. q. 36. a. 5.

1. Cor. 14.

Psal. 36.

Remedium à Sanctis propositum contra hoc vitium, est, *Nihil æstimare magnum in hac vitâ*, non divitias, non scientias, non honores. Sicque nulla te invadet tristitia, nec minimùm affligeris, quod in iisdem proximus tuus te superet excedatque; sed è contra magni æstimabis bona cœlestia, æternamque Gloriam. Quia *possidentium numero non augetur, & una omnibus est, & singulis tota*: ac propterea nequit ibidem esse Invidia, omnes namque eodem gaudent Deo, nec unus impedit, aut diminuit bonum alterius.

S. Basilius Hom. de Invidiâ.

S. Greg. lib. 1. Moral. c. 14.

Quandò igitur opprimeris infestarisvè cogitationibus Invidiæ (quæ personas præsertim spirituales invadere solet) hæc duo considerabis puncta, vanitatem bonorum præsentium, & æternitatem futurorum: ac dices: non amo, nec quicquàm æstimo vitæ hujus bona,

ideòque in iis me ab aliis superari flocci facio: nec est, quod ullum dem locum Invidiæ. Amo, magnique facio bona alterius vitæ, ubi nullus mihi erit obstaculo, quò minùs totum Deum meum possideam, æternaque ejus fruar Gloria.

6. Tertiùs actus internus Charitatis proximi est Pax. Quia *cùm quis diligit proximum, sicut seipsum, vult implere ejus voluntatem, sicut & suipsius: & ideò amicorum idem velle, & idem nolle.* Et hæc Pax *non est qualibet consensio, sed consensio in bono principio*: nonnisi inter bonos, virtutesque præditos reperitur. Hoc igitur proprium est Charitati proximi, ut non tantum gaudeat exulterque de bono ejus; verùm etiam ut in bono sese conformet ejusdem voluntati.

2. 2. q. 30. a. 3.

Huic virtutis actui opponitur vitium Discordiæ. Et dicitur Discordia: *Quasi Divisio cordium & voluntatum.* Hæc Dissensio, Paci contraria, triplex est: *Discordia, ut est in corde: Contentio, ut est in ore: Rixa, ut est in opere.*

S. Th. l. c.

7. Quartus & ultimus actus internus Charitatis proximi est virtus Misericordiæ, quæ est *Displicentia de alienâ miseriâ æstimatâ ut propria.* Quamobrem, sicut interveniente Amore diligit amicum sicut seipsum; ita amici malum percipit tanquàm proprium: & eò magis, si unioni affectus addatur ejusdem mali communicatio & experientia: nam, secundum Philosophum, *Similes in miseriis magis miserentur*

Hi sunt actus interiores Charitatis erga proximum exercendi. Debemus amare nostrum proximum, collætari de bono illius, contristari de illius malo, & consentire proximo in bono. Jam dicemus de actibus externis.

8. Actus externi Charitatis proximi, secundùm Doct. Angelicum, tres enumerantur: Beneficentia, Eleemosyna, Correctio fraterna.

2. 2. q. 28.

Primus est Beneficentia: etenim non solùm proximo exhibere tenemur benevolentiam, volendo, desiderandoque ei bonum internè; sed etiam Beneficentiam

etiam in eundem exercere debemus, externè benefaciendo ei. Hic actus Beneficentiæ in omnes homines exerceri potest: omnes namque statum mutare, & egentes ad paupertatem redigi possunt. Solus excipitur DEUS, qui nequaquàm novæ perfectionis capax est: ast quamvis, ut docet S. Thomas, *non possumus DEO benefacere; possumus tamen Deum honorare, nos ei subjiciendo.* S. Thom. Et hanc virtutum tanquàm propria passio consequitur Gaudium & lætitia: *Lætari aut auxiliari amicis, vel extraneis, est desiderabilissimum.* 1.2. q. 32. Ratio est, quia vi & virtute Amoris gaudet de bono illo, quod recipit proximus, veluti proprio. a. 6. Arist. Et præterea, quia Deus cum eadem mensura, imò majori, bonum, quod proximo exhibemus, nobis reddit. 1. Pol. c. 3. Optimum igitur medium est, ut semper vivamus in gaudio & lætitia, semper benefacere proximo, tanquàm amico Dei, & propter Dei amorem.

Post Beneficentiam, secundus & tertius Charitatis proximi actus sunt Eleemosyna & Correctio fraterna. S. Th. q. 33. Uterque actus *est actualis sublevatio miseriæ proximi:* sed Eleemosyna, *miseriæ corporalis*, Correctio fraterna, *miseriæ spiritualis.* Hos actus erga proximum exercere debemus, opem eidem ferendo in quacunque necessitate, tam corporali, quàm spirituali. Huic virtuti Correctionis fraternæ opponitur peccatum Scandali, quod *est dictum vel factum, minus rectum, præbens alteri occasionem peccandi:* S. Tho. 1.2. q. 43. quod omni studio, cura & diligentia, utpotè virtuti Charitatis summopere contrarium, fugiendum nobis est. A quo (secundum D. Angelicum) liberæ sunt perfectæ: & à scandalo activo, *quia nihil inordinate agunt:* & à passivo, *quia immobiliter inhærent in immobili, scilicet, in Deo.*

Superest, exponatur modus, quo hæc virtus ad praxim reducenda sit. Optimus ille est, qui eruitur ex imitatione Charitatis Dei: cum Charitas nostra Charitatis Divinæ sit participatio. Tunc igitur nostra eò erit 2.2. q. 23. perfectior, quò magis accedet ad suum prototypon, a. 2. summumque idæam, quæ est Charitas Dei.

Deus

S.T. 1.2. q. 19. a.2. Deus ergò, *amat se, & alia extra se: se ut finem, alia, ut ad finem.* Et vult dicere: Deus amat tanquàm objectum motivum, movens ad amorem creaturarum: & amat creaturas, tanquàm purum objectum terminativum, terminans, & non movens Amorem suum. Quapropter actus Amoris Dei per se est idem: sive sint, sive non sint creaturæ: quas adæquatè innititur & quietatur in Deo, tanquàm objecto primario: & objectum secundarium creaturarum contemplatur simplici visione aut intuitu, absque ulla ab iisdem dependentia. Qua de causa Deus non quam amat proximum solum: neque priùs proximum, quàm seipsum: neque simul cum seipso, sed priùs seipsum prioritate causæ seu naturæ (in quantum Amor Dei est causa Amoris proximi) deinde proximum.

Simili prorsus modo constitutus esse debet Amor noster versus proximum. Id, quod nos movet ad amandum, haud debet esse proximus, sed Deus. Proximus Amoris nostri terminus duntaxat, Deus motivum, ut oportet. Propterea sine ullâ à proximo dependentia debemus nos quietare, stabilire, & quiescere solum in Deo: sive sint, sive non sint creaturæ: sive salventur, sive non salventur homines. Præterea amare debemus proximum nostrum, non solum, nec simul cum Deo; sed post Deum dependenter ab Amore Dei. Amor noster erga Deum constitutus esse debet, instar firmæ columnæ: *ut turris supra firmam petram* (velut docebat Christus) quæ semper in eodem loco posita, immobilis, tametsi aër ambiens mutetur; quia non innititur aëri ambienti, sed firmæ petræ, in qua fundata est. Ita Amor noster erga Deum solum fundandus est in firmâ columnâ, quæ est Deus, & non in aëre ambiente creaturarum contiguæ subjectarum mutationi.

Denique totos nos impendere debemus Amori proximi nostri: primò, oculo Fidei, considerando eum, tanquàm Filium Dei, fratrem Christi, & vitæ æternæ capacem. Secundò, intellectu, non considerando & inspiciendo defectus ejus; sed, si qui occurrerint, excusando illos: considerando virtutes, quibus dotatus est, ac

dat dotari potest: enimverò, qui modò imperfectus est, Gratiæ adminiculo sanctus ac perfectus evadere potest. Tertiò, voluntate, optando, desiderandoque ei omne bonum, congratulando de bono, condolendo de malo ejus, & conformando se in bono volitioni & nolitioni ejusdem. Quartò, ore, nunquàm malè, sed benè de ipso loquendo, & quandò id fieri nequit, tacendo. Quintò, opere ipso præstando ei bonum quodcunque, nullam prætermittendo occasionem, quâ eidem auxiliatrices manus præbere possimus: & maximo amore ac studio procurando ei bona spiritualia animæ: & in hunc finem salutis spiritualis proximi exhibendo nos promptos paratosque ad profundendum proprium sanguinem & vitam pro spirituali illius vitâ & salute. Tecum hoc in exercitio Charitatis proximi, principalis scopus, in quem collimes, debet esse Christus D. N. contemplando Christum in tuo proximo. Quando Christus Salvator noster non se à nobis discessurum promisit, dicens: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*: id (juxta expositionem S. Augustini) intellexit de membris suis: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi, scilicet, in membris meis.* Omnes igitur proximi tui, per omnes Mundi partes divisi, veluti tot Christi à te respiciendi sunt, quia locum Christi obtinent, tanquam fratres & imagines Christi, in quibus Christus recipit bonum & malum, veluti propriæ suæ personæ illatum.

Hic est modus, juxta quem te dirigere ac vivere debes in Charitate proximi. Et si is tibi videatur arduus & difficilis, considera sententiam S. Augustini: *Charitas proximi est laboriosa in Terra, sed gloriosa in Cœlo*, ubi abundantem nobis conferet gloriam. *Sicut aves*, inquit idem S. Doctor, *portant, & portantur à plumarum sarcina: portant illas in terra, portantur ab illis in cœlo: sic & nos, si portemus in Terris alas Amoris, ista nos ad Cœlum portabunt.* S. Aug.

Exercitium hoc terminabitur quadam protestatione à te proposito singulis diebus manè faciendo.

Pro-

Protestatio erit hujusmodi: Protestor, quod, quidquid hodie beneficiorum præstitero meo proximo, id non propter motivum aliquod humanum; sed propter Amorem Dei præstabo: quia est capax Dei; quia præcipit Deus, & quia Deus amat ipsum; & insuper quia est frater Christi, qui ipsum pretiosissimo suo redemit Sanguine.

Propositum erit benefaciendi proximo meo, *sicut CHRISTO, & sicut mihi.* Primò, *sicut CHRISTO*, qui dicit: *Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti.* Secundò, *sicut mihi*, juxta illam legem: *Quod tibi vis, alteri feceris: & quod tibi non vis, alteri ne feceris.* Hisce duabus instructus regulis semper ambulabis in via supernaturali, & cum merito, in Amore tui proximi: imitaberisque in eo Sanctissimam Virginem, cujus in Templo, veluti revelante S. Elizabethæ, principalis cogitatus & intentio hæc fuit, ut, nimirum, ordinaret cor suum ad Amorem & odium: ad Amorem Dei & proximi, & ad Odium peccati.

S. Bon. t. 2. medit. Vitæ Chr c. 3.

EXER-

EXERCITIUM SEXTUM.

De cæteris Virtutibus moralibus.

In particulari.

CAPUT I.

De Prudentia.

1. *Prudentia est virtus directiva morum & virtutum.* Prudentia est virtus intellectus, cujus officium & munus est regulare ac dirigere non tantùm liberos voluntatis actus; verùm etiam actus omnium virtutum, in ordine ad finem ultimum finem, ut sint honesti, fiantque *secundùm rectam rationem.* Unde, sicut habitus artis, consistens in mente artificis, regulat opera externa, imprimendo eis formam & figuram artificialem; ita Prudentia (quæ est habitus consistens in intellectu) dirigit ordinatque virtutum actus, imprimendo eis formam virtutum, & honestatis in hoc consistentem, ut actus fiat juxta rationis dictamen, sine excessu aut defectu, cum omnibus circumstantiis & conditionibus requisitis. Quamobrem magno cum fundamento à D. Augustino aliisque SS. Patribus Prudentia dicitur *Virtus Modalis*; quia

S. Tho. 2. 2. q. 45. S. Ber. serm. 45. in Cant.

quia officium ejus non est actum facere virtuosum, sed solum præscribere & proponere modum essendi illum. *Vt bonus fiat* (docet S. Thomas) spectat ad alias virtutes morales; sed *ut benè fiat*, pertinet ad Prudentiam. Undè, tanquàm Virtus Modalis necessariò debet esse connexa cum cæteris Virtutibus moralibus: quæ elicitivè operantur actum, & Prudentia imperativè & directivè, docendo & præscribendo modum efficiendi & eliciendi illum. Exempli gratiâ; Virtus moralis Humilitatis actum Humilitatis, qui sit honestus & virtuosus, efficere nequit absque auxilio & directione Prudentiæ, quæ judicat de tempore, de loco, & de de persona actum hujusmodi elicitutâ: sine qui gulâ & directione Humilitas non conficiet tem, sed vitium. Et quod dictum est de Hum intelligendum quoque est de reliquis omnibus tibus: *Tolle Prudentiam, & virtus vitium est*, S. Bernardus.

S. Bern. serm. 45. in Cant.

2. Et quia intellectus humanus haud sibiipsi ficiens est, nec omnes effectuum circumstantias comprehendere, nec totam causarum contingentiam videre potest, Prudentia nostra nequit esse secura certa: *Cogitationes mortalium timidæ sunt, & incertæ providentiæ nostræ.* Quapropter ultra humanam Prudentiam, *in inquisitione consilij indiget homo dirigi à Deo qui omnia comprehendit: & dirigitur homo per donum Consilij, quod est donum Spiritus Sancti.* Vult quitur varias dari species Prudentiæ. Aliqui regunt & gubernant se *solo lumine rationis*, & hæc est dentia Politica, quæ respicit duntaxat finem naturalem & humanum. Alij gubernant & dirigunt se *lumen Fidei*, & vocatur Prudentia Purgatoria; dirigit ad finem supernaturalem: sed afficitur aliquo affectu naturali. Alij denique regulantur *dum lumen intelligentiæ*, & hæc est Prudentia *animi*, quæ dirigit ad finem supernaturalem; afficitur creaturis, sed solo Deo, *ubi sic affici ficari est.*

Sap. 9.

S. Thom. Idem 2.2. q. 61. a. 5.

S. Bonav. Compend. Theol. c. 34.

Vera

Verus Dei servus & famulus nihili æstimare debet [illegible] Prudentiam, neque contentus esse secunda; sed [illegible] conatu & studio ad consecutionem tertiæ, *quæ* [illegible] *Divina nescit, & aliud curat nihil*, aspiret, necesse est. S.Tho. l. c.
[illegible] igitur vera Prudentia est Homini Christiano pro- S.Bernar.
[illegible]: Prudentia supernaturalis & Divina: Prudentia [illegible], quæ Deum duntaxat contemplatur: Gloriam [illegible] tanquàm finem respicit: & cum perfecto usu [illegible] dirigit eas tanquàm media ad suum [illegible].

3. Verùm, ut ad hujus virtutis praxin descendamus, [illegible] necessarium est, quinam ejus sint actus. Tres sunt [illegible]: *Consultatio, Iudicium, Imperium.* Quia S. Thom.
[illegible]dentia, cùm sit *recta ratio agibilium, unum supponit,* [illegible] *facit.* Supponit finem virtutum in communi, [illegible] causa: *Esse temperatè vivendum: In arduis* [illegible] *agendum.* Quibus principiis practicis natura- [illegible] suppositis, tria facit. Primò, *rectè consiliari.* [illegible]ndo, *rectè judicare de consiliatis.* Tertiò, *rectè &* [illegible] *perficere, quod judicatum est.*

Ut prænominati actus sint veræ Prudentiæ actus, uni- [illegible] debent cum bono voluntatis affectu: etenim vo- [illegible] mala corrumpit rectum intellectus judicium: [illegible] *affectio corrumpit æstimationem Prudentiæ.* S.Thomas.
[illegible] est sympathia, quam inter se habent potentiæ ani- [illegible]: unde si voluntas est malè affecta, & malè appetit, in- [illegible] etiam tanquàm infectus & subjectus malo isti [illegible], judicabit malè: quemadmodùm palatus malè [illegible] amaritudine, judicat omnes cibos amaros. Alia S. Thomas.
[illegible] adest ratio, quia proprium est potentiis animæ, Cajet. 2. 2.
[illegible] concurrant cum voluntate, eique succurrant tan- q. 58. a. 5.
[illegible] Reginæ, investiantur affectu illius, & secundùm [illegible] operentur. Et patet experientia, quod si vo- [illegible] vindictæ spiret affectum, intellectus falsa quadam [illegible] eandem vindictam judicat convenientem, [illegible] deficiunt rationes ad colorandam hanc falsitatem; [illegible] præteritâ hac passione redit intellectus ad pristinum [illegible] rationis lumen. Idem alia probatur experientia. [illegible] *infirmis sitientibus* (propter desiderium & appe- loc. cit.
[illegible], quo feruntur in aquam) *repræsentantur omnes*

aquæ, quas unquàm viderunt. Unde sequitur, [illegible]
Ethic.c.3. simum esse illud axioma Aristotelis: *Qualis quisque* [illegible]
talis ei finis videtur. Qualiter quispiam sentit [illegible]
fectum voluntatis; taliter quoque sentiet per [illegible]
ctum. Cum igitur hoc principium sit certum, [illegible]
probatum, & confirmatum experientiâ; quis non [illegible]
quàm necessarium sit ad rectum usum Prudentiæ, [illegible]
conservetur regnum animæ liberum, & passionibus [illegible]
subiiciatur? Quia affectus purgatus & rectus [illegible]
quoque reddet rationis lumen. Siquidem, ut [illegible]
S.Thomas. Angelicus, *Sicut præcipere est ab appetitu, quia præcipit quis volens; ita rectè præcipere est à recto appetitu.* Quemadmodùm Prudentia ordinat & præcipit [illegible] à voluntate; ita ordinare & præcipere rectè dependebit à rectâ voluntate.

Hugo de S. Vict. hom. c. 26. 4. Hugo de S. Victore juxta sensum magis moralem exponit, assignatque actus Prudentiæ, cum [illegible] Primò Prudentia *Iudicat inter diem & noctem*, inter bonum & malum: eligit bonum, & deserit malum. Secundò, *Iudicat inter diem & diem*: quia inter *bona eligit, quod melius est: & inter meliora, quod est optimum.* Tertiò, *Iudicat inter noctem & noctem*: quia *inter mala fugit pejus, & inter pejora, quod est pessimum.* Quartò, *Iudicat inter omnem diem*: omnem enim arripit occasionem benè operandi. Quintò, *Iudicat inter omnem noctem*: quia fugit omnem occasionem mali.

Hoc est proprium veræ Prudentiæ, ut bonam habeat electionem: eligat verum bonum, non apparens, & fugiat verum malum: & inter bona eligat semper melius: & inter mala fugiat pejus. Cum [illegible] ipsi ignorantiæ intellectus *inter quatuor vulnera Naturæ* numeratæ, & per peccatum originale [illegible]
1.2.q.85 a. 3.2.2.q.51. confertur medela & remedium: Prudentia etenim illuminat intellectum, eique veram rerum tribuit cognitionem, discernendo inter verum bonum & verum malum.

5. Verum ad modum, quo virtuosè sanctèque hæc virtus ad praxin deducenda est, progrediamur [illegible]

Prudentia Divina & supernaturalis, de quâ loquimur, *est radius vivus à vero Sole procedens*: ab æternâ luce progeneratus: est lumen quoddam practicum à primâ mente participatum: est ratio quædam directiva à primâ regulâ communicata. Conveniens igitur est, ut Prudentia creata ab increata (per veram similitudinem & imitationem tanquàm imago à suo exemplari) perfectionem, vigoremque trahat & deducat. Prudentia in DEO non est distincta à ratione; *Ipsa Divina mens in DEO est essentialiter Prudentia*: quâ judicat omnes res, uti verè sunt: apprehendendo seipsum ut finem, cunctasque creaturas ut media ordinata ad gloriam suam. *Faciet te Dominus excelsiorem cunctis gentibus, quas creavit in laudem & gloriam suam.* Simili modo se habere debet praxis Prudentiæ Christianæ & supernaturalis: recte de omnibus rebus judicandum est propter honorem DEI: apprehendendus est Deus *ut finis*, & *creaturæ ut ad finem.* Unde affectus noster nunquam quiescere & hærere debet in usu creaturarum; sed ex illis exurgere in cognitionem, amorem & gloriam ultimi finis. Hujusmodi semper extitit Prudentia Sanctorum; *Intendere finem ut optimum: & quod impedit ad illum finem, fugere: & quod juvat, agere.* Contemplari semper summum bonum, tanquàm ultimum finem: & apprehendere media ad talem finem: tollere impedimenta. Etenim Prudentia non est scientia speculativa; sed practica: non est sola Prudentia intellectus; sed affectus etiam & operis: *Prudenter intelligit, prudenter diligit, prudenter operatur.* Prudentia solius intellectus absque prudentia boni affectus non est Prudentia laudabilis, quâ præditi fuere Sancti; sed prudentia vana, solùmque apparens. Hic est servus. *Fidelis & Prudens*, quem Christus D. N. adeò sæpe prædicavit: *Fidelis, quod diligit: Prudens, quod intelligit Deum*, tanquàm ultimum finem, ordinando creaturas tanquàm media ad eum assequendum. Ideò definitur Prudentia: *Est cognitio practica de mediis ad Deum perveniendi.*

Summa de Virtutibus c. de Prud.

S Tho. 1.2. q.61. a.5.

Deuter. c. 261.

S. Thomas.

Cyrill. li 1. Apol. c. 3.

Summa de Virtutibus c. de Prud.

Matth 24.

S. Bern. ap. Hug. l. cit.

S. Thomas.

Ultra Prudentiam debemus insuper habere bonum usum cæterarum partium ejus : videlicet, Memoriæ, Intelligentiæ, & Providentiæ. Memoriæ, *de præterito*, semper memoriâ recolendo Divina beneficia, & præsertim illud Redemptionis. Intelligentiæ, *de præsenti*, practicè considerando obligationem Christianæ nostræ professionis, ac totum illud, quod Deus ab eo postulat. Providentiæ, *de Futuro*, prævidendo Novissima, & maximè Mortem.

Prætereà in executione operis eris *Diligens*, *Circumspectus*, & *Cautus*. *Diligens*, ordinando subitas res consultatas & judicatas : quia *Consultatio tarda, Imperium velox*. *Circumspectus*, ne desit aliqua circumstantia necessaria. Cautus, in amovendis & ponendis omnibus impedimentis contrariis: discernendo non solum *inter bonum & malum* ; verùm etiam *inter bonum & bonum, & inter malum & malum : eligendo semper, quod majus bonum, & fugiendo quod pejus malum*, veluti suprà dictum fuit cum Hugone. Et quod attinet ad impedimenta, non gravia duntaxat; sed etiam levia tollenda sunt impedimenta. Unde docet Albertus : *Vera Prudentia non solum fugit, quod semper separat à fruitione Dei, scilicet, peccatum mortale; sed etiam omne illud, quod elongat ad tempus, scilicet, peccatum veniale.*

ex Arist.

Albert. de virtut. c. 8.

In hoc igitur consistit praxis veræ Prudentiæ : in ordine rerum, secundùm rationem finis & mediorum : &, ut loquitur S. Augustinus : *In Frui, & Uti: in Fruitione DEI propter se, & in usu creaturarum propter Deum.*

Pro complemento hujus praxis seu exercitij, ubi præfectæ Prudentiæ multùm proderit observatio horum trium documentorum, ex huc usque dictis collectorum. Primum : ut conservemus nos liberos à passionibus, & voluntatem nostram rectificemus, conformemusque regulæ sancti Amoris Dei : rectificato namque appetitu, rectus quoque erit intellectus: siquidem, secundùm Philosophum: *Judicamus, secundùm quod afficimur* : juxta amorē, quo voluntas nostra afficitur, dirigit & judicat intellectus. Secundum, ut studeamus rectè appe-

prehendere res, *pro ut sunt, & non prout apparent:* in hic enim recta justaque apprehensione rectum ju-tumque dependet Prudentiæ judicium. Etenim in-llectus judicat, secundùm quod apprehendit, & est proprium Prudentiæ, *pretia rebus imponere,* æstimando es unta proprium pondus & valorem. Tertium, ut nos persuadeamus, Prudentiam nostram variis mul-sque defectibus & erroribus esse obnoxiam, neque videre posse, quid futurum sit: ac propterea neces-e, ut recurramus ad Divinum consilium, postulantes men & directionem in iis, quæ peragenda sunt. Et de Prudentia.

CAP. II.

De Virtute Iustitiæ.

TRiplicem distinguunt Theologi Justitiam: Ge- 2.2. q.58.
neralem, Legalem, & Cardinalem. Prima re-unt Gratiam cum unione omnium virtutum infusa-um: & in hoc sensu idem sunt Homo justus, & Homo Gratia Dei, seu amicus Dei. Unde ipsamet Gratia ci vocatur Justitia, & conversio peccatoris de statu ccati ad statum Gratiæ dicitur Justificatio: juxta iam sensum loquebatur David, quandò dicebat: *Ego autem in Iustitia apparebo conspectui tuo,* q. d. in *Psal.16.* conspectu Dei comparebo ornatus sancta illius Gratia & amicitia. Secunda respicit observantiam legis, in ordine ad bonum commune Reipublicæ. Unde virtus illa inclinans Superiorem & Subditos, ut observentur eges ad conservandam communitatem in pace & quie-, appellatur Justitia legalis. Tertia species Justitiæ, circa quam hic propriè agendum, est virtus illa, quæ *Ius* S. *Thomas,* ique *unicuique tribuit.* Et hæc virtus tres requirit conditiones. Prima est, ut sit inter personas distinctas. Unde dicitur quod *requirit perfectam alteritatem, & est in ordine ad alterum.* Quapropter nullus in seipsum illa propriè exercere potest, nisi in uno eodemque

Arist. 4. Ethic. 2.2. q.20. a.2.

diversæ partes distingui valeant. Propterea secundum Philosophum, quod notat etiam S. Thomas: *Bi-minus justitia ad seipsum, in quantum appetitus sensitivus obedit rationi.* Secunda conditio est, ut in unâ duarum harum personarum sit jus, & in alterâ debitum: quia si ego teneor & debeo dare proximo meo, ille *habet jus & exigentiam mei debiti.* Tertia est, ut inter hoc jus & debitum *fiat justum*, & ego tantùm dem proximo, quantùm proximus debet recipere, nec plus, nec minùs.

Hæc igitur est virtus Justitiæ: virtus quæ dam inclinans ad dandum, *quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt DEI DEO.* Debemus namque Deo, quæ sunt Dei, nempè, Adorationem cum cultu interiori Fidei, Spei, & Charitatis, & cum exterioris cultu Sacrificij, Reverentiam, Obsequium. Et proximo debemus, quæ sunt nostri proximi, videlicet, bonam Opinionem, Æstimationem, Amorem, de ipso benè loqui, exhibere ei beneficia, fugiemus actus hisce contrarios, nempè Opinionem malam, Contemptum, Odium, Maledicentiam, & Murmurationem, aliasque actiones externas offensivas. Et hæc de natura virtutis Justitiæ, jam ad virtutis hujus actus procedamus.

q.60.a.1.

2. Proprius Justitiæ actus, secundùm S. Thomam, *Est rectum judicium: rectè judicare de rebus secundum Regulas Prudentiæ.* Ut verò hoc judicium sit rectum & justum, tres postulantur conditiones: *Sit ex justitiâ, ex auctoritate, ex ratione.* Secùs esset judicium injustum, usurparum, & temerarium, quale erat judicium à Christo Salvatore nostro prohibitum, quandò dicebat: *Nolite judicare, & non judicabimini.* Secundùm igitur virtutem Justitiæ rectè judicare debemus in rebus ad proximum nostrum spectantibus, judicare cum rectitudine, cum Charitate, & rationibus sufficientibus nixi: fugere omnem umbram malæ suspicionis & sinistræ opinionis de proximo, quæ, juxta S. Thomam, ex tribus procedit principiis: primum est propria malitia

loc. cit.

loc. cit. a. c. 10.

quis, ut habetur in Ecclesiastico, *Stultus, cùm ipse sit injustus, omnes stultos æstimat.* Secundum est malus affectus in proximum: nam *facilè credimus, quod appetimus.* Tertium est experientia: ideòque de senibus ait Aristoteles, quod *sint maximè suspiciosi.* Prima & secunda causa est mala: hæc tertia non est mala, quoniam ab experientia accipitur aliqua certitudo moralis, quæ possit judicio suppeditare fundamentum.

Secundus actus virtutis hujus est actus voluntatis, quo volumus, amamus & desideramus, quod justum est in nostris actionibus.

Tertius est actus potentiæ executivæ, quo justè etiam operamur.

3. Præter hos actus habet virtus hujusmodi suas causas & effectus.

Causa hujus virtutis assignatur ab Apostolo, & est Charitas proximi: *Qui enim diligit proximum, legem implevit: nam non adulterabis, non occides, non furtum facies, &c. in hoc verbo instauratur: Diliges &c.* Quamvis verò, qui amat proximum, nullum ei intendit inferre malum: fac igitur, quod conveniens & justum est, & observa virtutum Justitiæ cum proximo. Rom. c. 13.

Effectus est pax, gaudium, & consolationes Spiritus Sancti: *Dilexisti justitiam, odisti iniquitatem* (vel ut alii legunt) *injustitiam, propterea unxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*, propterea anima tua repleta fuit sancta unctione Divinæ dulcedinis & consolationis Spiritus Sancti, pacis & concordiæ cum Deo & proximo. Unde *Justitia & Pax osculatæ sunt.* Psal. 44. Psal. 84.

Justitia, juxta S. Bonaventuram comparatur viæ & regulæ rectæ: *Est recta semita, & recta regula*; effectus namque Justitiæ principalis est *dirigere tanquam per viam rectam ad bravium sempiternum*: ut instar certæ regulæ & mensuræ rectificet. Effectus quoque virtutis Justitiæ est, ut cæteras omnes virtutes ordinet ad suum finem, nec non proximo justum & æquale reddat debitum. Die. Salut. Tit. V.

Unde etiam affirmari potest, Justitiam, virtutem specialem, esse virtutem universalem, *quantùm ad ordinem & imperium*: veluti etiam se habet Charitas ad ultimum finem.

4. Ex hucusque dictis colligitur, qualis debeat esse modus, quo virtus hæc Justitiæ exercenda sit. Rom. 13. Eum verò docet Apostolus illis verbis: *Reddite omnibus debita.* Creditores, quibus magis obstricti sumus debitis, varij & multi sunt, secundùm S. Bernardum Serm. de tripl. genere bonorum. Deus, Sancti, Angeli, Animæ Purgatorij, Animæ cohæres noster Proximus, proprium Corpus. Deo debemus *Amorem, & Subjectionem: Amorem, quia fecit nos & benefecit nobis: Subjectionem, quia est super nos.* Sanctis & Angelis debemus *Imitationem*: Animabus Purgatorij *Compassionem*: Animabus nostris *Puritatem*: Proximo nostro *Pacem*: proprio corpori *Sanitatem, & non Voluptatem.*

Hæ sunt obligationes & debita, quibus necessariò satisfacere tenemur salutis obtinendæ gratia; verùm si loquamur de perfectione, secundùm eandem mellifluum Doctorem, debita nostra multò majora sunt.

Ac primò non qualemcunque Deo debemus Amorem; sed perfectum: sicque non solùm cunctas creaturas diligamus propter Deum; verùm etiam nostipsos *propter ipsum diligamus:* Angelis, cæterisque Sanctis *Non solùm debemus Imitationem; sed ardenter desiderare conspectum eorum.* Animabus Purgatorij, *Non solùm Compassionem & Orationem; sed etiam Congratulationem* debemus, condolentes quidem earum pœnis & tormentis; at multò magis iis congratulantes, *quòd perfectè, quòd abstergat Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* Animabus nostris, *Non debemus tantùm procurare Puritatem, ut humiliter confiteamur peccata nostra; sed ut in intentione, cogitatione, & opere glorificemus semper Deum, qui in Cœlis est.* Proximo nostro non dumtaxat *debemus pacem*; verùm etiam *cum his, qui oderunt pacem, esse pacifici, portare omnes, & à nemine velle portari.* Denique proprio Corpori, *Non debemus tantùm sanitatem, sed servitutem, sed afflictionem, sed labores*

ta Apostolum, qui dicebat: Castigo corpus meum, & in servitutem redigo. Et hæ sunt semitæ spiritualis vitæ, in quibus religiosa mens & dilatatur & delectatur. Hæc est via perfectionis, ut, nimirùm, nos occupemus oblectemusque in præfatis considerationibus & exercitiis.

Verùm, ut in compendium reducamus hanc debitum nostrorum praxin, optima est illa, quam nobis tradit Spiritus sanctus: *Indicabo tibi, homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: facere judicium, diligere misericordiam, & sollicitè ambulare cum Deo tuo.* Tres sunt, inquit Spiritus sanctus, creditores nostri, quibus satisfacere tenemur: est Deus, Proximus & Nosmet ipsi. Deo debemus Obedientiam, Proximo Misericordiam, Nobismetipsis Correctionem & Mortificationem. Erga Deum debes habere cor Filij, erga Proximum cor Patris, erga teipsum cor Judicis. Hoc totum significant & innuunt verba illa: *facere judicium*, idest, *prævenire judicium Dei*, accusando nosipsos: etenim, secundùm Apostolum, *Si nosipsos judicaremus, non utique judicaremur.* Hoc veræ Justitiæ proprium officium est, juxta S. Augustinum, ordinare perfectè hominem in Deum, & in Proximum, & in seipsum: ita ut ex qualibet actione triplex eruat bonum: bonum Gloriæ, quod attribuat Deo: bonum Utile, quod communicet Proximo: & bonum Confusionis, quod sibi ipsi tribuat. Hi sunt tres Creditores nostri, à Spiritu sancto nobis consignati. *Mich. c. 7.* *1. Cor. 11.* *Matth. c. 5.* *S. Tho. in ep. ad Gal. 3. lect. 3.*

Qui hos eosdem ad minorem restringere voluerit numerum, unicum solum esse Creditorem nostrum, cui tantùm obligati sumus, reperiet: & hic est Amor & Charitas proximi, juxta dictum Apostoli: *Nemini quidquàm debeatis, nisi ut invicem diligatis.* Quasi dicat Apostolus: Volo, vos esse liberos ab omni debito; sed non ab hoc debito Charitatis: nunquàm hoc debitum recusandum aut negandum est, semper inter vos regere debet, nunquàm debet eidem ita satisfieri, ut non amplius remaneat solvendum. Et hujus reddit rationem S. Thomas, quia *Charitas in diligendo non deficit, sed proficit*, & crescit: igitur, cùm crescat creditum, *Rom. c. 13.* *S. Thom.*

quid nimirum, si crescat etiam debitum? *Semper ibi*
Epist. 62. *Charitatem*, ait S. Augustinus, *Nec cùm redditur, amittitur; sed potiùs reddendo multiplicatur: habetur enim redditur, non carendo.* Cujus adhuc duas alias assignat rationes S. Thomas. Prima sumitur ex debito præcepti: semper enim nos obligat præceptum Charitatis: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem.*
Joan. 15. Secunda desumitur ex causa Amoris proximi: quia amamus proximum nostrum propter Deum, *cui sufficienter pensare non possumus.* Discamus ergò ab Apostolo quodcunque aliud excutere debitum, carnis, sanguinis, opum mundanarum versus proximum nostrum: conservantes duntaxat debitum & obligationem veræ Charitatis, diligentes proximum propter nullam aliam obligationem, quàm propter eam, quam ipsamet apportat Charitas, & verus ac purus Amor Dei.

CAP. III.

De Virtute Religionis.

1. REligio est virtus quædam glorificativa Dei, inclinans ad cultum debitum Deo tribuendum, propter summam ejus excellentiam, perfectissimamque eminentiam in omni genere perfectionis, quam in ipso continet, tanquàm Primum, Increatum, & Divinum Esse, tanquàm Primum Principium, & Ultimum omnium rerum Finis. Et per consequens inclinans etiam ad dandum id, quod competit creaturæ, quod est vilitas, humilitas & contemptus: proportionata utpotè attributa propriæ ejus subjectioni, dependentiæ ac proprio ejus nihilo. Hoc tributum seu cultus duobus modis Deo, attribui potest: vel actibus internis intellectus & voluntatis, quemadmodum eum exhibent Angeli in cœlo: vel actibus etiam externis corporis, in quantum isti dependent ab internis, & [illegible]

dorum significativi. Insuper cultus internus duobus modis exerceri potest : aut explicitè, verbo mentali intellectus profitendo excellentiam Dei, & nostram vilitatem : aut implicitè, perficiendo aliquem actum, seu internum, seu externum, quo significare, seu profiteri intendimus independentiam Dei, & nostram dependentiam.

2. Hæc virtus ab aliis secernitur. Primò à Theologicis : quia Religio totum suum objectum adæquatum, quantùm ad partem materialem & formalem, habet extra Deum, & respicit solùm Deum, tanquàm finem, aut, ut cum Theologis loquamur, tanquàm objectum (*cui*;) at virtutes Theologicæ necessariò respiciunt Deum, ad minus tanquàm motivum & objectum suum formale.

Distingoitur etiam Religio ab Humilitate : etenim hæc inclinat ad propriam vilitatem, utpotè propriæ personæ convenientem ; ast Religio eandem, tanquàm Divinæ Excellentiæ significativam & protestativam respicit & contemplatur.

Denique distinguitur à Sanctitate, tanquàm indolem ab includente : nam Sanctitas dicit totum id, quod dicit Religio, & insuper addit *oblationem internam mentis*, offerendo *non solùm sua, sed etiam se*. Unde, ut benè notat Cajetanus, *omnes Sancti sunt Religiosi ; non è contra, omnes Religiosi sunt Sancti ? quia qui Sacrificia vacant, Religiosi sunt, non verò Sancti*, nisi seipsos etiam intrinsecùs Deo applicent.

3. Ab hac essentia & natura virtutis Religionis dependent proprij actus proportionati, & sunt isti.

Primus est actus intellectus, quo cognoscitur Divina Eminentia, & proprium nihilum : quodque à Deo, tanquàm à primo Principio omnia producantur ac conserventur, & creaturæ quò ad omnia à Deo dependeant, & in esse, & in operari : sibiipsis verò relictæ in nihilum redigantur.

Secun-

Secundus est actus voluntatis, quo volumus ab æterno reverentiam & honorem Deo debitum.

Tertius est actus potentiæ executivæ, quo mediis eundem profitemur finem concurrentibus actibus externis inclinationum, genuflexionum & prostrationum.

Verum est, quod virtus Religionis essentialiter consistat in secundo actu; sed necessariò etiam supponit primum, & per tertium completur & perficitur.

q. 82. a. 1. Cajet. Prætereà Devotio est actus elicitus à Religione, quia eidem, cui Religio, inest potentiæ. Oratio, Adoratio, Sacrificium, Votum, Juramentum virtutis hujus actus quoque sunt, sed imperati: & quia nos pertinent ad alias virtutes, Religionis proprij dicuntur actus. Ultra hos, cæteri virtutum actus à Religione quoque possunt esse imperati, cùm eosdem ordinat ad propriùm finem Gloriæ Dei.

4. Ex his actibus Religioni propriis dignoscuntur actus contrarij & oppositi, quales sunt actus Superstitionis, quæ est vitium virtuti Religionis contrarium.

S. Th. q. 94. Superstitio tres habet partes, & sunt, Idololatria, Divinatio, vana Observatio. Enimverò Religio in ordine ad Deum tres respicit fines, qui sunt, Reverentia, Instructio, Directio. Idololatria est contraria primo fini: quia reverentiam & honorem Deo debitum & proprium transfert ad creaturas. Divinatio est contraria secundo fini, eò enim ipso, quò Deus consulendus erat in re dubiâ, consulitur Dæmon cum pacto explicito, vel implicito. Observatio vana tertio fini opposita est: quia in mediis ex se insufficientibus quærit efficaciam interveniente Dæmonis invocatione tacitâ, aut expressa. Et hæc de naturâ virtutis Religionis. Ad modum, quo in praxin redigenda est, progrediemur, ut sic nostro cum merito & profectu spirituali eandem exerceamus.

5. Principalis virtutis hujus actus à nobis exercendus est actus ille Devotionis, quæ est prompta quædam Voluntas ad omnia pertinentia ad servitium & gloriam Dei.

q. 82. a. 1. Cajet. Causa hujus Devotionis, juxta Sanctum Thomam est cum-

contemplatio Bonitatis, Divinorumque beneficiorum: inde nascitur Amor, immediatum Devotionis principium: nam prompta deferuntur obsequia amico, qui amatur: ex nostrâ deinde parte est consideratio propriorum defectuum. Ex hac Devotione, veluti ex causa progeneratur affectus, & gaudium spirituale, non propter primam duntaxat considerationem Dei; verum etiam propter secundam defectuum nostrorum contemplationem. Quia *est tristitia secundùm Deum, quam consequatur gaudium, secundùm illud Augustini: Doleat, & in dolore gaudeat: propter quod de Sanctis legimus, quod tristes hilaresque erant, & meritò, utpotè inchoantes in Terris eadem Conversationem.* a.4. Cajet.

Præterea, sicut Religio est virtus quædam immediatè virtutes subsequens Theologicas, & superior cunctis aliis virtutibus moralibus; ita simul exercenda est cum illis, præsertim una cum Charitate: amando Deum cum Charitate, cum Religione eidem serviendo, amplectendo Deum, tanquàm finem, cum Charitate: creaturas omnes ordinando ad Deum per actum Religionis. Quapropter servitus imperata à Religione non est servitus Timoris, servitus coacta per timorem pœnarum; sed servitus Amoris, servitus libera, inserviens Deo: quia hujusmodi servus amat eum tanquam amicus, juxta dictum Christi: *Non dixi vos servos, sed amicos.* Ioan.c.15.

Motivum & ratio servitutis hujus est nobilitas Naturæ Divinæ, superioris, & in infinitum excedentis omnem rerum creatarum universitatem, in ratione Primi Principij. Enimverò, si superioritas accidentalis, veluti sunt: nobilitas, divitiæ, sapientia sufficientia contra sunt ad inducendos titulos servitutis & Dominij super homines; quantò magis superioritas essentialis, qua Deus præditus est, cunctisque prædominatur creaturis, sufficiens erit titulus, ratione cujus omnes creaturæ obligantur eidem debita præstare obsequia & servitia.

Et tametsi *Servitus* (ut benè advertit S. Thomas) *sit objecta conditio*; nihilominùs *ex additione (Dei) redditur commendabilis.* Esse servum absolutè, est vile & ab- Rom.1. Lect.1.

& abjectum ; sed esse servum Dei, est quid dignissimum & nobilissimum : etenim accipit nobilitatem & valorem à persona, cui servitur. Propterea Apostolus de hoc solo gloriabatur : *Paulus servus*

Rom. 1. JESU CHRISTI. Verùm, hæc servitus Dei, ut sit perfecta ; totalis sit, necesse est, ita, ut omnia complectatur, & nulla remaneat pars in homine, quæ non se Divino impendat servitio. Quamobrem,

p. 4. tit. 5. c. 7. ut benè docet S. Antoninus, servitium est cultus Dei debet esse quintuplex : *Cultus cordis*, *Cultus oris*, *Cultus operis*, *Cultus corporis*, *Cultus virtutum*. Ac primò cultu cordis debemus recognoscere, venerari, & amare Deum, veluti meretur, eò quod sit primum rerum creatarum Principium. Secundò, cultu oris à nobis benedicendus & laudandus est, eique gratiæ agendæ sunt propter idem motivum. Tertiò, cultu operis seu actionis Deo omnia opera nostra ad gloriam suam offerre debemus. Quartò, Deo servire tenemur cultu corporis, adorationibus, videlicet, genuflexionibus, prostrationibus, &c. Denique, servire debemus Deo cultu virtutum, omnium, ordinando cunctas virtutes ad finem Religionis, qui est gloria Dei, juxta dictum S. Apostoli Ja-

Jac. c. 1. cobi : *Religio munda & immaculata hæc est : visitare pupillos & viduas, &c.* Actus enim hic actus eliciti quidem est à virtute Misericordiæ ; sed imperatus à virtute Religionis. Hujusmodi exercitio se occupant

Psal. 28. Sancti in cœlo (*In templo ejus omnes dicent gloriam*) quoscunque actus, operationesque singulas referunt ad gloriam Dei. Videre Deum, amare Deum, gaudere & frui Deo pro ultimo fine sortiuntur gloriam Dei : cujusvis namque operis honor & gloria a tribui debet suæ causæ principali : &, ut communiter dici solet, *Opus laudat artificem* ; ita & nos in cunctis actionibus nostris, in omnibus virtutum actibus, *dicemus semper gloriam* : de quolibet actu bono detur gloria soli Deo

Baruch. c. 3. tanquam primæ causæ, non nobis : *Nobis autem confusio faciei nostræ.*

CAP.

CAP. IV.

De Virtute Pietatis erga Parentes.

1. QUemadmodùm virtus Religionis est virtus quædam honorificativa Dei, quia inclinat ad cultum debitum Deo tanquàm primo Principio & ultimo nostro Fini tribuendum; ita virtus Pietatis est virtus quædam honorificativa genitorum seu parentum, inclinans ad reddendum iisdem convenientem honorem ac reverentiam debitam, eò quod post Deum, nostri esse, nostræque vitæ principium existant & causa. Ratio, juxta S. Thomam, est, quia tam Religio, quàm Pietas sunt virtutes annexæ virtuti Justitiæ: quarum respiciunt debitum, quod debetur aliis: at cum discrimine. Religio respicit debitum, quod debetur Deo, ratione summæ excellentiæ in seipso, & summæ beneficentiæ respectu nostri; at Pietas respicit debitum, quod debetur Parentibus, ratione alterius cujusdam excellentiæ & beneficentiæ longè inferioris: ergo est alia virtus à Religione distincta, quæ dicitur Pietas. 2. 2. q. 101.

2. Finis virtutis Pietatis est, satisfacere, quantùm possibile est, obligationi, quâ Parentibus, Patri & Matri obstricti sumus, ratione superioritatis in esse, quam habent versus filios. Unde objectum illius est cultus exterior, veluti debitus genitoribus propter beneficium generationis.

3. Tres dantur proprij hujus virtutis actus. *S. Anton.* *p. 4.*

Primò, *Reverentia*: siquidem parentes nostros honoremur, juxta præceptum Christi: *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.*

Secundò, *Obedientia. Filij obedite parentibus vestris*; *Coloss. 3.* sed non in iis, quæ Deo adversantur (tametsi essent in materiâ levi peccativenialis) aut quæ impedirent servitium Dei, veluti est ingressus Religionis; unde bene dixit S. Hieronymus: *Summum genus Pietatis est, in hoc non esse crudelem.*

Tertiò,

Tertiò, debemus quoque parentibus, si sint pauperes, subministrare necessaria ad sustentationem vitæ, ita

1. Tim. 5. dictum illud Apostoli: *Filij reddite vicem Parentibus, hoc enim acceptum est coram Deo.* q. d. Reddite mutuò vicissim, quod vobis præstiterunt, enutrire eos in extrema necessitate constitutos, quemadmodùm vos educarunt

1.2. q.101. & nutriverunt. Quamvis, ut docet S. Thomas, id quod debetur parentibus, tanquàm nostris Majoribus & Superioribus, & tanquàm principijs nostri esse per se & necessariò, sit honor & reverentia; subministratio verò necessariorum in infirmitate & paupertate debeatur eisdem secundariò, & veluti accidentaliter.

4. Effectus proprius virtutis hujus, sicut & reliquarum pertinentium ad Justitiam, est, facere convenientem æquum, & debitum. Et sæpenumerò sufficit, ut sit debitum morale, importans certam quandam convenientiam & decentiam, etsi non sit debitum legale: enimverò persæpè parentibus supererogationis exhibeatur obsequia, absque legis obligatione.

Quo ad praxin, virtus hæc exercenda est erga Deum, cum eadem virtute Religionis, quæ eminenter continet

a.3. ad 2. virtutem Pietatis, quemadmodùm etiam virtus Observantiæ & Gratitudinis. Quia virtus Religionis inclinat ad honorem exhibendum Deo, non tanquàm primo Principio duntaxat; verùm etiam tanquàm primum Patri nostro, primo Superiori, primo & Summo omnibus Benefactori. Unde hæ tres virtutes Pietatis, Observantiæ, & Gratitudinis erga Deum non distinguuntur à Religione.

Opusc. de dilect. Christi. Insuper, hac virtute Pietatis, ut docet S. Thomas, plùs debet amari Christus, Pater tuus cœlestis, quam homo Pater tuus terrenus. Quare, si obligaris diligere Patrem terrenum, à quo solùm obtinuisti corpus, quodque damnationis tuæ causa esse potest; quanto magis debes diligere Christum, à quo habes corpus & animam, & omne bonum? *Nunquid non ipse est Pater tuus, qui*

Deut. c. 32. S. Thomas. *possedit te, & fecit, & creavit te? Fecit corpus, tibi animam, possedit utrumque.*

Pro-

Præterea diligitur Pater, quia enutrit filios suos. *In hoc præponderat Deus: quia pascit corpus, pascit* S. Thomas. *animam, affluentia omnium bonorum, tum materialium, tum spiritualium. Dominus regit me, & nihil mihi* Psal. 22. *deerit: in loco pascuæ ibi me collocavit.* Adhæc diligitur Pater, quia studet magnificare filios. *Et in hoc tantò præponderat Deus, quantò Divina gloria* (quam Deus nobis permittit) *major est omni gloria humana. Qui* Apoc. 3. *vicerit, dabo ei sedere mecum in Throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in Throno ejus.* Quocirca docebat S. Apostolus Paulus: *Flecto genua mea ad Pa-* Ephes. c. 3. *trem Domini nostri IESV CHRISTI, ex quo omnis Paternitas in cœlo, & in terrà nominatur.* Enimverò, ut exponit S. Thomas, Paternitas Dei, quâ producit ad intra, & creat ad extra, est Paternitas prima, à quâ omnis alia Paternitas creata dependet. Quare dicamus cum Isaiâ: *Tu Domine Pater noster, & Redemptor noster.* c. 63. es, O Domine, ut verum nostrum agnoscimus Patrem, & propterea virtute Pietatis majorem imò infinities majorem tibi debemus honorem & amorem, quam cuivis alteri Patri terreno.

Eadem virtute debemus quoque reverentiam & honorem Sanctis Angelis. Siquidem, ut docet S. Thomas, *Non solùm qui dat potentiam vitæ, sed etiam, qui* Ephes. 3. *dat actum vitæ, Pater noster dici potest: ergò quicunque* lect. 4. *adducit aliquem ad aliquem actum vitæ, puta, ad benè credendum, intelligendum, volendum, amandum, ejus Pater dici potest.* Et in hoc sensu unus Angelus, in quantum illuminat alium, est Pater illius, sicut Magister est Pater Discipuli. De hac Angelicâ Paternitate loquebatur Apostolus, quandò dicebat: *Ex quo omnis* Ephes. 3. *Paternitas in cœlis*, nempè, ut exponit S. Thomas, *in Angelis.* Ergò ob eandem causam Angeli dici possunt Patres nostri, in quantum nos illuminantes *inducunt nos ad aliquem actum vitæ.* Igitur mediante virtute Pietatis eos ut Superiores, Principia & Auctores nostrarum operationum post Deum agnoscere: & ut tales amare & revereri, nec non in cunctis nostris necessitatibus ipsorum auxilium implorare & invocare debemus.

Denique, pro bono usu virtutis hujus relativæ Patris & Matris observandum, hanc virtutem subordinari virtuti Religionis, ac proindè parentes amari propter cultum Pietatis ipsis debitum; sed multò magis propter cultum excellentioris Pietatis & obligationis Deo debitum. Unde amari debent in ordine & respectu ad primum Patrem, qui est Deus: in quantum hi derivantur ab illo, & in quantum primus noster Pater Deus ita vult & præcipit: recognoscendo & contemplando in Patre terreno nostrum Patrem cœlestem, qui est Deus, & convertendo amorem carnalem parentum nostrorum, Patris & Matris, in amorem spiritualem eorundem.

CAP. V.

De Virtute Observantiæ erga Superiores.

2.2 q.102. 1. NAtura & officium hujus virtutis est, inclinare ad tribuendum honorem & reverentiam debitam Superioribus debitam, solùm quia ipsi sunt Superiores, qui actu nos gubernant, vel possunt gubernare & regere. Unde virtus Observantiæ distinguitur à virtute Pietatis, quia hæc honorat parentes, *in quantum sunt principium essendi & gubernandi*; Observantia reveretur Superiores solùm, *in quantùm sunt principia gubernandi*. Ratio est, quia gubernare, secundùm S. Thomam, *est movere in debitum finem*: & quemadmodùm id, quod movet, certam quandam habet superioritatem & excellentiam respectu ejus, quod movetur; ita ex hoc convenit, ut exhibeatur honor & reverentia.

q.103. 2. Tres sunt hujus virtutis actus. Primus est Honor, qui debetur Superioribus. *Est autem honor testificatio virtutis*: testimonium, inquam, quod alicui actu externo refertur de virtute Superioris: &, si testimonium hoc solùm redditur verbis, vocatur Laus. Præterea Honorem præcedit Reverentia, tanquàm causa, quæ

ita ex Reverentiâ, quam deferimus Superiori, propagatur illius honoratio, & consequitur Gloria, tanquam effectus; nam ex honoratione clara personæ honoratæ nascitur notitia, dicta Glotiâ. Secundus actus est Timor, quem tenemur exhibere Superioribus, propter potentiam, quam habent, nos castigandi & corrigendi. Tertius est Obedientia, quam iisdem præstare debemus, juxtà præceptum Apostoli: *Obedite Prælatis vestris.* Hisce actibus obligati sumus honorare non tantum Superiores nostros actu nos gubernantes; verum etiam omnes illos, qui ratione aliqua, seu primus, seu dignitatis, vel officij nos præcedunt, secundum mandatum Apostoli: *Honore invicem prævenientes.* *Heb.* 13. *Rom.* 12.

3. Pronotitiâ modi exercendi hanc virtutem advertendum, quod, sicut excellentia creata, cùm sit certa quædam participatio excellentiæ Increatæ, ad hanc essentialiter ordinatur; ita Reverentia, dignitati termino debita, non debet in ea persistere & morari; sed ultra procedere, & ordinari ad Divinam: honorem & reverentiam exhibendo personæ virtuosæ, & in dignitate aliqua constitutæ, non propter seipsam ultimatè, sed essentialiter propter Deum, & in quantum repræsentat dignitatem Divinam. Eodem motivo etiam exhibere debemus Reverentiam debitam hominibus titulo dignitatis. Unde, quemadmodum triplex datur species Reverentiæ & Adorationis: nempè Duliæ, Hyperduliæ & Latriæ; ita triplex datur excellentia, magna, major & summa: & una ad alteram ordinanda est, eòdemque honorandi sunt Sancti, & Regina Sanctorum propter Sanctum Sanctorum: & Sanctitas creata honorari debet propter Sanctitatem Increatam.

CAP. VI.

De Virtute Obedientiæ.

2.2. q.104. a.1. 1. OBedientia est virtus quædam, inclinans ad executionem præcepti Superioris, in quantum est præceptum, qualecunque sit præceptum, aut expressum, vel solùm interpretativum: obediendo simplici verbo & voluntati Superioris, juxta dictum Apostoli: *Dicto obedite*. Et meritò. Quia sicut in rebus naturalibus unum corpus est supra aliud, & superius movet inferius, veluti Cœli movent Elementa; ita in rebus humanis debet esse diversitas graduum, Superioris & Inferioris, & Superior ordinare, & Inferior obedire debet. Hæc Obedientia duplex est: naturalis, quandò quis obedit Superiori, tanquàm homini, in ordine ad finem naturalem: & supernaturalis, quandò quis obedit Superiori, in ordine ad finem supernaturalem.

Ad Tit. 3.

2. Motivum specificans & distinguens hanc virtutem ab aliis est præceptum Superioris, in quantum præceptum, esto non obliget, neque ad culpam, neque ad pœnam, sufficit, quod sit voluntas & ordinatio ejus, qui potest obligare, propter jus mandandi & præcipiendi, quod habet Superior, & propter debitum obediendi, quod est in subdito: & talis voluntas, juxta S. Thomam *est interpretativè seu inchoativè præceptum*. Hæc est perfectio Obedientiæ, secundùm doctrinam Sanctorum, quandò subditus obtemperat simplici Superioris voluntati & nutui, absque eo, quòd præstoletur præceptum.

3. Hæc virtus suos habet actus proprios, velut aliæ: & sunt, Judicare, Velle, & Exequi totum id quod ordinat mandatque Superior. Præterea ad perfectionem Obedientiæ necessarii sunt alij virtutis actus. Etenim, secundum S. Bernardum, pro-

S. Bernard. obediendum est voluntariè sine contradictione.

Secun-

secundò simpliciter, sine discussione. Tertiò hilariter, sine tristitiâ. Quartò velociter, sine tarditate. Quintò fortiter, sine tepiditate. Sextò humiliter, sine elatione. Septimò perseveranter, sine cessatione.

S. Ignatius Lojola à Deo mirum in modum illuminatus in hac virtute Obedientiæ, tria assignat motiva, quibus quis inducatur ad perfectè obediendum. Primum est, ut subsidio vivæ Fidei contempletur, & consideret Christum in Superioribus: secundum, ut obediat nuci, absque discussione illius, quod præcipitur, & cæco quodam impetu, veluti in rebus Fidei, quilibet Christianus se habere debet: tertium, ut semper adinveniat rationes ad approbandum id, quod præcipit & ordinat Obedientia, & non quærat rationes, quibus illud ipsum reprobet.

Habet insuper Obedientia effectus suos. Principalis est perfecta conformitas cum voluntate Dei: & quod facis per Charitatem, *ut amicus*, hoc fac per Obedientiam, *ut subditus*. Alios Obedientiæ effectus enumerat S. Antoninus. Primus est, quod efficiat hominem amicum Dei: *Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis.* Secundus est, eundem constituit fratrem Christi: *Qui fecerit voluntatem Patris mei, iste meus Frater, & Soror, & Mater est.* Tertius est, victorem ipsum efficit in tentationibus: *Vir obediens loquetur victoriam.* Quartus est, confert ei pacem & quietem: *Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset quasi flumen pax tua.* Quintus denique est, quod eidem a Deo impetret benedictionem: *En propono in conspectu vestro hodie benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri.*

2.2 q.104. a.3. *Cajet.* *S. Anton.* *Tit.* 5. *c.*11. *Ioan.* 15. *Matth.* 12. *Prov.* 21. *Isa.*48. *Deut. c.*11.

4. Virtuti huic Obedientiæ ut socia assignatur ista virtus, admodùm ei similis, dicta Epicheja, vel Æquitas, inclinans ad nos conformandos Superiotis intentioni, quemadmodùm Obedientia inclinat nos, ut conformemur præcepto. Ratio, secundùm S. Thomam, est, quia Superior ad omnia in particulari, quæ in infinitum variari & mutari possunt, descendere nequit: & in hisce dirigit nos

Epicheja, ut, ubi non est operandum conformiter verbis legis, operemur juxta mentem Legislatoris: ut patet in exemplo & casu restituendi depositum gladiis furioso.

Virtuti Obedientiæ opponitur vitium Inobedientiæ, crimen adeò grave, ut à Propheta Samuele comparetur peccato Idololatriæ. *Quasi peccatum hariolandi est, repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* Quæ Prophetæ comparatio, secundùm S. Thomam, *non est æqualitatis, sed similitudinis; quia Inobedientia redundat in contemptum Dei; sed Idololatria magis.* 1. Reg. c. 15.

5. Pergamus nunc ad modum, quo hæc virtus ad praxin redigenda est. Primò, curandum est, ut exerceatur actus Obedientiæ *ex honestate Obedientiæ*, veluti vult Philosophus: videlicet, propter nativum formale ejusdem virtutis Obedientiæ, quod est, quando obedimus propter Obedientiam, & propter finem, ut exequamur voluntatem Superioris. Secundò, motivo Obedientiæ alia aliarum virtutum motiva adjungenda sunt: exempli gratiâ, obediendum est, ut nos humiliemus coram Deo, & est actus Humilitatis: obediendum, ut nos honoremus Deum, & est actus Religionis: obediendum propter amorem Dei, & propter Bonitatem Dei, & est actus Charitatis. Præcipuè verò virtus Obedientiæ, ut sit perfecta, supponere debet ttes virtutes Theologicas. Primò, Fidem, contemplando & agnoscendo Christum in Superioribus. Secundò, Spem, confidendo in virtute Obedientiæ & Dei, qui præcipit. Tertiò, Charitatem; quia, cùm Obedientia inseparabilis Charitatis existat filia, ut vult Augustinus, ab eâdem virtute dirigi debet ad finem Charitatis, qui est summa Bonitas Dei, gaudium, & complacentia Dei. Unde ultimatè obediendum est, ut placeamus Deo, propter gaudium Dei, & ut sanctissimam ejusdem exequamur voluntatem: secus, si Obedientia persisteret in homine, & non transiret ad Deum, naturalis duntaxat, & politica esset obedientia, non religiosa & supernaturalis.

bi notandum venit discrimen inter has duas Obedientias. In Obedientia politica concurrit Deus, solùm ut causa efficiens, in quantum præcipit exiberi Obedientiam Superioribus temporalibus (unde dixit Apostolus: *Servi obedite, Dominis carnalibus, sicut CHRISTO*) In Obedientia verò spirituali & religiosa concurrit Deus, non solùm ut causa efficiens; verùm etiam ut causa finalis & motiva ultimata: quia obedimus voluntati hominis, ut ultimatè obediamus voluntati Dei, cujus Vicarium & Ministrum agit Superior: Quamobrem dicebat Christus: *Qui vos audit, me audit*, loquens de Obedientia religiosa, non politica. In praxi igitur & exercitio Obedientiæ curemus sedulò, ut Obedientia nostra non sit politica & naturalis; sed supernaturalis, propter motivum Charitatis Dei: juxta doctrinam S. Apostoli Petri: *Castificantes animas vestras in Obedientia Charitatis, id est, obediendo ex motivo Charitatis.* Ephes. c. 6. 1. Pet. c. 1.

CAP. VII.

De Virtute Gratitudinis.

1. *Gratitudo est compensatio beneficij.* Est virtus inclinans ad reddendum mutuum benefactoribus nostris. Et est pars Justitiæ, quia respicit debitum, quod à nobis exigunt nostri benefactores: sicut Religio respicit debitum, quod exigit Deus: Pietas respicit debitum, quod à nobis petunt Parentes nostri: Observantia respicit debitum, quod exigunt Superiores nostri. Verum quoque est, quod virtus Religionis eminenter in se contineat virtutem Gratitudinis respectu Dei, in quantum per eam gratias referimus Deo, tanquàm primo, & summo benefactori nostro. q. 106. a. 1.

2. Tres sunt actus ad hanc virtutem spectantes: *Recognitio beneficij, Gratiarum actio, & Retributio.* q. 107. a. 2.

Etenim beneficiorum recordari, benefactorem laudare eique gratias agere, ac mutuum etiam reddere tenemur aliquo effectu & signo exteriori honoris & reverentiæ nec non aliquo dono, prout patiuntur vires nostræ.

art. 6. Adhæc quartum Gratitudinis actum, qui est, ut ipsi reddamus, quàm recepimus, idque aut effectu, aut affectu & voluntate, adjungere debemus. Quod si reddimus *minus, vel æquale*, non agimus juxta naturam hujus virtutis: quæ, ut ipsummet nomen indicat & demonstrat, debet esse grata, *& gratis data*, aliqui ex parte superando beneficium. Quapropter obligatio Gratitudinis non habet finem, & ut loquitur S. Thomas, *est interminabilis*: quia procedit à Charitate, ratione cujus *quantò plùs solvitur, plùs debetur, secundùm illud ad Rom. 13. Nemini quidquàm debeatis, nisi invicem diligatis.*

3. Motiva virtutis hujus sunt tot tanta, quot & quanta sunt beneficia, propter quæ grati esse debemus

S. Antonin. Tit. 5. c. 12. benefactoribus nostris. Hæc beneficia comparantur Dei, utpotè, primi & summi Benefactoris nostri sunt triplicis generis: Generalia, Specialia, & Singularia. Generalia sunt, beneficia Creationis, Redemptionis,

S. Bernard. Remunerationis. Unde monet S. Bernardus: *Agamus, fratres, gratias Factori nostro, Redemptori nostro, & Remuneratori nostro.* Beneficia specialia sunt etiam tria: *Exspectationis. Justificationis, & Conservationis.*

Isa. c. 3. Quia nos exspectat ad pœnitentiam (*Exspectat vos Dominus, ut misereatur vestri*) Justificat nos sua sanctâ

q. 106. a. 3. Gratia, & in ea nos conservat. Et, secundùm doctrinam S. Thomæ, majores gratias referre tenemur Deo propter donum Pœnitentiæ; quàm, si semper nos conservasset in Innocentia: etenim quamvis Innocentia sit *majus bonum, & magis continuatum*, nihilominùs tamen *donum & beneficium est* Pœnitentia considerata conditione personæ, quæ Deo inimica, ac promerita sibi æternas Inferni pœnas.

S. Bern. serm. 13. 4. Effectus virtutis hujus est, disponere animum ad nova beneficia. *Origo fontium & fluviorum omnium Deus est mare: virtutum & scientiarum omnium Dominus JESUS.* Ergò, quemadmodùm *omnia flumina intrant*

Eccles. c. 1.

mare, ut iterùm fluant; ita omnes Gratiæ per virtutem Gratitudinis Deo ter Opt. Max. referantur, necesse est, ut de novo, & in majori copia & abundantia ad nos meent & refluant. E contrà (ut idem S. Doctor affirmat) Ingratitudo *peremptoria res est, hostis gratiæ, & inimica salutis.* Et alibi: *Gratiarum cessat decursus, si retrorsus noster non fuerit.*

5. Vitium Ingratitudinis oppositum virtuti Gratitudinis consistit in eo, quod non recognoscantur beneficia recepta, nec Benefactori agantur gratiæ, neque reddatur mutuum: & propriè *formalis Ingratitudo* (ut docet S. Thomas) *est in beneficij contemptu*: quando non compensatur beneficium ob hanc solam causam, quia spernitur, ac nihili æstimatur. Pœna hujus vitij, secundum S. Bernardum, *est deseri à Gratiâ, quia Gratiam per Gratitudinem non veneratur.* Et juxta S. Augustinum, *non est dignus dandis, qui non est gratus redditis.* *q. 109. a. 2.* *S. Bernar. serm. de 7. misericord.*

6. Quantum ad modum exercendi hanc virtutem, docet eum Apostolus: *In omnibus gratias agite, id est, tam in prosperis, quàm in adversis* (ut exponit S. Thomas) quia *ipsa etiam flagella, quæ mittuntur à Deo, beneficia sunt, in salutem ordinata.* Juxta S. Bernardum, bonus usus virtutis hujus duabus constare debet conditionibus: *Debet esse sine fraude, & sine intermissione.* Primò, debet esse sine fraude, non defraudando & fucando gloriam Deo propriam & debitam. *Sed de omni gloriâ Domini tui, non exeunte ex te, sed transeunte per te, nihil tuis manibus adhærere contingat. Vnde audies: Euge, serve bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.* Secundò, debet esse continua, & sine intermissione, quemadmodùm continua est misericordia & beneficentia Dei erga nos: ut enim ait S. Augustinus: *qualibet creatura est quoddam Dei beneficium, homini collatum*: ergò in omnibus creatis gratias agere, & gloriam Deo dare debemus: gratias agere in quantum sunt nostra beneficia: & dare gloriam, in quantum sunt effectus Dei. *Quia omnis effectus ad suam causam convertitur, vel in utilitatem, vel in gloriam.* Nostra igitur Gratitudo in Deum debet *Thess. c. 5.* *Serm. 13. Cant.* *S. Aug.* *S. Th. a. 3.*

esse continua. Primò, in memoriâ: quia, ut omnis
Seneca. observat Seneca : *Sicut beneficia data debetur oblivio, ita acceptis memoria.* Secundò, in intellectu, magnæstimando beneficia. Tertiò, in voluntate: amando infinitam bonitatem & benevolentiam, primum omnium gratiarum fontem. Quartò, in verbis, laudando, & deprædicando Deum per gratiarum actionem. Quintò, in opere, debita & grata eidem exhibendo obsequia, fugiendo omnem speciem ingratitudinis, quæ exsiccat fontem Divinæ Misericordiæ nam, secundùm S Augustinum supra citatum, *Non est dignus dandis, qui non est gratus datis.*

Ulteriùs ad sanctum hoc exercitium nos animare & stimulare debemus : quia per hoc similes nos reddimus Beatis in cœlo. *Opus istud (scilicet Gratiarum actionis)* inquit S. Antoninus, *exercitium est Beatæ Patriæ. Gaudium & lætitia invenietur in tâ: gratiarum actio, & vox laudis.*

Tit. 5. §. 1. Isa. 51.

Eâdem Gratitudinis virtute gratos etiam nos exhibere debemus ipsis Sanctis, Sanctorumque Reginæ, quâ mediante omnia à Deo beneficia ad nos descendunt, & ipsis etiam hominibus nostris benefactoribus ; sed propter Deum, in quantum ipsi Divinæ Bonitatis ac Misericordiæ erga nos sunt instrumenta.

CAP. VIII.

De Virtute Iustitiæ Vindicativæ.

2. 2. q. 108. a. 1. in corp.

1. QUemadmodùm virtus Gratitudinis *est reddito boni pro bono* ; ita virtus Justitiæ vindicativæ, aut Punitivæ *est reddito mali pro malo.* Non ita *propter affectum & desiderium mali* : nam inferre malum proximo, in quantum est malum proximi, & bonum proprium, est actus Odij contra Charitatem, & *est vinci à malo*, prohibitum ab Apostolo : *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Sed potest proprie

Rom. 13.

alterni malum, quando redundat in bonum ejusdem, aut aliorum, castigando peccatum proximi propter bonos fines, puta, propter emendationem, quietem publicam, manifestationem Justitiæ Dei. Unde sequitur, ut benè advertit Cajetanus, quod *Reddere malum pro malo ut sic, nunquàm est licitum*: (quia est actus contrarius Charitati, ad quam spectat cunctis benefacere) sed *Reddere malum pro malo emendativè*, est bonum, *& est actus virtutis.*

Altera quædam requiritur conditio, ut actus puniendi castigandi sit licitus: nimirùm, ut fiat à persona publica superiori Ecclesiastico, vel temporali. Unde, si fiat à persona privata, non erit virtutis actus; sed vitium prohibitum ab Apostolo: *Non vosmetipsos defendite, charissimi, sed date locum iræ: scriptum est enim: Mihi vindicta; ego retribuam.* Ratio est, quia ad infligendam pœnam requiritur potestas coactiva, & coërcitiva, quæ illam repetitur in Superiori. a. 1. ad 1. Rom. 12.

2. Actus virtutis hujus duplex est: primus, vindicare se de illata injuria, Superiorum, ad quos spectat, intervenientе imperio & suffragio: secundus, defendere se. Quò ad primum actum, habemus consilium S. Chrysostomi: *Discamus exemplo Christi nostras injurias magnanimiter sustinere: Dei autem injurias, nec ad modum sufferre.* Hic est mos & consuetudo Sanctorum, ut proprias remittant injurias; at offensas Dei atque Ecclesiæ acriter castigent & puniant: veluti fecit S. Sylvester Papa, qui eos, à quibus in exilium protrusus & relegatus fuerat, punivit & castigavit. Et meritò: quia cum quis desiderat vindictam propter injurias privatas, tametsi ea fiat cum debito modo, exiguum tamen virtutis datur exemplum, magnum verò amoris proprij adest indicium, uti & periculum odii proximi. Verum è contra in remittendo injurias exhibetur actus perfectissimæ Charitatis Dei & proximi, elucet Christi imitatio, & optimum aliis datur exemplum, à periculo amoris proprij, odiisque proximi remotissimum. Quò ad secundum actum, licitum est, defendere seipsum, quia non est se vindicare; sed impedire & frenare injuriam. Hom. 5. in Matth.

Sed

S. Antonin. Tit. 5. c. 13. §. 1. S. Tho. *Sed si excederet modum in defendendo, peccaret: unde contra* lege Dei, sicut *injusta vindicatio prohibetur, ita justa defensio permittitur.*

3. Causa punitionis ex parte Superioris debet esse Charitas & Zelus emendationis Subditi. Causa ex parte Subditi semper est culpa: quia *pœna, ut pœna non debetur nisi culpæ*; sed si pœna consideretur, ut quantum est medicina, *non solùm sanativa peccati præteriti, sed etiam præservativa à peccato futuro, vel etiam promotiva in aliquod bonum, secundùm hoc aliquis indùm punitur sine culpâ, non tamen sine causa.* Hinc ratione sæpenumerò mittuntur nobis tribulationes a Deo ad humiliationem, vel probationem, non ut eos curet à peccatis præteritis; sed ut præservet nos à futuris, nobisque suppeditet merendi occasionem: provando nos aliquo bono temporali, propter majus bonum spirituale.

a. 2. ad 2.

Effectus hujus virtutis, ut ordo conservetur conveniens, est, ut, quantùm peccans propriæ credidit & condescendit voluntati, tantùm patiatur contra illam: *Quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.*

Apoc. 18.

a. 2. ad 2.

4. Vitia virtuti huic contraria sunt: *per excessum*, Crudelitas: *per defectum*, Remissio, aut Negligentia. Verùm respectu Dei non datur excessus Justitiæ, quandò unum punit *in temporalibus*, propter peccatum alterius, V. g. filium propter patrem: quia Deus est *Dominus omnium*, & filius est pars patris: unde pœna filii redundat in pœnam patris, quod intelligendum est quantum ad pœnam corporis: siquidem, quò ad animam, & bona spiritualia, nullus patitur pro alio cum quilibet, quantum ad animam, sit liber in se ipso, & independens ab aliis. Aliam adhuc subjungit rationem D. Thomas, nimirum, quia omnes unum formant corpus propter vinculum Charitatis, & unus debet pro alio sollicitus esse, ne peccet, & ne is etiam propter alium puniatur.

a. 4. ad 1.

5. Modus exercendi hanc virtutem, juxta doctrinam Apostoli, consistit in eo, ne quis se vindicet de injuriis ad propriam pertinentibus personam; sed totum com-

mitta

tur at Domino Deo: *Non vosmetipsos defendite, charissimi, sed date locum iræ*, aut vindictæ Dei, ipse enim vestram suscipiet causam est defensionem. Quæ defensio, quàm magna & proficua nobis sit, exponit Tertullianus hisce verbis: *Si injuriam deposueris apud Deum, vinces est: si damnum, Restitutor est; si dolorem, Medicus est; si mortem, Resuscitator est.* *Rom. c. 12.* *Tertull. de bono Patientiæ.*

Non tantùm non debemus nos vindicare de injuriis; sed reddere laudem pro contumeliâ, benedictionem pro maledictione, beneficium pro malefico. Hæc semper fuit Sanctorum professio: *Nolle vinci à malo, sed vincere in bono malum*: non solùm non reddere *malum pro malo*; sed reddere *bonum pro malo.*

Neque ad perfectionem sufficit reddere bonum pro malo; sed oportet superare bono malum, quod *est vincere in bono malum*, efficiendo, nimirùm, ut beneficium, quod redditur, longè excedat malum quodcunque receptum: cum hoc agnoscendo & contemplando malefactorem, tanquàm nostrum benefactorem, qui capiti nostro imponit coronam æternæ gloriæ. Enimverò lex palæstræ Mundi contraria est legi palæstræ Christi: in illa, qui vincit coronatur, qui expugnat, occiditque inimicum, victoriam obtinet, & recipit palmam: in hac, qui perdit coronatur, occisus victor evadit, & recipit palmam, juxta illud, quod dicitur de Christo: *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, Divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* *Apoc. c. 5.*

CAP. IX.

De Virtute Veritatis, seu Veracitatis.

1. VEraeitas, secundùm S. Thomam, *est dictum juxta mentem*, seu *vera vocis significatio*, quando quis linguâ loquitur juxta mentis dictamen. *2. 2. q. 109. 110. 111. 112, 113.*

Et

Et est virtus Justitiæ, non primaria; sed secundaria, & *reductivè* ad eam spectat. Quia, tametsi *sit ad alterum, & cum æqualitate* vocis æternæ ad interiora, nihilominùs *deficit à ratione debiti*, quia non est debitum legale, velut est debitum Justitiæ, sed solummodò *ex honestate virtutis*.

2. Primus ac principalis hujus virtutis actus est amor & bonus affectus ad Veritatem: undè hæc virtus nil aliud est, quam inclinatio habitualis ad dicendum verum. Secundus actus est dicere Veritatem pro loco & tempore: quando positis debitis circumstantiis convenit & decet loqui, & non tacere: & tunc dicendum est verum, fugiendus omnis excessus & defectus circa quod sentimus in mente, quod est fugere omnem jactantiam & ironiam.

110. *art.* 1 *S. Thomas.*

3. Propria causa Veritatis consistit in voluntate dicendi verum, tametsi dicatur falsum. Quare, *si quis falsum enunciet, credens id esse verum; est quidem falsum materialiter, non formaliter: quia falsitas est præter intentionem dicentis, & quod est tale, per accidens est, unde non potest esse specifica differentia.* Etenim actus morales accipiunt naturam suam, aut bonam, aut malam à bona vel mala operantis intentione: unde qui credit, existimatque se dicere verum, esto falsum dicat, attamen proprie erit virtuosus veridicus, licet materialiter dicat falsum. Veluti è contrario, qui dicit verum, credens se dicere falsum, erit formaliter mendax, tametsi materialiter verum dicat.

Effectus veracitatis est conservatio pacis, amicitiæ, & mutuæ conversationis in convictu humano.

4. Vitia virtuti huic opposita sunt: Mendacium, Simulatio, Hypocrisis, Jactantia, Ironia.

Mendacium *est dictum contra mentem*, estque intrinsecè malum, & peccatum. Quia cadit supra materiam quandam inordinatam, puta, supra verba non ordinata ad suum finem proprium, qui est representare & significare verum mentis conceptum: undè *non est proprius usus, sed abusus verborum.*

Simu-

Simulatio est mendacium in facto, sicut mendacium est tale in dicto. Et est, quandò aliquo facto vel actu exteriori nos differentes ab eo, quod sumus, demonstramus. Et hoc intelligendum est, quando Simulatio, aut fictio non significat aliquid: quia, secundùm doctrinam S. Augustini, quandò est simul Figura, significans aliquid aliud, tunc non est Simulatio, sed veritas. Veluti fuit actio Christi in Evangelio, quando *finxit se longius ire:* id enim fecit, volens significare, quod ob modicam fidem adhuc longè aberat à Discipulorum cordibus: unde non fuit Simulatio; sed *figura veritatis.*

Hypocrisis est quædam species Simulationis, quandò *non simulat personam alienam*: quando peccator fingit se esse justum, uti fieri solet in comœdiis, ubi unus fingit personam alterius.

Jactantia est, quando aliquis *verbis se extollit, & se supra se aliquid dicendo*, quia plùs dicit, quàm sibi inesse cognoscit. Jactantiæ opposita est Ironia, quando quis minùs affirmat, quàm sibi inesse novit. Utraque est peccatum, cùm Veritati sit contraria. Hujusmodi humiles, juxta S. Gregorium, *incautè sunt humiles, qui se mentiendo humiliant.* Ultra enumerata vitia datur etiam Æquivocatio, seu Amphibologia, quæ non opponitur Veracitati, quia in æquivocatione non dicitur falsum, cùm id, quod sentitur in mente, pronuncietur; esto mens loquentis non sit cognita ab audiente.

q. 112. a. 1.

li. 26. Mor.

5. Modus exercendi hanc virtutem consistit primò in eo, quod magnam concipiamus aversionem & odium in quodcunque mendacium, non solùm perniciosum, quod respicit malum proximi; sed etiam officiosum ordinatum ad commodum proximi, & in jocosum, quod ordinatur ad delectationem, satagentes esse magni Veritatis amici, dicentes semper, quod sentimus: neque sub specie Humilitatis, aut Ironiæ dicentes minùs de nobis, quam agnoscimus & sentimus, veluti optimè advertit S. Gregorius cap. cit.

Secundò,

Secundò, consistit in eo, quod Veritas nostra sit simplex, candida, & juramento minimè confirmata, nisi necessitas id postularet, aut gloria Dei, vel bonum
Matth.c.5. proximi: *Sit sermo vester; est, est; non, non:* Sanctoris nostri consilium est. Cujus etiam reddit rationem, dicens: *Quod his abundantius est, à malo est.* Malum est, & peccatum, inquit, intelligens id de juramento absque necessitate.

Tertiò, consistit in eo, quod magno Veritatis Zelo præditi simus, non solùm in rebus magni momenti, verùm etiam minimis. Hunc in finem, ut notat S. Cyrillus, Sacri Evangelistæ in conscribendo
Ioan. c.4. Historiam Evangelicam utebantur hac particula
& cap.19. (*quasi*) veluti habetur in S. Joanne: *Erat hora*
S. Cyrillus. (*quasi*) *sexta. Horam non sextam, sed quasi sextam fuisse, scribit Evangelista: ut etiam nos discamus, vel in minimis non parvam Veritatis curam habere.*

Quartò, variis modis hanc virtutem veracitatis in praxin redigere debemus. Primò, in corde, tenendo de nobis ipsis id, quod sumus, quodque Humilitatis fundamentum est. Secundò, ore, ita loquendo, uti fert judicium. Tertiò, opere, exercendo actiones cum perfectione vitæ. Quartò, promissione, observando, & adimplendo id quod promittitur: *Quod est opus bonum, aliàs non videtur*
q.113.art.1. *possibile fieri à promittente.* Et quemadmodum proprium est Veritati *verum dicere*; ita proprium est Fidei, seu Fidelitati, *dictum verificare.*

Denique virtutis hujus exercitio proderit contra communicatio cum Deo, qui *est Prima Veritas per essentiam.* Etenim ex modo, quo Deus nobiscum agit, qui est veracissimus, simplicissimus & remotissimus ab omni simulatione & duplicitate, accipimus exemplum modi, quo cum proximis nostris agere & conversari debeamus.

CAP.

CAP. X.

De Virtute Affabilitatis.

Affabilitas *est delectabilis conversatio*, ad quam obligati sumus *ex debito socialis vitæ, quia homo animal sociale.* Unusquisque igitur ita se gerere debet in conversatione humana; ut proximo se reddat verum, amabilem & delectabilem: quia, secundùm Philosophum: *Nemo potest per diem morari cum tristi, cum non delectabili.* Ergò obligati sumus *ex debito naturæ; alii delectabiliter convivere: nisi propter aliquam causam necesse sit aliquando alios utiliter contristare.* Hæc virtus Affabilitatis secernitur à virtute amicitiæ: quia hæc *delectabiliter convivit ex debito amicitiæ*; Affabilitas *ex debito socialis vitæ*, esto non esset amicitia. 2.2.q.114. Eth. c.1. art.2.

Distinguitur etiam hæc virtus Affabilitatis ab Eutrapeliâ: quia Affabilitas *est conversatio proximo tam in rebus seriis*; sed Eutrapelia *in jocis & in rebus ludicris*, & honestæ recreationis, *secundùm rectam rationem.*

2. Neque desunt huic virtuti actus, qui exerceri debent. Primus & principalis est, non afficere tristitiâ proximum, oppugnando, & contradicendo rationibus ejus. Secundus est, placere eidem, & consentire in ea, quæ ipse sentit *in bono*: *in malo* namque esset adulatio. Tertius delectare & recreare proximum, jocando cum: primò, ut ipsum consoletur, *ne in tribulationibus deficiat*: secundò, *ut in bono proficiat.* Hi actus debentur proximo *ex debito virtutis, & ideò non propter lucrum principaliter.* Quemadmodùm, ut aliquis dicat verum, & sit verax, observandum est *ex debito honestatis.* q.115.a.1. Cajet. q.155 a.1.

3. Effectus hujus virtutis, secundùm Aristotelem, est conservatio convictus humani & politicæ conversationis: etenim sine mutuâ Affabilitate & Beneplacentiâ vita longo tempore durare non posset.

q. 116. 4. Vitia contraria huic Virtuti sunt *Litigium per defectum, & Adulatio per excessum.* Utrumque est vitium contrarium Affabilitati: at minus est secundum, juxta Cajetanum, quàm primum: *Minus malum excedere in placendo* (veluti facit Adulator) *quam excedere in contristando* (uti facit litigiosus) juxta regulam Philosophi: *quia declinandum est in vitium similius virtuti.* Et Adulatio virtuti Affabilitatis similior est Litigio. Verùm advertendum est, quod, ut litigare & contradicere formaliter opponatur virtuti Affabilitatis, necesse est, ut fiat *ex intentione contristandi proximum*: quia si fiat *ex complexione, malitia vel ex passione*, non censebitur propterea quispiam litigiosus formaliter; sed solum materialiter. Quomodò detrahere non *ex intentione detrahendi*, sed *quâdam loquacitate*, non constituit maledicentem formaliter Detractorem; sed solùm materialiter.

Ethic. 2.

Cajet. q. 116. a. 1.

5. Ratione boni modi exercendi hanc virtutem primò valde nobis advertendum est, ne proximum nostrum ullâ afficiamus tristitiâ, sive verbis, sive factis: quia hoc ipso, quo contristatur proximus, contristatur etiam Deus, juxta illud dictum Apostoli: *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei.* Ut enim exponit S. Thomas: *Spiritus sanctus dicitur contristari quando contristatur ille, in quo est Spiritus sanctus.* Secundò cor nostrum charitate & benevolentia erga proximum instructum conservare debemus, amando eum, ut proximum nostrum, & filium Dei (nam eclesiastica & benignitate cordis dependet etiam suavitas, dulcedo & benignitas sermonis) placidè & affabiliter agendo & conversando cum proximo, secundùm consilium Spiritus sancti: *Congregationi pauperum affabilem te facito*: vel ut alij legunt, *amabilem, aut amabilem te facito.*

Ephes. 5.

Cat. D. Th.

Eccles. 4.

Tertiò fugiendus est spiritus contradictionis, qui nos exstimulat ad contradicendum in omnibus rebus quibusvis dictis nostri proximi: etenim contradictio est mater tristitiæ & discordiæ: sed semper in bono cum eo consentire & concordare debemus.

Ultim

Ultimò procurandum est, ne Affabilitas solùm fiat propter motivum naturale; sed elevet se ad finem supernaturalem: delectando & recreando proximum cum gaudio & delectatione spirituali in Deo, & propter Deum.

CAP. XI.

De Virtute Liberalitatis.

PRoprium hujus virtutis officium est, moderari æstimationi, & affectui, atque proinde usui pecuniarum, rerumque omnium pecunia æstimabilium: 2.2. q.117. art.1 2.3. ut neque sit superfluus, nec deficiens usus; sed quantum conveniens est rectæ rationi. Quia, ut docet D. Thomas, *Bona exteriora habent rationem utilium ad finem.* q.118.a.1. Ergò æstimatio, affectus, ususque pecuniarum regulandus ac mensurandus est à necessitate, aut conditionem proprij status; & proprium hujus virtutis objectum erit æstimatio, affectus, ususque moderatus pecuniæ, distribuendo & exponendo eam liberaliter & promptè, quandocunque recta ratio id postulaverit, idque non propter paupertatem, amicitiã, aut ratione beneficiorum præstitorum (hæc namque motiva ad alias pertinent virtutes, nempe ad Misericordiam, Amicitiam, & Gratitudinem) sed propter motivũ convenientiæ convictus humani.

2. Principalis actus Liberalitatis est amor moderatus earum: sicut è contrario principalis actus Avaritiæ est inordinatus earum amor. Quapropter à D. Thomâ Avaritia appellatur vitium non carnale, sed spirituale: quia consistit in superfluo affectu ad pecunias: *Et circa objectum corporale, quod est pecunia, non quærit delectationem corporalem, sed solùm animam: prout scilicet homo in hoc delectatur, quod divitias possidet.* q.118.a.6.

3. Liberalitati duo opponuntur vitia: *Avaritia per excessum*, quia est *immoderatus amor habendi* plus, quàm requirit, & postulat proprius status.

Prodigalitas *per defectum* : quia est *defectivus* [illegible] minùs amando vitæ necessaria, quàm conveniens [illegible] Verùm si considerentur hæc duo vitia in ordine [illegible] sum ; ex parte Prodigalitatis deprehenditur [illegible] quia *excedit in dando* ; & ex parte Avaritiæ deprehenditur defectus, quia *deficit in dando* : Prodigus *excedit in dando*, quia *dat quibus non oportet* (ludionibus, nugigerulis, & sannionibus) & plus quàm *oportet*, in rebus frivolis magnas faciendo expensas. Præterea si considerentur hæc duo vitia in ordine ad culpam, minus peccatum est Prodigalitas, quàm Avaritia, teste & duce D. Thoma, qui hujus assertionis tres adducit rationes. Prima est ; *Quia Avaritia magis differt à virtute oppositâ : magis enim ad liberalitatem pertinet dare, in quo superabundat Prodigus, quàm accipere vel retinere, in quo superabundat Avarus.* Secunda : *Quia Prodigus est multis utilis, quibus dat ; Avarus autem nulli, sed nec sibiipsi, ut dicitur.* Tertia : *Quia Prodigalitas est facilè sanabilis, accedente senectute vel egestate :* non ita Avaritia, quæ potiùs iisdem cum accedentibus accrescit.

q.119.a.3.

4. Quantum ad bonum usum & præmium virtutis hujus, magnus illi deferendus est affectus. Primò quia similes nos efficit Deo, *Qui est maximè liberalis cum det omnibus affluenter.* Quamvis ea, quæ sunt in Deo, Liberalitas, non sit in eo moderandæ & gubernandæ passionis ergò, velut in nobis est, sed perfectionem quendam affectum dandi promptè, copiosè, gratioseque, absque retributionis respectu ; ita nostra convenit naturæ suæ beneficæ, & infinitè communicativæ suipsius.

S. Antonin. cap 17. §. 3.

S. Anton. c. 17. q. 116. a. 1. ad 3.

Secundò Hæc virtus *non attenditur in quantitate dati, sed in affectu dantis* : non consistit in dono, sed in modo donandi magno cum amore, promptitudine & hilaritate. Qua de causa pauperes etiam possunt esse liberales. Unde S. Ambrosius : *Affectus divitem meliorem, aut pauperem facit, & pretium rebus imponit.* Et hæc doctrina ita observanda est in praxi, ut, quando donatur aliquid alteri, & donum est exigui pretii & valoris, affectus, quo illud datur, sit magnus : præsertim

In 1. de offic.

respectu

...ctu Dei, quemadmodum fecit Vidua illa Evangelica ...ens duo minuta.

Tertiò. In exercendis Liberalitatis actibus, ut sint ...ujus virtutis actus, motivum non debet esse amor ...mi duntaxat, qui est actus Charitatis; sed etiam ...moderatus pecuniæ, ut, videlicet eam ames *ad ra-...bilem usum*, sicut conditioni propriæ personæ hu-...æ & beneficæ convenit.

Quartò. Ad virtutem Liberalitatis magis spectat da-...quàm sibiipsi. Quia consistit in rationabili usu ...æ, *& usus pecuniæ est in emissione: emissio autem ...rei, quantò fit ad aliquid distantius; tantò ...virtute procedit: ut patet in iis, quæ proii-...tur.* q.117 a.4. S. Anton. c.17. §.1.

...nique. Debemus esse semoti ab omni affectu Ava-... Primò, quia desiderium habendi sine mensurâ, ...infinitum non eximitur à peccato: siquidem, ...divitiæ sint media, mensurandæ sunt à fine necessi-...propriæ & proximi: quapropter, ut docet Phi-...: *Liberalis non est recipere ad seipsum, scilicet ...finitè, & sine fine.* Secundò, non tantum inordi-...affectum divitiarum, sed etiam cujusvis alterius ...rrenæ & creatæ abhorrere debemus. Quia *nomen ...ritiæ ampliatur ad omnem immoderatum appetitum ...ndi quamcunque rem*: juxta ea, quæ docet S. Gre...us, dicens: *Avaritia est non solùm pecuniæ; sed ...scientiæ & altitudinis, cùm supra debitum modum ...itas ambitur.* Ethic. c. 4. q.118.a.2. in corp. S. Greg. Hom. 6. in Evang.

Tertiò. In locum Avaritiæ temporalis & malæ suc-...re debet Avaritia spiritualis & bona, à Deo valdè ...mendata: quæ est desiderium bonorum spiritua-...um, Gratiæ & Gloriæ: *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non defi-cientem in cœlis.*

CAP. XII.

De Virtute Fortitudinis.

S.2.q.123. 1. HÆc est virtus moderativa quarundam passionum animæ, ut sunt Timor, Audacia, & Tristitia. Duæ primæ passiones regulantur, quando malum, quod timetur, absens est: ultima regulatur, quando malum est præsens. Et tametsi omni virtuti competat *fortiter operari*, *id est*, *firmiter*, & *immobiliter*; distinguitur nihilominus hæc virtus ab aliis in hoc: quod id, quod cæteris virtutibus est circumstantia, huic virtuti est objectum: cum Fortitudo inclinet ad operandum *fortiter*, *ex affectu & amore ipsius Fortitudinis*. Quod si enim aliud interveniret motivum, exempli gratiâ, si quispiam fortis esset, fortiterque ageret in periculis mortis propter amorem Patriæ: esset actus Justitiæ tantùm: si propter veritatem Fidei, aut propter gloriam Dei esset actus pariter Fidei & Charitatis. Ratio hujus veritatis est, quia juxta rectam rationem competit statui & conditioni cujusvis hominis fortis, ut non sit, neque nimis timidus, neque nimis audax, neque in occasionibus patiendi eidem occurrentibus nimiùm contristetur; sed quantùm secundùm rectam rationem judicatur esse conveniens: & hoc est objectum materiale hujus virtutis. Formale ergo inde est *ex affectu & motivo Fortitudinis*: enimverò, si quis operetur fortiter *ex affectu vanæ gloriæ vel audaciæ*; non est virtus Fortitudinis; sed vitium Temeritatis, ut constat in provocantibus se ad duellum.

q.6. 2. Tres sunt actus principales virtutis hujus. Primus est, *Firmare voluntatem in bono rationis, contra omnia mala imminentia. Et si contra maximum malum*

est mors ; dicitur fortis simpliciter : si firma-
contra minora mala ; dicitur fortis secundum
Secundus actus est , *Sustinere mala immi-*
. Tertius est, *Aggredi.* Secundùm S. Tho-
, sustinere & tolerare malum est principalior
Fortitudinis ; quam illud prævenire & impe-
quia est actus difficilior , in quantum persona
patitur & mala præsentia , & diuturniori tem-

Verùm inter omnes actus enumeratos Fortitudinis,
principalissimus est actus Martyrij : *& est Fortitu-* q 114.a.2.
, ut elicientis : Charitatis , ut imperantis. Ubi
dum est, quod , quamvis Martyrium , quò ad
mortis passionem , & quò ad moderatio-
affectuum internorum , Timoris , & Tristitiæ,
procederet *ex affectu Fortitudinis* ; sed *ex affectu*
virtutum , v. g. Fidei , ut attestaretur,
ceretvè aliquam veritatem revelatam , quod sit
endum propter Fidem , vel propter aliam quan-
virtutem à Fide nobis traditam : aut procederet
affectu Charitatis, v. g. si quis moreretur, ut pla-
Deo , & propter Amorem Dei : vel procederet
affectu Obedientiæ, v. g. si moreretur, ut adim-
præceptum Dei : tametsi, inquàm , deesset
virtutis Fortitudinis , nihilominùs hi actus
appellarentur actus Fortitudinis : quia essent in ma-
Fortitudinis , quæ consistit in tolerantiâ & pas-
Mortis.

3. Causa hujus virtutis est consideratio. Etenim hac 1.2.q.17.
mediante appetitus superior regulat inferiorem , a 7.
considerando , quanta bona in se comprehendat pati
& mori propter gloriam Dei , & ad quinque redu-
cuntur capita : primò , ut perficiat voluntatem Dei ;
secundò, propter exemplum Christi : tertiò , propter
præmium : quartò, propter amorem virtutis : quin-
, ut fugiat periculum offensæ Divinæ , aliarum-
que miseriarum hujus vitæ. Ultra considerationem
intellectus , debemus etenim divertere , quantùm
fieri potest , imaginationem ab apprehensione mali
præsentis.

4. Ut bonus virtutis hujus habeatur usus, Fortitudo acquiratur in periculis, & ne plùs, quàm par est, timeatur mors, regulandus & rectificandus est Amor, à quo Timor dependet. Quia ut docet Doctor Angelicus: *Timor inordinatus ex Amore inordinato: & nihil timetur, nisi sit contrarium ei, quod amatur.* Timetur malum corporis, quia amatur corpus, & plus timetur damnum corporis, quàm damnum animæ, quia amore inordinato plùs amatur corpus, quàm anima. Igitur, si desideres Timorem tuum esse regulatum; regula & rectifica quoque Amorem tuum, non amando teipsum, nisi isto cum ordine, quem recta ratio, & sancta Fides docet, nempè, in Deo, & propter Deum. Ulteriùs, quia malum per se non est appetibile, nisi in quantum est causa alicujus boni; ut eximiâ cum Fortitudine mala, quæ nos affligunt, sustineamus, attentè consideremus bonum, & præmium æternæ Gloriæ, ex hujusmodi passionibus proveniens. Hoc modo faciebant Sancti Martyres, qui, ut notat Angelicus, *Sustinebant persecutiones propter summum bonum*: juxta doctrinam Aristotelis: *Fortitudo est virtus tolerativa, gratia boni.* Quam ob causam consideratio præmij, & exempli Passionis CHRISTI optimi medium est, ut diximus, ad bonum usum virtutis Fortitudinis. Hoc idem medium consulit Oraculum Divinum in Isaiâ: *In silentio & spe erit Fortitudo vestra.* Fortes patientesque eritis in sustinendis doloribus & tormentis, nihilque ulla querela; quotiescunque æternæ retributionis spem habueritis.

S. Thom.

q. 123. a. 5.

Isa. c. 30.

Denique, propter hanc virtutem magis, quàm propter reliquas, continuo orationis exercitio nobis incumbendum est, ac petenda Fortitudo in passione, si non cum gaudio & lætitiâ, ad minus cum patientia: ac dicendum Deo: *Auge dolorem, auge & patientiam.*

S. Aug.

CAP.

CAP. XIII.

De Virtute Magnanimitatis.

MAgnanimitas est virtus inclinans ad magna in omni genere virtutum. Ideò, secundùm Aristotelem, *Magnanimitas est omnium virtutum ornamentum, quia earum actiones illustriores facit.* 2.2.q.129. Ethic. c.4

Unde idem Aristoteles Magnanimum definit, dicens: *Magnanimus est magnitudine extensus, quia tendit ad magna, quærit excellentiam in omnibus.* In omnibus rebus aspirat ad summum, juxta rectam rationem.

1. Objectum hujus virtutis est *opus, ut magnum*: hoc, nempè, virtuosa, in quantum est magna & ardua. Humilitas respicit actionem, in quantum est humilis: sed Magnanimitas respicit eandem, in quantum est magna & egregia in genere Humilitatis. Atque hoc idem, quod respectu Humilitatis aliarumque virtutum est modus vel conditio operis & actionis, in ordine ad Magnanimitatem est objectum. Ex hoc etiam quorundam solvitur dubium asserentium, quod Magnanimitas non videatur esse virtus ab aliis distincta; sed sit *qualibet virtus in gradu maximo & perfecto*: etenim hæc virtus proprio gaudet objecto, ab objectis cæterarum virtutum distincto, uti jam dictum est.

2. Actus Magnanimitatis hi sunt: primò, Magnanimus respicit rerum veritatem, & non apparentiam: unde Aristoteles: *Magnanimus magis curat veritatem, quam opiniones.* Propterea flocci facit honorem mundanum; è contra verò magni pendit honorem virtutis: amat bona cœlestia, & spernit terrena. 4. Ethic

Secundò. Non timet contemptus & despectus humanos, eò quod non æstimet illos.

Tertiò. Non demiratur pompam & gloriam humanam, quia non magni facit eandem.

Quarto. Injurias tradit oblivioni, & beneficia recepta majoribus compensat beneficiis.

Quintò. Pluris æstimat bonum rationis, quàm quodcunque aliud bonum corporale: quia *Nullum bonum corporale æquivalet bono Rationis.* Quapropter, propter nullum malum corporale, tametsi mortale, recedit à recta regula Rationis; sed *firmat voluntatem in bono Rationis contra omnia mala, etiam maxima, corporalia.*

q. 123. a. 4.

Denique. Magnanimus aggreditur magna, quæ proprias excedunt vires naturales; at non vires Gratiæ à Deo ipsi communicatas.

Præterea, ad Magnanimum spectat: *Non fugere commonentem: non facere injusta: non esse plateum.* Non in quantum hi sunt actus Prudentiæ, Justitiæ, Scientiæ: sed in quantum sunt actus propriæ virtutis Magnanimitatis: eos namque respicit *secundùm speciale rationem, in quantum sunt contrarij Excellentiæ, vel Magnitudini.*

Arist. Eth. c. 4. q. 129. a. 4.

4. Causa hujus virtutis est consideratio propriæ excellentiæ & donorum sibi concessorum à Deo, propter quæ Magnanimus honore dignum se æstimat. Quemadmodùm causa Humilitatis est consideratio propriæ nihili & defectuum, propter quos persona digna se existimat contemptu & despectu.

Effectus Magnanimitatis est elevare hominem ad fastum quendam sui comparatione superiorem: dum propria egreditur modicitate, & subintrat Dei Majestatem & Magnificentiam.

5. Pro notitia recti usus, bonique modi exercendi hanc virtutem, advertendum est, nullum posse esse verè Magnanimum, nisi simul cum virtute Magnanimitatis conjungat vitæ sanctitatem: quia cum non possit esse Magnanimus in seipso, debet esse Magnanimus in Deo: & dùm confidit in viribus & potentia Dei, aggreditur magna. Hic igitur sit principalis modus benè exercendi hanc virtutem, ut nimirum quæ-

...tum fieri poteſt, quis procuret continuam præ-...iam & unionem cum Deo. Hanc veritatem ipſe ...m agnovit Ariſtoteles, qui docet, quod homo ...n debeat operari tanquàm homo, & tanquàm mor-...lis; ſed ut immortalis, & Divinus, propter conti-...am, quam habere debet, rerum Divinarum con-...plationem. Neque ſublimitas hujus virtutis con-...ria eſt ſubmiſſioni ſeu abjectioni Humilitatis: enim-...ò Magnanimus oculos ſemper apertos habeat, ...eſſe eſt: oculo dextro Magnanimitatis contem-...lans dona Dei, in iisque confidens: & ſiniſtro Hu-...litatis oculo proprios contemplans defectus, diffi-...ens de ſeipſo. *Ethic. l. 1. c. 7.*

Cum virtute Magnanimitatis ſimul exercere debe-...mus virtutem Æquanimitatis: quia, dum virtute ...agnanimitatis vera appetimus bona, nempè, ...eſtia & æterna, interveniente concurſu æquani-...itatis non turbamur in quocunque caſu, ſive pro-...pero, ſive adverſo, qui in hac vita occurrere poſſit, ...gò per concurſum hujus virtutis ſemper operari ...emus, non ſolùm *magna*, *ſed etiam magnaliter*. ...imò, *ex fine*, operando *ex ſumma gloria* DEI. ...undò, *ex objecto*, intensè operando *ſecundùm re-...am rationem*.

CAP. XIV.

De Virtute Magnificentiæ.

INclinat hæc virtus ad conficienda & fabricanda, quò ad externum, magna & magnifica, & in quan-...tate, & in valore, juxta finem & conditionem per-...onæ: veluti magna ædificia, ſumptuoſa templa ...ropter cultum & gloriam Dei. Unde differt hæc ...irtus à Magnanimitate: hæc enim *reſpicit ma-...gnum in omni genere virtutis*: Magnificentia *re-...ſpicit magnum in genere factibilis ſecundùm artem*. *q. 134.*

Et

Et differt quoque à Liberalitate : quia hæc est circa *usum pecuniæ, ut convenientem* : Magnificentia circa
a. 3. & 4. *usum pecuniæ, ut habet rationem magni & ardui*, id est facienda magna & magnifica. Quare virtus Magnificentiæ reducitur ad virtutem Fortitudinis : utrumque enim respicit, *quod est arduum* ; sed Fortitudo respicit *arduum circa sumptus*

art 2. ad 3. Eth. 4. Præterea, sicut Magnificentia *intendit magnum opus facere* ; ita *ob magnum finem*, qui est honor & gloria Dei. Unde, secundùm Philosophum : *Honorabiles sumptus sunt maximè, qui pertinent ad Divina sacrificia.* Proptereà hæc virtus subordinatur virtuti Religionis, quia eundem respicit finem gloriæ Dei, & spectat ad Sanctitatem. *Magnificus in*

Exod. 25. Psal. 95. *Sanctitate. Sanctitas & Magnificentia in Sanctificatione ejus.*

2. Actus hujus virtutis sunt. Primò, Amor æternus perficiendi opera magnifica & heroica, tametsi in externo desit materia. Unde pauper potest quoque esse Magnificus in interno : Quia *Virtutes sibi*

Ex Seneca. *sufficiunt, nec ex necessitate indigent exteriori supellectili.* Secundò, facere opera externa magna & magnifica. Tertiò facere quoque magnos sumptus, multasque distribuere & exponere pecunias, tali operi necessarias. Quartò, moderari amori pecuniæ, ne impediat executionem operum magnificorum magnis expensis & sumptibus erigendorum. Quintò, distribuere

Ibid. ad 2. a. 4. ad 3. dona magni pensi & pretij : *non sub ratione doni ; sed sub ratione sumptus ordinati ad aliquid faciendum.* Sextò, *ordinare usum artis ad aliquod magnum* : ut ars proportionetur habitui virtutis. & Magnificentiæ. Septimò, *Uti ratione in attendendo proportionem sumptus ad opus*, ne magni sumptus & expensæ fiant propter res frivolas.

3. Quantùm attinet ad modum, quo hæc virtus reducenda est ad praxin, sciendum hanc virtutem Magnificentiæ exercendam esse in ordine ad finem virtutis Religionis, videlicet, in rebus ad cultum Dei spectantibus. Quod ipse etiam agnovit Aristoteles in suis Ethicis hoc posteritati relinquens scriptum:

Magna-

Magnificus libenter expendit in his, quæ sunt ad Deum. Eth 4. Ratio supra allegata est: quia Magnificus respicit magnum & summum, tàm in expensis & sumptibus, quam in rebus, pro quibus fiunt expensæ: nec quidquam reperitur majus eo, quod pertinet ad obsequium & reverentiam Deo debitam. Magnificentiâ igitur ultimatè debes respicere Deum, & esse promptus paratusque occurrentibus occasionibus ad magnos perficiendos sumptus & expensas: non propter jactantiam, vel vanam gloriam, aut proprium commodum; sed propter gloriam Dei, & ad nostram excitandam devotionem ad obsequium & cultum Deo debitum, in quantum cultus exterior est medium ad excitandum interiorem ad eundem finem gloriæ Dei.

4. Alia insuper species quædam Magnificentiæ à nobis exercenda est, à Cajetano nominata *Eminentia*, quâ mediante, non pretio pecuniarum; sed valore nostrorum bonorum operum in Divinâ Gratiâ fundatorum ædificamus Templum Gloriæ. Et hæc Magnificentia fuit in Christo, juxta eundem Doctorem, *Quando pretio sui Sanguinis & pœnarum* ædificavit & constituxit Templum Ecclesiæ, Militantis simul & Triumphantis. q. 134. a. 1.

CAP. XV.

De Virtute Patientiæ.

1. PAtientia est *æquanimis tolerantia malorum, sine perturbatione Tristitiæ.* Distinguitur à virtute Fortitudinis: hæc enim est *circa maximum malum, quod est malum mortis*: Patientia est *circa minora mala*: quamvis *ex imperio Fortitudinis* possit etiam se extendere *ad maximum malum mortis.* Et licet sit virtus moralis, attamen supernaturalis est, veluti sunt q. 136. a. 4.

aliæ

aliæ virtutes *ex imperio Charitatis*, juxta Apostoli dictum: *Charitas patiens est.* Charitas namque inclinat Patientiam ad sufferenda mala temporalia, *propter bonum æternum*, & præterea *propter vitandum malum culpæ, & malum pœnæ æternum.* Ratio, secundùm S. Thomam, est, quia *malum non est per se appetibile, nisi propter bonum, quod sequitur ex malo.* Unde Augustinus: *Non patimur contristabile, nisi propter delectabile: unde non propter se, sed propter finem.*

Cor. 4.

2. Materia proxima hujus virtutis est passio Tristitiæ: quia *est virtus moderativa Tristitiæ*: materia remota est actio externa, & moderata corporis compositio.

Motivum & finis *est honestas virtutis, vel bonitas actus Patientiæ* (in quantum conformis est suo habitui) *& Beatitudo æterna.* Unde, quando nonnulli sustinent malum, *ut malè faciant; non est miranda in illis Patientia, quæ nulla est; sed miranda duritia.* Siquidem illi propriè patientes sunt & dicuntur, secundùm S. Augustinum, *qui malunt mala ferre, quàm committere.*

S. Aug.

3. Hæc virtus cum actibus suis, primò moderatur Tristitiæ. Secundò, hominem facit æquanimem. Tertiò, inclinat ad bonum. Quartò, confirmat in bono. Actus Patientiæ triplex esse potest. Primò, sine murmurationē. Secundò, sine lamentis & querelis. Tertiò, cum lætitiâ & gaudio. Et hic ultimus est perfectissimus, secundùm S. Apostolum Jacobum: *Omne gaudium existimate, fratres, cùm in varias tentationes incideritis.*

2. 2. Cajet.

Iacob. 1.

4. Vitia contraria huic virtuti sunt: *per excessum* Impatientia: *per defectum* Insensibilitas, quæ non pertinet ad virtutem; sed potius ad stoliditatem æternæ. Signum & argumentum Impatientiæ, secundùm Albertum, est, quando propter molestiam exteriorem ambitur, interior animæ concentus, & operatio bona, quæ secundùm debitum legis, aut virtutis possunt ac debent fieri, relinquuntur.

Parad. animæ c. 4.

§. Pro intelligentia boni usus & praxis hujus virtutis adeò necessariæ advertendum, quâ ratione Tristitiâ, quæ ex passione alicujus rei adversæ, generatur, sit passio quædam spiritui valdè nociva: etenim solet esse causa & origo plurium defectuum & peccatorum, veluti desperationis, blasphemiarum, vindictarum, querelarum, lamentorum, murmurationum: unde magni æstimanda est Patientia, cujus officium est regere & refrenare hanc passionem, ne militet adversus rationem, & non sit causa, ut, quod est irrationabile, & inconveniens, faciamus. Quapropter, secundùm S. Antoninum, officium hujus virtutis est, armare patientem, *inexpugnabiliter*, contra omnes & quoscunque inimicos: suffragante namque Patientiâ *cor mansuescit sub Deo* (ne moveatur ad iracundiam & vindictam) *lingua retrahitur à contumeliâ & murmuratione: manus à percussione: oculus à torvis aspectibus: pedes à gressibus iniquis.* *Tit. 3. c. 1.*

Verùm, ut hæc virtus præfatos sortiatur effectus, adjuvari debet, juxta S. Thomam, à quatuor considerationibus principalis. Prima est consideratio exempli Patientiæ CHRISTI. *Per Patientiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in Auctorem Fidei, & consummatorem IESVM, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, confusione contemptâ. Recogitate eum, qui talem sustinuit adversus semetipsum contradictionem: ut ne fatigemini, animis vestris deficientes.* Et: CHRISTO *passo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini.* Hæc consideratio, ut notant & advertunt Doctores sacri, efficax est, non ad tollendam duntaxat animæ Tristitiam; verùm etiam ad instillandam cordi lætitiam & gaudium spirituale. *De Regi. Princ. li. 7. c. 2.* *Hebr. 12.* *S. Pet. 1. 4.* *S. Ant.* *S. Bona.*

Secunda consideratio sit, tribulationem esse signum prædestinatorum, & verorum amicorum filiorumque Dei. *Cum ipso sum in tribulatione. Si extra disciplinam ejus, non filij estis.* *Psal 90.* *Hebr. 12.*

Tertia

Tertia est consideratio bonorum Gratiæ, quæ assequimur mediis tribulationibus & Patientia. Quam ob causam Patientia vocatur *Radix, & Cultus omnium virtutum*: licet non *directe*; *sed indirecte removendo prohibens.*

Quarta est consideratio æterni præmij, quod per Patientiam acquiritur. Quia, ut notat optime S. Gregorius: *Consideratio præmij minuit vim flagelli.* Et *Stephanus* (ut advertit S. Antoninus) *nanus inter ictus lapidum vidit cœlos apertos.* Ideoque docet S. Thomas, quomodò Patientia, in quantum est specialis virtus, sit virtus gratuita ac supernaturalis, non politica: quia finis & motivum suum est Vita æterna: *Est tolerantia mali temporalis propter bonum æternum.* Unde propter imperium Charitatis finis ejus est supernaturalis, nimirum, summum bonum: & propterea dicitur de Charitate: *Charitas patiens est*, non causando; sed ordinando & imperando actum.

S. Greg. S. Anton. 1. Cor. 4.

Quatuor hisce considerationibus subjungi potest quinta, memoria, videlicet, æternarum pœnarum Inferni. Audi S. Augustinum: *Quis non bibet tribulationis poculum, metuens ignem gehennalem?* Sicuti, *Quis non contemnet dulcedinem sæculi, inhians bonis vitæ æternæ?*

S. Aug.

Ad fugiendum insuper vitium Patientiæ oppositum, multùm confert consideratio, quanta, nempe, sint mala & damna Impatientiæ. Hæc tollit meritum, auget dolorem, incitat ac pellicit hominem ad omnia peccatorum genera, ad odium, maledicentiam, murmurationem, &c. Unde egregiè dixit Tertullianus: *Vt compendio dictum sit: Omne peccatum Impatientiæ asscribendum. Malum Impatientia est boni.*

Tertull.

Aliam quandam hujus virtutis praxin docuit Apostolus scribens Corinthiis: *In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa Patientia.* Unde, secundùm S. Antoninum, dicitur primò *In omnibus*, quia Patientia debet esse universalis respectu cujus

2. Cor. c. 6. Tit. 3. c. 7.

[illegible]scunque tribulationis & passionis : in famâ : in [illegible]sonâ : in substantiâ seu divitiis ; in amicis : in pa[illegible]ntibus, & *universaliter*, *in omnibus adversis*, non [illegible]ticularis, restringendo se ad tolerandam unicam [illegible]taxat passionis speciem, v. g. in divitiis vel pe[illegible]tiis ; at non in honore & similibus. Secundò, [illegible]*metipsos*, quia debet esse realis & non verbalis : [illegible], ut nosmetipsi lubenter patiamur, & non tantùm [illegible] ad patientiam & tolerantiam passionum & exhor[illegible]. Tertiò, *ut Dei ministros*, etenim debet esse [illegible]ualis, non temporalis : ut patiamur propter Deum, [illegible] non propter Mundum. Quartò, *in maliâ Patien[illegible]*, quia debet esse Patientia finalis, non unius aut [illegible]rum annorum ; sed per totam vitam ad mortem [illegible] durare & perseverare debet : *Qui sustinuerit* [illegible] *in finem* (*scilicet patienter ferendo adversa*) *hic* [illegible] *erit.* Matt. c. 10.

Denique, optimus est modus hanc exercendi vir[illegible]tem, qui eruitur ex figurâ aut hieroglyphico Pa[illegible]tiæ. Depingitur quædam Mulier, manu sinistra [illegible] facem ardentem, cujus liquefactæ ceræ gut[illegible] in brachium dextrum defluere curat. Veste alba [illegible]candida induta est : agnum gerens in brachio, in ore [illegible]ulam, facie decora : præterea crucem pectori, & [illegible]bus alas habet appositas. Hæ sunt conditiones [illegible] Patientiæ. Debet esse instructa innocentia vitæ, [illegible]uetudine, silentio & lætitia : semper spectans [illegible] contemplans exemplum Crucifixi, & vitæ futuræ [illegible]mium.

CAP. XVI.

De Virtute Perseverantiæ.

PErseveaantia *est persistentia in operibus virtuosis usque ad finem.* Est virtus quædam particularis, [illegible]mans ad supportandam difficultatem, quæ in quo[illegible]bet opere bono ex temporis diuturnitate generatur. q. 137. a. 1.

Unde, quemadmodùm proprium officium Temperantiæ est moderari appetitui delectabilis: & proprium officium Fortitudinis est moderari Timori in periculis mortis; ita proprium hujus virtutis munus est moderari & supportare tædium & fastidium, quod actione virtuosâ ex longitudine & diuturnitate temporis provenit. Quapropter, tanquàm virtus secundaria, reducitur ad Fortitudinem: nam, sicut hæc sustinet & sustinet difficultatem in periculis mortis; ita Perseverantia sustinet difficultatem, quæ ex duratione operis suboritur.

2. Materia & objectum proprium hujus virtutis *est opus ut diuturnum, in quolibet opere virtuoso.* Vel *opus, ut vile*, est objectum Humilitatis: *opus, ut præceptum*, objectum Obedientiæ: *ut magnum*, Magnanimitatis: *ut forte*, Fortitudinis.

3. Actus principales hujus virtutis sunt duo. Primus est, perseverare in eodem virtutis actu ad finem usque, conformiter convenit rectæ rationi, sine mutatione & variatione. Secundus est, superare fastidium & tædium ex diuturnitate temporis in tali actu proveniens.

4. Causa Perseverantiæ in operibus est animi Constantia, persistendo in eâdem opinione, secundùm rectam rationem. Unde à S. Bernardo appellatur Filia Constantiæ, Soror Patientiæ: *Constantiæ Filia, & Soror Patientiæ.*

Epist. 129.

Effectus, juxta eundem S. Doctorem, sunt, coronare & dare ultimam perfectionem operi, & esse causam meriti, & præmij. *Est virtutum corona, consummatio, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium.*

5. Perseverantia, ut suprà dictum est, duplex est: *usque ad finem operis, & usque ad finem vitæ.* Utraque omni diligentiâ & curâ exercenda est, & una effectualis alterius; quia ex vita virtuosè, aut cum perseverantia peracta sequitur etiam, ut quis benè, & in gratia Dei moriatur.

1. *Cor.* 9.

Modum perseverandi docet nos Apostolus: *Sic currite, ut comprehendatis.* Particula illa (*sic*) significat

Perseverantiam : *Sic currite, id est, perseve-* *Epist. 159.*
ter currite. Nam, ut optimè ait D. Bernardus :
prodest Christum sequi, si non contingat con-
? Et currite (subjungit Anselmus) *credendo,*
do, Amando, corpus affligendo, & benè ope-

Considera, quandò perficis opus aliquod virtuo-
, qua ratione in fine manu recipies palmam,
æterna cingetur corona in fine, in fine obti-
virtutis meritum, assequeris præmium & gau-

Neque contentus sis Perseverantia, virtute natu-
exerce quoque infusam, virtutem supernatu-
: perseverando ad finem operis usque, non
ex honestate virtutis; verùm etiam propter
Dei, propter voluntatem Dei, propter exem-
Christi.

CAP. XVII.

De Virtute Temperantiæ.

HÆc virtus *est moderatrix concupiscibilis circa* *q. 141.*
delectabile gustus & tactus. Refrenat & com-
affectum & appetitum interiorem delectatio-
circa objecta sensibilia ad tactum & gustum per-
: ne in horum usu homo transgrediatur rectæ
regulam, secundùm debitas circumstantias.
ectatio namque sensibilis, ut docet S. Thomas, se-
tum naturam suam non est contraria Rationi, imò
instrumentum ei ancillatur ad consequendum
finem; sed est ei contraria secundum ex-
, & *secundùm immoderantiam* : qui excessus,
contrarius, temperatur & refrenatur à Tem-
.

Et quemadmodùm virtus Fortitudinis principa- *loc. cit.*
firmat animum contra maxima terribilia; *se-*
, contra minora; ita virtus Temperantiæ

principaliter refrenat appetitum *à maximis delectationibus sensibilibus* (veluti sunt illæ, quæ sequuntur operationes naturales, spectantes ad conservationem naturæ, aut in individuo, quæ fit per cibum & potum, aut in specie, quæ fit per generationem) & secundariè refrenat quoque cæteras delectationes sensibiles, et adeò vehementes.

2. Materia, circa quam occupatur hæc virtus, duplex est: proxima & remota. Proxima est affectus internus amoris delectationis sensibilis. Remota est actus externa.

Finis, veluti in cæteris virtutibus, *est honestas virtutis* Regula Temperantiæ, secundùm S. Thomam, est necessitas & congruentia: videlicet, ut hisce bonis sensibilibus vitæ hujus utamur, quantùm necessarium est, & convenit proprio cujuslibet status. Hoc idem confirmat S. Augustinus, dicens: *Regula Temperantiæ est necessitas vitæ & officiorum*: quantùm sufficit ad vitam & operationes animæ & corporis, juxta cujuslibet statum.

S. Aug. lib. de morib. Eccl. c. 21.

3. Duo sunt virtutis hujus principales actus. Primus est, temperare appetitum interiorem delectabilis sensibilis. Secundus est, temperare & gubernare etiam actus exteriores, ut omnes debitâ cum convenientia & circumstantia fiant, juxta regulam Rationis & legis Dei.

4. Vitia contraria huic virtuti sunt: *Intemperantia, per excessum: & Insensibilitas, sive Stupor per defectum*; quandò ad declinandam fugiendamque cujuslibet generis delectationem, subtrahitur corpori id, quod eidem, secundùm rectam rationem, & necessarium.

5. Quantùm ad moderatum hujus virtutis usum & praxin, advertendum est, secundùm S. Augustinum, Temperantiam in cibo non esse exercendam cum metu passionis; sed cum dominio Rationis: *Non turpe cupiditate, sed altitudine mentis sumendus est cibus: quia non in quantitate & qualitate cibi; sed in cupiditate vitium est.* Hoc fit, quandò animæ subministratur sub cibo

loc. cit.

ius spiritualis, sancta quadam mediante considera-
one: etenim anima sapore spiritus pellecta nihil curat
dias oblectationem.

Et finis Temperantiæ non debet esse solùm finis na-
ralis salutis corporis; sed altior finis, nimirùm hone-
virtutis, & gloria Dei.

Præter Temperantiam exercenda quoque est virtus
bstinentiæ, subtrahendo sæpenumerò nobis partem
is necessarij, propter majus bonum spirituale animæ,
ut ipsa aptior magisque disposita fiat ad contempla-
onem rerum cœlestium.

Denique, optima regula est, quam & summopere *De prot. Reli. c.2.*
commendat S. Bonaventura, nimirùm, si, in regi-
ne & gubernatione proprij corporis, modum,
um Deus ter Opt. Max. totum hoc Universum
git & gubernat, imitemur. S. D. M. *nec deficit*
necessariis, nec abundat in superfluis, inquit S.
onaventura; ita nos habere debemus in guber-
atione nostri corporis, ut solùm ei subministre-
us, quod est necessarium ad vitæ sustentationem,
oresque subeundos: quia *corpus est propter ani-*
am, & anima propter DEVM. Eidem verò
egemus & subtrahamus totum id, quod est super-
um, quodque potiùs spectat ad sensualitatem,
am ad necessitatem.

CAP. XVIII.

De Virtute Continentiæ.

COntinentia est moderatio quædam, licet im- 2.2.q.155.
perfecta, passionum ad tactum pertinentium. a.1.
Habe, secundùm S. Thomam, ille est, & dicitur
Continens, *qui persistit in ratione rectâ, abstinens à*
concupiscentiis. Quapropter Continentia distinguitur
a Temperantiâ, & Castitate, *ut imperfectum à per-*

q. 4. *fecto, ut dispositio ab habitu.* Quia Temperantia mitas sub se continet passiones, & nonnisi valde patitur resistentiam; at Continentia eas nondum bet edomitas, tametsi illas edormare satagat, mentesque patiatur assultus & contradictiones. de causa Continentia absolutè dici nequit Tempe tia; sed *Temperantia* solùm *in fieri, vel secundum choationem*, nimirùm, Temperantia imperfecta nondùm ad suam perfectionem redacta est. Sic Continentia, esto non ita propriè, alias virtutes, adhuc sunt in suo principio, denominate potest. Continentia Iræ est Mansuetudo inchoata, seu piata: Continentia Timoris est Fortitudo inchoa Continentia Amoris pecuniæ est Liberalitas inchoa & idem dicendum est de aliis virtutibus in ordine suas passiones.

2. Materia propria hujus virtutis est passio bilis delectationis oppugnata, non expugnata: derata *cum pugna, non cum victoria.* Progre

Eth. l. 7. secundùm Aristotelem, *Continentia non est virtus, licet habeat aliquid virtutis, in quantum est principium laudabilium operum*: quia *dictamen rationis, & pugnat contra passiones*:

S. Tho. a. 1. *non attingit perfectam rationem virtutis mor in quantum subijcit appetitum sensitivum* Verùm dicet aliquis, Continentia est causa joris meriti, quia est cum majori pugna & gnantia: ergò non solùm est virtus, sed virtus, quàm sit Temperantia. Respondet

art. 4. ad 2. Thomas: majus meritum non provenire joribus passionibus; sed *ex vehementia & ex fortitudine Rationis*, qua illæ evincuntur perantur.

Cajet. a. 3. 3. Actus hujus virtutis sunt, Primò, bonum Rationis. Secundò, pugnare contra tum passionum: quia Continens *est in statu non in statu victoriæ: in statu perturbationis in statu quietis.* Tres sunt propriè virtutis galis actus: Sequi dictamen Rationis, &

ad regulatè passiones, ac denique eas perfectè do-
are & subiicere Rationi. Hic ultimus deest Con-
tinentiæ, & ideò etiam ei deest perfectio virtutis
moralis.

4. Modi fructuosè exercendi hanc virtutem sunt.
Primò, ut eam continuò, omnique cum instantia à
Deo postulemus. *Nemo* enim *est Continens, nisi Deus* *Sap. 8.*
dederit: nullus se continere & refrenare potest à de-
lectationibus & oblectamentis sensibilibus absque ope
& auxilio Divino.

Secundò, ut seriò diligenterque invigilemus ob-
jecto sensibili, à passione proposito: potiùs in eo consi-
derantes rationem mali culpæ & pœnæ, quod in se com-
plectitur, quàm rationem pauxilli boni apparentis, quo
allicit sensum.

Tertiò, ut gustemus Deum: quia anima Di-
vino satiata gaudio *calcabit favum* consulationum sen-
sibilium.

Quartò, considerandum est, quod, ut docet
Bernardus, suffragante & mediante Continentia,
perdimus consolationes carnis; *sed commuta-*
mus in meliores, quales sunt, consolationes spiri-
tuales.

Quintò, ponderandum cum Sancto Antonino, *S. Anton.*
in ratione Vanitas, Brevitas, Impuritas oblecta- *Tit. 4. c. 3.*
tionum sensus planè similes sint cuidam dulcedinis
puræ integro amaritudinis mari infusæ: è contra verò,
consolationes spirituales sint puræ, & sine ulla tristitiæ
admixtione.

Sextò, ut intelligamus, locum exilij, in quo con-
stituti sumus, non esse locum voluptatis & oblecta-
tionis, memores illius dicti D. Augustini: *Non*
enim Deus hominem de Paradiso, ut hic faceret alium
Paradisum.

Denique, optimum medium ad obtinendam Con-
tinentiæ perfectionem est exemplum Christi, qui
non elegit consolationem sed mortificationem car-
nis. Hic igitur utilior ac melior modus & medium
est: etenim Christus non decipit, non decipere potest.

Quamobrem omni sollicitudine ac fortitudine animi fugienda est quæcunque sensualis Incontinentia, &, ut loquitur S. Dionysius, intimo amplexu suscipienda Incontinentia spiritualis, consistens in vehementia Divini Amoris. Unde loquens de S. Paulo ait: *Per Incontinentiam Divini Amoris dixit: Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus.*

S. Tho. a. 2. S. Dionys. de Divin. nom.

CAP. XIX.

De Virtute Mansuetudinis & Clementiæ.

2. 2. q 157. Glos. in Matth c. 5. apud Suar.

1. HÆc est virtus refrenativa passionis Iræ & Vindictæ, eam subiiciens rationis regulæ. Vel dicamus cum Glossâ super Matthæum: *Mansuetudo est dulcedo animi, quam non vincit amaritudo*, & quæ ab amaritudine Iræ libera est. Potest etiam cum aliis definiri hoc modo: *Mansuetudo & animi tranquillitas, quæ nullâ incurrentium rerum tribulatione agitatur*: est pax quædam & tranquillitas animæ in omni eventu imperturbabilis.

2. Materia hujus virtutis est passio Iræ regulata & moderata secundùm dictamen Rationis, ne eidem sit contraria; sed, *ut instrumentum virtutis*, servet & juvet Rationem. Hac de causa Ira appellatur *Satellitium Rationis*, à naturâ datum, ut custodiat, defendatque Rationem. Et quemadmodum datur passio Amoris, ut prosequamur bonum; ita habemus passionem Iræ, ut fugiamus, & à nobis reiciamus malum. Unde Ira (veluti aliæ quoque passiones) non est per se mala; sed indifferens: & potest esse mala, *si dominatur ut Domina, antecedenter ad Rationem*: & esse bona, *si serviat ut Ancilla, consequenter ad Rationem.*

q. 159. a. 1.

3. Ira

3. Inter actus hujus virtutis primus est, regere & frenare motum internum Iræ, ut per amaritudinem hujus passionis *non amittatur dulcedo affectus*, ideoloquitur S. Thomas. Secundus est, moderari etiam externis motibus corporis: ne sint immoderati & incompositi. Tertius est, regulare etiam, secundum rectam rationem opus externum vindictæ (quando ab iis, ad quos spectat, exequendum est) quod correspondeat, sitque proportionatum culpæ. Quartus est, consultare, judicare, eligere absque ullâ specie Iræ. Unde Judices & Consultores debent esse, *ut lex mortua*, ab omni passionis turbatione liberi. *loco cit.* *q.158. a.1. & 8. Cajet.*

4. Virtus Mansuetudinis similis est virtuti Clementiæ: utraque enim importat quandam benignitatem & suavitatem animi, & utraque consistit in aliquâ refrenatione. Ast distinguuntur inter se, quod Mansuetudo sit moderativa Iræ: Clementia sit moderativa pœnæ, quantum Justitia permittit: & non *ex affectu moderationis Iræ* (sic enim convenit Mansuetudini) sed *ex affectu benignitatis in maximum*, & *ex affectu regulatæ potestatis*: nam potestati Superioris competit punire semper *citra condignum*. Quapropter à Senecâ definitur Clementia: *Temperantia animi in potestate ulciscendi*. *lib.2. de Clem.*

5. Huic virtuti Clementiæ duo opponuntur vitia: per excessum Crudelitas, quæ ex certâ quadam animi atrocitate & atrocitate animi *punit supra justum*, & *supra condignum*. *Per defectum nimia levitas*, quæ non aliquem remittit; sed tollit omnem pœnam, contra illud, quod exigit Justitia, bonum delinquentis, & aliorum quoque exemplum. *q.159.*

6. Perfectus modus exercendi hanc virtutem est, pervenire ad perfectum usum & exercitium Mansuetudinis, non tantùm in quantum est virtus; verùm etiam in quantum est donum Spiritus sancti, omnigenam fugiendo iram, non in sua exorbitantia duraxat; sed etiam in sua moderatione: quotiescunque, *1.2.q.69. a.3.*

ratione officij corrigendi alios, actualis pœnæ exactionem aliud non postulaverit.

Conservandum igitur est cor nostrum serenum & tranquillum, veluti cœlum, ab omni terrestri exinanitæ turbationis vapore liberum. Et quando exigente necessitate, & Regula rationis ita dictante, passio ira tanquàm proprium instrumentum, adhibenda est; ea non habeat locum intra conclave cordis, nec intret secreta voluntatis superioris penetralia; sed foris maneat, & persistat in appetitu sensitivo, & inde cooperetur voluntati juxta ordinationem & imperium Rationis. Insuper cum virtute Mansuetudinis quæ etiam, & conjungere debemus Bonitatem & Benignitatem: suffragantibus enim hisce tribus virtutibus unitis, enumeratis ab Apostolo inter fructus Spiritus sancti, conformiter docet S. Thomas, homo perfectè ordinatur versus proximum. Primò enim per Bonitate debemus ei velle bonum: secundò, Benignitate eidem præstare bonum, quotiescunque occurrerit occasio: tertiò, Æquanimitate absque turbatione tolerare omnia mala, quæ ab eo nobis inferuntur: *Æquanimiter tolerare mala à proximo illata: & ad hoc pertinet Mansuetudo, quæ cohibet iras.*

1.2.q.76. a.3.

Denique, harum virtutum exercitio apprimè inseruit consideratio, quantæ sint utilitatis & emolumenti, quod ab iisdem derivatur. Tria verò sunt principalia commoda & emolumenta. Primum, quod Mansuetudo veros nos efficiat filios Dei, cujusvis offensæ & injuriæ, ob excellentiam suam, incapacis. Quod idem ipsi etiam agnovere Gentiles. Unde Aristoteles consulebat Alexandro Magno, ut, *quia omnibus se superiorem cognoscebat, maledicta contemneret.* Hocidem dici potest justo, quod, quia ratione unionis cum Deo omnibus creaturis superiorem se cognoscit, facilè patitur earum opprobria & contemptus. Et idem confirmat Seneca, probans, *quod in sapientiam non cadat injuria*: quia injuria est testimonium vitij, Ergo Sapiens liber existit: quemadmodùm honor testimonium virtutis.

Aristot. Alexand. Magna.

Seneca.

Sene-

Secundum emolumentum & utilitas est, quod consuetudo veros nos efficiat Christi Discipulos: & ipsissimus Incarnationis extitit finis, ut, nimirùm, Christus D. N. prædicatione & exemplo suo hanc mundo edoceret virtutem: *Discite à me, quia mitis sum.* Matth. 11. Ubi S. Augustinus exclamat: *O Doctrinam salutarem! O Magistrum Dominumque mortalium! Itane magnum est esse parvum; ut nisi à te, qui tàm magnus est, fieret, omninò non posset?*

Tertia utilitas est consecutio æternæ Gloriæ: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt Terram,* videlicet, Terram viventium, quæ est cœlestis Patria.

Et hæc sufficiant de Mansuetudine, omnibus & singulis, præsertim Superioribus, necessariâ, ut cum mansuetudine & æquanimitate regiminis suportent onera: & hanc ob causam sacri Doctores asserunt, Moysen electum fuisse à Deo in Superiorem & Ducem populi sui, quia erat persona valdè mansueta.

CAP. XX.

De Virtute Modestiæ.

Modestia est virtus quædam, cujus officium & munus est moderari & componere, secundùm rectam Rationem, & juxta proprij status convenientiam, externos corporis actus, exterioremque apparatum ad victum, vestitum, habitationem, &c. spectantem. Hæc virtus est pars Temperantiæ, eique non absimilis: quemadmodùm enim illa est moderativa rerum valdè difficilium, quales sunt delectationes tactus; ita Modestia moderatur aliis minori dimicantibus difficultate. *Temperantia est moderativa eorum, quæ difficilium est refrenare; Modestia verò moderativa eorum, quæ in hoc mediocriter se habent.* q. 160. S. Tho. a. 1.

2. Ob-

2. Objectum hujus virtutis est moderatio actuum corporis, rerumque externarum ad usum ejusdem corporis pertinentium.

3. Quantùm ad actus, proprius hujus virtutis actus est ordinare & regulare motus externos corporis, ut omnes sint convenientes & honesti, juxta rectam Rationem regulati. Et sicut *ad imperium Rationis exteriora membra moventur*; ita *circa horum ordinationem virtus moralis Modestia consistit*. Et verò conveniens ordo membrorum desumendus est ex debitis circumstantiis personæ, negotiorum, loci & temporis. Etenim, ut notat S. Antoninus: *Attendenda est primò qualitas personæ, aliud enim congruit uni personæ, quod non congruit alteri* (Job indulgebat filiis suis, ut se invicem invitarent ad conviviis, ut hujusmodi conviviis ille non intererat) *& quod licet extra Ecclesiam, ut negotium facere, non licet intra: & licet in uno tempore venari, quod tamen non licet in alio, scilicet in Quadragesimâ.*

q.168.a.1.

Tit.4.c.10.

Hic idem operationis ordo à S. Antonino appellatur: *Decor & decentia operationis*: & est, quando actio conformatur rectæ Rationi, & prout congruit Naturæ rationali. Hoc idem adverterunt Philosophi gentiles: unde, quemadmodùm monet Seneca, observanda est Modestia in verbis, risu, voce, gressu & incessu: *Sermones utiles potiùs, quàm facetos & affabiles: rectos potiùs, quàm obsecundantes, omnia. Risum sine cachinno; vocem sine clamore: incessum sine tumultu: & cavenda nimia tarditas, & nimia velocitas.* Quibus adjungit S. Ambrosius: *Disceptatio sit sine ira, monitio sine asperitate.* Eadem modestia ordinat convenienter vestitum, ut sit *ad utilitatem, & non ad jactantiam, & vanam gloriam.* Ordinat quoque convenienter relaxationem seu recreationem corporis, nimirùm, ad reparandas restaurandasque animi vires, vel ad recreandos auditores: *si tamen rei dignitas non adimit jocandi facultatem.* Quapropter, secundùm S. Thomam & Cajetanum, peccat

Apud S. Antoninũ l. cit.

lib 1. de offi. c. 22.

q.159.

Tull. de Inventio.

...ccat Concionator, *si recreationis gratiâ aliquid ridi-*
...lam dicat prædicandum.

4. Causa Modestiæ exterioris corporis est interior
...mæ compositio, sicuti dispositio externa est si-
...um dispositionis internæ: *Amictus corporis, &* Eccles. 29.
...ntium, & gressus hominis enunciant de illo. Quod
...firmat S. Ambrosius dicens: *Habitus mentis in* q. 168. a. 1.
...poris statu cernitur, eò quod vox quædam animi est li. 1. de offic.
...poris motus. Effectus hujus virtutis est compo-
...re totum hominem exteriorem, ut in omni actione
...l aliud spiret, quàm honestatem & sanctitatem.
...t in omnibus motibus nihil fiat, quod cujusquàm of- S. August.
...ndat aspectum; sed quod propriam deceat sanctita- in Regul.
...tem.

5. Pro praxi & exercitio virtutis hujus consideran-
...um est, quod, cùm externa Modestia dependeat ab
...ternâ, veluti suprà dictum fuit, ad bonum usum
...odestiæ externæ necessarium est exercitium Humili-
...tatis hominem interiorem componentis & regulantis;
...t homo in actibus interioribus regulatus, reguletur
...que in exterioribus. Hæc itaque sit prima praxis
...jus virtutis, nimirùm, Modestiæ sectator conservet
...in Pace & Humilitate interna, sic quoque conservabit
...in Modestiâ corporis externa.

Optimum ad perfectionem hujus virtutis assequen-
...dum medium est Præsentia Dei. Enimverò, si præ-
...sente Principe seu Magnate quilibet ita externos com-
...ponit corporis motus, ne illius offendat oculos, quantò
...agis Christianus contemplans Majestatem magni Dei
...ibi præsentis, compositus & moderatus erit in cunctis
...ctibus suis, ne S. D. Majestatis ubique præsentis, omnia-
...que perspicientis oculos offendat?

Studendum est acquisitioni Modestiæ & composi-
...tionis totius hominis exterioris ab interiori derivantis:
...præsertim verò quinque sensuum, mortificando &
...bliciendo eos ordini Rationis. Et, quemadmodùm
...legitur de Josue, qui *Afflixit quinque Reges cruci; sic* Iosuè 10.
...quinque sensus cruci mortificationis sunt submittendi: ut S. Anton.
oculi, lingua, cæterique sensus in cunctis suis motibus tit. 4. c. 8.

sint

sint ordinati & regulati, nullumque dissolutionis, immodestiæque præbeant signum.

Quod si interrogaveris, quanta qualisve esse debeat hæc compositio & Modestia exterior? Respondebit tibi Hugo de S. Victore: Christianus modestus moribusque compositus eâ ratione compareat, oportet, *ut erat Christus in Terrâ, & Angelus in corpore assumpto*: Modestia hominis Christianâ insigniti similis esse debet Modestiæ, quam Christus D. N. exhibuit hic in terris, quamque præ se ferunt sancti Angeli, quandò comparentia formâ humanâ.

CAP. XXI.

De Virtute Humilitatis.

2.2. q. 161. 1. HUmilitas est virtus inclinans ad submittendum subiiciendumq; se aliis: primò Deo, deinde proximo propter Deum. *Et in hac voluntariâ subjectione* (opinione D. Thomæ, & D. Bernardi) propriè consistit Humilitatis essentia. *Est subjectio sui ad id, quod est DEI.* Ratio hujus subjectionis est, ut cognoscat se humilem, ac minorem inferioremque aliis se æstimet, non simulatè & fictè; sed verè, propriè, ac realiter: non enim id, quod amplius, aut æquale habet cum proximo; sed quod minùs, aut nulla ratione possidet, considerat. Unde, ut bene notat Cajetanus, ratio constituens Humilitatem, *est minoritas à parte rei cognita & volita*, quod, admittum, quispiam verè sit inferior proximo, cognoscat se esse talem, talemque se æstimari appetat. Unde dici potest, in tribus principiis propriè hanc fundari virtutem. Primum est cognitio nostri ipsius. Dig. art. 3. & proximi veluti alicujus rei ipsius Dei. Secundum est comparatio inter nos & proximum, quæ debet esse *diversi generis, non ejusdem generis*: etenim comparari debemus

S. Thomas. Cajet. a. 1. ad 3.

bemus malum noſtrum, quod habemus à nobis, m bono proximi, quod habet à Deo; & non bonum ſtrum cum bono proximi: neque malum noſtrum m malo proximi comparandum eſt: ſiquidem in ſ comparationibus poſſumus in rei veritate eſſe eriores, aut æquales cum proximo, non inferio-. Tertium principium eſt ſubjectio: quia, ſe- *D. Th. a. 3.* ſum D. Angelicum, *Quilibet homo, ſecundùm id, quod ſuum eſt, debet ſe cuilibet proximo ſubjicere, quan-m ad id, quod eſt Dei in ipſo.* Obſervando in hoc ſum Apoſtoli: *In Humilitate ſuperiores ſibi in-* *Philip. 2.* *cem arbitrantes.* Gerſon altiori mentis indagine entiam hujus virtutis inquirens definit eandem hoc do: *Humilitas eſt egreſſus, ſive exitus à Deo in* *Gerſon. To.* *ipsum,* q. d. Humilitas eſt virtus docens modum, *1. ſerm. de* quo quis egrediatur à Deo, & ingrediatur ſeipſum. *Humil.* Quod non eſt intelligendum *de exitu ſecundùm lo-dem diſtantiam* (quia, cùm Deus ſit immenſus, a nulli denotur Divinæ Immenſitatis limites & ter-, nullus à Deo exire, ipſumque ſubterfugere poteſt) telligitur ergò *ſecundùm mentalem reputationem,* æſtimationem. Neque tamen intelligitur *de exitu* do, ipſi Superbiæ proprio, qui *eſt exire à Deo ſupra* ; ſed de exitu bono, qui *eſt exire à Deo ad Deum,* ad Deo.

Humilis ergò coram Divinâ conſtitutus Majeſta-, dum immenſam Divinarum perfectionum abyſ-m conſiderat, contemplaturque infinitam diſtan-inter ſe & Deum, ſanctum quendam concipit rem & tremorem: *Horreſcit, ſtupet, palet, ſ miſcit:* indigniſſimum ſe reputans, ut Deum dat, ac præſens compareat coram tanta celſi-ine, & eminentia. Et per hujuſmodi conſidera-rem egreditur de una abyſſo in aliam: de abyſſo potentiæ Dei in abyſſum propriæ ſuæ impo-: de abyſſo ſapientiæ in abyſſum ignorantiæ: abyſſo bonitatis in abyſſum malitiæ: ſicque exit Deo, ut intret in ſeipſum: & quia in ſeipſo nonniſi am nihilum & miſerias, reperit, revertitur ad Deum.

Hoc

Hoc est exire à Deo, ut intret in Deum, & nisi quis primitus hoc modo exierit, intrare non potest. *Est exire à DEO, ut intres in DEVM.* Sanctum hunc Humilitatis affectum exercebat Regius Propheta, quando dicebat: *Nonne DEO subjecta erit anima mea?* Quasi diceret: dum contemplar nobilitatem animæ meæ dignitate excedentis res omnes creatas vitæ hujus, temporaneas & corporeas: & ex alia parte considerationis meæ vela expando in infinitam illam Divinæ Majestatis celsitudinem & eminentiam, cui nulla venit comparanda eminentia: valdè expedit & conveniens est, anima mea, ut Soli DEO te subiicias & submittas, non Mundo, nec carni aut sanguini: id enim tua exigit & meretur nobilitas. Quare: *Esto anima mea sub Deo, & sub Deo defice universa.*

Psal. 61.

Loco illius dictionis (subjecta) alij legunt: *respiciat, sileat, observet, exspectet:* qui sunt ipsissimi quatuor affectus, quos exercet anima humilis erga DEUM. Primus est *Respicere*, per contemplationem: secundus, *Silere*, per admirationem: tertius, *Observare* Divinum beneplacitum cum perfecta conformatione: quartus, *Exspectare* cum patientia & desiderio Regnum æternæ Gloriæ.

Hoc idem Humilitatis exercitium, modo jam explicato, peragunt ac frequentant etiam Sancti in cœlis: & vocatur Timor reverentialis aut filialis, vel Timor admirationis, veluti supra dictum est, qui fundatus est *in defectu intrinseco & essentiali creaturæ, proùt dicit subjectionem secundum infinitam distantiam à DEO*: secundùm quam (ait S. Thomas) nec Deo se æquiparare aut adæquare, nec propiùs eum accedere audet. In signum hujusmodi recognitionis & subjectionis, vidit S. Joannes in sua Apocalypsi, quod sancta animalia *mittebant coronas suas ante Thronum*: ad significandum, quod, sicuti Deus est primum omnium rerum principium, ita Deo quoque omnis debeatur honor & gloria.

q. 19. a. 10.

c. 4.

2. Materia, circa quam sese occupat virtus Hu-
[illegible]tatis, altissima & eminentissima est à natura sua.
[illegible] virtus, secundùm S. Chrysostomum, inclinat
[illegible] *contemptum terrenorum, & amorem æternorum.* *Hom. in 1. Cor. 1.*
[illegible]milis spernit omnia bona transitoria, ac solùm
[illegible]at æterna: claudit oculos rebus visibilibus,
[illegible]visibilibus aperit: tollit affectum à cunctis crea-
[illegible], ac totum reponit affectum in earundem Crea-
[illegible] Cujus rei idem Sanctus Doctor adducit exem-
[illegible]: *Quemadmodùm qui Regno* inhiat, quemcunque
[illegible] contemnit honorem, Regia purpura inferiorem:
[illegible] Humilis, qui ad æterna Gloriæ anhelat bona,
[illegible] solùmmodò appetit & desiderat, nimis vilia, &
[illegible] reputat cuncta bona terrena. Pergit ulterius
[illegible] Chrysostomus, dicens, quod Humilis non solùm
[illegible] desiderat, nec spernit duntaxat res terrenas;
[illegible] *erubescit, si quis ea sibi proposuerit*: & per ta-
[illegible] bonorum oblationem magnam sibi inferri censet
[illegible]am.

Ex dictis hisce colligit idem Sanctus: *Nihil al-* *Hom. 36. in c. Matt. 21.*
[illegible] *Humilitate, nihil depressius Superbiâ.* Et hujus
[illegible] rationem, nam *per Humilitatem similes DEO* *Hom. 2 in Epis. ad Titum.*
[illegible]*mur, quia DEVS humanâ laude non indiget,*
[illegible] *æterno sine illa fuit, unde contempsit.* Unde sicut
[illegible] Sola contentus laude sua essentiali & intrinseca,
[illegible] eget alienis plumis, & extrinseca humana laude,
[illegible] æterno fuit sine illa, eamque flocci fecit sprevit;
[illegible] Humilis totus Divinæ laudi deditus, omnem
[illegible] laudem, quæ non est Divina, aut à DEO,
[illegible] æstimat; sed contemnit & vilipendit. E con-
[illegible] superbus à vera laude, quæ est in DEO, aver-
[illegible] gestat animum, ac totus conversus ad vanam
[illegible]dem hominum, hanc solam desiderat, hanc ambit.
[illegible] corporis superbus apparet magnus; at ista non
[illegible] vera magnitudo, sed tumiditas. Quemadmodùm
[illegible]rpore, ait S. Chrysostomus, *aliud est esse vi-* *Ad Cor. 1. Hom. 1.*
[illegible], *aliud tumidum: utrumque carnis habet*
[illegible]*tudinem, sed alterum corruptæ, alterum verò sanæ:*
[illegible] *superbus tumidus est, non magnus: Humilis verò*
[illegible] *ex magnitudine intrinseca gratiæ & virtutum.*

Quapropter Humilis non est pusillanimis, sed magnanimus: non habet cor constrictum, sed largum, cor sublime, cor generosum, quod quamcunque rem, quæ non est Deus, in se capere & continere dignatur.

De perfect. Relig. c. 31. 3. Habet Humilitas proprium actuum suorum exercitium: &, conformiter docet Seraphicus S. Bonaventura, actus illos exercet erga seipsum, erga proximum, erga Deum.

Primò erga seipsum frequentat quinque actus. Primus est, quod propriam cognoscat subsistentiam, veluti ex nihilo pluribusque peccatis constantem. Secundus est, quod se ut talem reputet ac æstimet. Tertius est actus desiderij, quo desiderat optatque, ut alij quoque eandem de se conspuant æstimationem. Quartus, quod coram cunctis creaturis se confundat, in istis considerando id, quod habent à Deo, in se verò inspiciendo id, quod habet à se. Quintus, quod cum patientiâ & gaudio cuncta sustineat adversa: in quacunque tribulatione canendo cum illo, qui resuscitatus rediit ab inferis: *Gratias DEO! amplius non ardebo.*

Secundò, erga proximum quinque pariter exercet actus. Primus est, considerat ipsum non secus ac suos defectus; sed secundùm dona à Deo ipsi communicata. Secundus, æstimat eum, ut aliquid. Tertius, optat, desideratque, ut alij quoque ipsum ut talem reputent. Quartus, benè de eo quitur, & si nil boni de ipso occurrit referendum, Quintus, possibilia quævis præstat illi benefic obsequia, nullam prætermittens occasionem, qui inservire satagat.

Tertiò, erga Deum quinque alios exercet Primus est, quod consideret Deum, ut ut primum ens, primumque omnis totiusque principium. Secundus, quod eum, ut talem ac super omnia diligat. Tertius, quod desider procuret, ut is ab aliis quoque, ut talis, agnos & ametur. Quartus est, quod in quacunque

ne necessitate à Deo postulet auxilium. Quintus, ut in omnibus & per omnia Deo tribuat gloriam, ac semper gratias agat, laudando & benedicendo eum.

S. Thomas proprios hujus virtutis actus reducit ad quatuor.

Primus est, *Spernere Mundum*, videlicet, omnia bona terrena, ut sunt divitiæ, honores, consolationes mundi: quæ bona verus Humilis spernit, contemnit, nihilque æstimat.

Secundus, *Spernere nullum*, quamvis juxta externam apparentiam videatur esse vilis & abjectus: etenim intrinsecus æstimabilem defert & conservat thesaurum animæ ad imaginem Dei creatæ, capacisque Gratiæ & gloriæ.

Tertius, *Spernere seipsum*, secundùm ea, quæ quis habet à se, & non à Deo, veluti supra explicatum fuit.

Quartus & ultimus est, *Spernere sperni*, nimirùm, qui appetit, quod spernatur ab aliis. Et in hoc ultimo actu, secundùm eundem Doctorem, vera consistit Humilitas.

Ultra præfatos actus, Humilitas suas sortitur causas & effectus. Causa Humilitatis, inquit S. Bernardus, est cognitio sui ipsius: quia *Humilitas est virtus, quâ quis verissimâ sui cognitione sibi ipsi vilescit.* Humilitas intellectiva est causa Humilitatis affectivæ. Duo dicit Humilitas, juxta S. Bernardum, despectionem & contemptum sui ipsius. Enimverò rectæ Rationi conforme est, ut peccatum sit objectum contemptus & opprobrij: quemadmodum à contrario sensu conforme est rectæ Rationi, ut virtus gloriæ honorisque objectum existat. *Tract. de 12 grad. Humilit.*

Effectus Humilitatis est, disponere animam ad Divinam Gratiam, *removendo prohibens*, puta, impeditam Superbiæ: etenim Deus, utpotè essentialiter bonus, ac sui ipsius communicativus, sublato ab animâ impedimento, sine morâ eidem se communicat: quemadmodum Sol, sublato obstaculo, subitò illuminat.

Ex quo elucet, quanta sit virtutis hujus necessitas. Quia secundùm Philosophos, *dispositio & forma non in eodem gradu necessitatis* : Gratia absolutè necessaria ad salutem : ergò Humilitas, quæ est dispositio ad recipiendam Gratiam, eodem modo necessaria erit : *Æternâ lege* igitur *firmatum est*, inquit S. Laurentius Justinianus, ac Deus infallibili & indispensabili decreto determinavit, ut nonnisi per viam Humilitatis pateat aditus ad salutem, neque per alium nisi quàm per humiliationem perveniatur ad exaltationem : *Vt qui se humiliat, exaltetur, & qui se exaltat, humilietur.*

Laurent. Justin.

Luc. 18.

5. Humilitati opponitur vitium Superbiæ, quæ ratione definitur à S. Thomâ : *Est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ* : est actus quidam voluntatis, quo inordinatè, puta, non secundùm rectam rationem, complacet sibi quispiam in propriâ excellentiâ. Quemadmodùm à contrario dicitur de Humilitate : *Est appetitus ordinatus proprij contemptus*, secundùm rectam Rationem.

S. Tho. 2. 2. q. 162. a. 2.

Præterea contrarias sortiuntur causas Superbia & Humilitas. Siquidem Superbia nascitur ex consideratione propriæ perfectionis, & vocatur Superbia ignorantiæ propriæ imperfectionis, quæ patitur oppositum. Humilitas intellectus.

S. Gregorius Superbiam in quatuor dividit species. Prima est, quando homo *credit bona sua à se habere, unde extollitur* : quod non intelligitur speculativè (id enim saperet hæresin) sed practicè : quandò, ut docet S. Thomas, *ita de bonis suis gloriatur, ac si ea a se haberet, vel ex meritis propriis.*

c. 21. Mor.
S. Antoni. p. tit. 3. c. 2.

Hæc species Superbiæ damnatur à S. Paulo : *Quid habes, quod non accepisti ? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis ?* Ubi S. Thomas : *Ille gloriatur, quasi non accipiens, qui de ipso gloriatur, & non de DEO : ille autem gloriatur quasi accipiens, qui omnia DEO asscribens, gloriatur de ipso.*

1 Cor. 4.

S. Th. ibid.

Secun-

Secunda ſpecies Superbiæ eſt, quando aliquis *[illegible], bona ſua eſſe à* DEO, *ſed ſibi data pro ſuis [illegible], & propter illa ſe magnificat:* quod ſimi[illegible] non intelligitur ſpeculativè (id enim hæreti[illegible] eſſet) ſed practice: quandò quis ſuperbit in [illegible] bonis datis, ac ſi ſuis deberentur meritis: quod [illegible] evacuare Gratiam Dei, *quæ non datur pro aliquo, ſed pro [illegible], quia gratis omninò datur.*

Tertia ſpecies eſt, quandò aliquis *credit, & jactat [illegible], quod non habet.* Et contra hanc Superbiæ [illegible] clamat Divinum Oraculum in Apocalypſi: *Apoc. c. 3.* *[illegible], quod dives ſum & locupletatus, & nullius egeo: [illegible], quia miſer es, miſerabilis, & pauper, & cœcus [illegible].*

Quarta ſpecies Superbiæ eſt *in bonis ſuis ſingula[illegible] ſe habere, & aliis ſe præferre:* quod eſt contra [illegible] Dei, nobis communicantis dona ſua, non quia [illegible] illa nos præferamus, ac ſpernamus noſtros [illegible]; ſed ut cum iisdem nos magis humilie[illegible], nec non gratias & laudes ſuæ Divinæ Majeſtati [illegible].

Hi ſunt quatuor rami Superbiæ: quorum ſigna, [illegible] cognoſcatur, quandò aliqua ſpecies Super[illegible] reſidet in animâ noſtra, adducit Cajetanus ſe[illegible]. *Cajet.*

Signum primæ ſpeciei, ait Cajetanus, eſt *In[illegible]*, quia non refert gratias, neque DEO, [illegible], dat gloriam, cùm ſint dona ſuæ Divinæ [illegible].

Signum ſecundæ ſpeciei *eſt eſſe ſecurum de bonis, [illegible] habet; querulum de bonis perditis: admirativum, [illegible] non exaudiatur.*

Signum tertiæ ſpeciei *eſt eſſe pronum ad videndum [illegible] defectus, ad ſua mala excuſanda, ad aliena pon[illegible].*

Signum quartæ ſpeciei *eſt, cùm quis parum eſt [illegible] de cœleſti Patriâ, de membris* CHRISTI, *[illegible] ſatisfactione peccatorum: dies ſuos pertranſit, quaſi [illegible], aut parùm vigilans.* Hæc negligentia

simul stare non potest cum donis, quæ superbus credit se habere, quod nimirùm sit incola cœli, mater filius, membrum Christi: *Operatur enim magna Dei Amor, si est.*

Hæc igitur signa examini subiicienda sunt, ad cognoscendum, quisnam superbiæ ramus vigeat & regnet in nobis: nam quamvis hi & similes non effectus sint peccata levia; nihilominus disponunt ad graviora, in quantum Dominus Deus ad humiliandum superbum multa alia permittit peccata, dum negando gratiam suam efficacem. Unde dixit S. Augustinus, meliorem esse peccatorem humilem, quam justum superbum.

8. Tho q. 162. a 4 & q. 161. a. 6.

Præterea S. Bernardus duodecim assignat gradus superbiæ gradibus duodecim Humilitatis à D Gregorio allegatis oppositos.

1. *Curiositas.*

Primus gradus Humilitatis est *Modestia oculorum*, cui opponitur *Curiositas oculorum.*

2. *Levitas mentis.*

Secundus gradus Humilitatis est *Pauca verba & rationabilia, & non clamosâ voce loqui*: secundus vero gradus Superbiæ *est Levitas mentis, per quam homo superbè se habet in verbis.*

3. *Inepta lætitia.*

Tertius Humilitatis gradus est, *Ut non sit facilis & promptus in risu*: & tertius Superbiæ gradus est *Inepta lætitia.*

4. *Iactantia.*

Quartus gradus Humilitatis est *Taciturnitas usque ad interrogationem*; cui opponitur quartus gradus Superbiæ, *Iactantia.*

5. *Singularitas.*

Quintus gradus Humilitatis est *Tenere quæ communis regula Monasterij habet*: cui opponitur quintus Superbiæ gradus, nimirum, *Singularitas, per quam aliquis sanctior vult apparere.*

6. *Arrogantia.*

Sextus Humilitatis gradus est *Subesse cæteris*: & huic opponitur sextus gradus Superbiæ, videlicet, *Arrogantia, per quam homo se cæteris præfert.*

7. *Præsumptio.*

Septimus gradus Humilitatis est *Se reputare ad omnia inutilem*: & ei opponitur septimus gradus Superbiæ, qui est *Præsumptio, per quam aliquis reputat se posse omnem ad majora.*

Qui

Octavus gradus Humilitatis est *Confessio peccatorum*: & oppositus gradus Superbiæ est *Defensio eorum*. 8. *Peccatorũ defensio.*

Nonus Humilitatis gradus est *Acceptatio pœnæ pro peccatis*: gradus Superbiæ illi oppositus est *Non acceptare simulatam confessionem*. 9. *Simulatæ Confessio.*

Decimus gradus Humilitatis est *Obedientia*: & decimus gradus Superbiæ contrarius est *Rebellio*. 10. *Rebellio.*

Undecimus gradus Humilitatis est *Delectatio in obediendo*: & contrarius gradus Superbiæ *Libertas, id est, libertas in faciendo, quod vult*. 11. *Libertas.*

Duodecimus Humilitatis gradus est *Timor Dei*: & contrarius gradus Superbiæ est *Contemptus Dei*. 12. *Contemptus Dei.*

Hæc dicta sufficiant de Superbiâ, ut majori studio & diligentia eandem effugere allaboremus. Ad modum procedendæ Humilitatis jam procedamus.

Primò, juxta doctrinam S Bernardi, *ad exercitium humilitatis quinque prodesse possunt.* S. *Bernard. epist.* 87.

1. *Amor vilitatis.* Eligendo semper in omnibus rebus, quod vilius & pejus est, veluti conditioni tuæ, ac statui peccatoris magis proportionatum.

2. *Assiduitas subjectionis.* Quærendo semper subesse, non præferri aliis.

3. *Comparatio melioris.* Considerando semper bonum, quo præditus est proximus tuus, & avertendo oculos à malo.

4. *Assidua meditatio propriæ conditionis.* Contemnendo tui nihili, tuorumque peccatorum considerando.

5. Et ultimum *Consideratio occulti inspectoris* Contemplatio Dei præsentis, omnemque tuam imperfectionem & defectum inspicientis.

Secundò, hanc virtutem addiscere debemus in Schola Christi *Filius docet in Schola Humilitatis: Spiritus sanctus introducit in Cellaria Charitatis: Pater admittit in cubiculum Regis in Gloria: cùm scilicet anima est jam perfecta per Humilitatem sine maculâ, & per Charitatem sine rugâ.*

S. Bern. de grad. Humilit.

Tertiò. Humilitas in praxi conjungenda cum Virilitate & Magnanimitate, nec una sine alia sufficiens est. Siquidem Humilitas sine Magnanimitate Pusillanimitas est: & Magnanimitas absque Humilitate est Temeritas.

S. Bernard. to. 3. serm. de Regn. cœlorum to. 419. Matth. 11.

Quartò. Unienda quoque est Humilitas cum blandâ suetudine, quæ sunt virtutes Christi (*Mitis sum & humilis corde*) ad quas tota reducitur perfectio Evangelica. Etenim, ut optimè notat Cajetanus *per Humilitatem impedimur Deo*, ad recipienda dona Dei, *& per Mansuetudinem expedimur proximo.*

S. Bernardus de subjectione voluntatis. Psal 39.

Quintò. Humilitas quoque associanda est Conformitati nostræ voluntatis cum Divinâ. Et in hâc resignatione, juxta S. Bernardum, propriè consistit Humilitatis perfectio, quandò in omnibus rebus Divino (*Veni*) correspondet Humanum (*Venio*) quemadmodùm sanctissima Christi anima correspondebat: *Tunc dixi: Ecce venio: In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam.*

Sextò. Conjunges propriam Humilitatem cum excellentiâ & magnitudine DEI. In tua Humilitate reperies tria; proprium nihilum, propria peccata; & pœnam Inferni iisdem correspondentem. In tuo nihilo attolle mentem ad considerandam magnitudinem potentiæ Patris: In peccatis tuis contemplare efficaciam Sanguinis CHRISTI. In pœnâ Inferni erige mentem ad gaudium vitæ æternæ Spiritus sancti.

Humilitatem insuper comitabitur laus DEI, ut luti docet D. Augustinus dicens: *Gemina debet esse confessio, & peccatorum, & laudis DEI. Quando nobis malè est in tribulationibus; confiteamur peccata nostra: quandò nobis benè est in consolationibus; confiteamur laudem DEI: sine confessione tamen non simus.* Et hoc

Daniel. 3. Baruch. 1.

ipsum erat, quod in oratione suâ postulabant Propheta quandò dicebant: *Tibi, Domine, justitia:* & omnis gloria; *nobis autem confusio faciei nostræ,* & ignominia propter peccata nostra.

Deus

Denique. Humilitatem considera mysticam veluti scalam, per scalam Jacob præfiguratam. Eam ascendere satage, modò persistendo in uno, modò in alio illius gradu. Scala Jacob habebat apicem, in quo residebat Deus: basin, juxta quam erat Jacob: duo quoque habebat latera, & gradus varios: in spirituali Humilitatis scalâ est altitudo & eminentia Dei, nostra submissio, & duo latera: latus dextrum est confidentia in Deo, sinistrum diffidentia in nobismetipsis. Gradus sunt quinque principales Humilitatis actus, & ab uno devenitur ad alium. Primus est cognitio propria. Secundus est cognitio Dei. Tertius est amor Dei. Quartus est conformatio nostræ voluntatis cum Divinâ. Quintus & ultimus est pax & gaudium in beneplacito Dei: curam habendo, ut omnes potentiæ animæ, omnia corporis membra nil aliud spirent, quàm gaudium & gloriam Dei. Hunc in finem, ut notat S. Chrysostomus, *S. Chrysost.* Deus dedit nobis oculos, os, & aures: *Vt omnia* l. 143. *membra servirent: ut quæ ipsius sunt, audiamus: quæ ipsius sunt, loquamur: quæ ipsius sunt, operemur; atque laudes canamus assiduas, & gratias per cuncta referamus.* Et hoc in exercitio comites habebis *ascendentes & descendentes Angelos*, quia Humiles et in Terris Angelicam inchoant conversationem, quam deinde per totam æternitatem continuabunt in cœlis.

CAP. XXI.

De Virtute Studiositatis.

1. INclinat hæc virtus ad moderandum & dirigendum desiderium sciendi. *Est enim virtus moderativa appetitus cognoscendi*, ac per consequens moderatur etiam usui activo voluntatis, & passivo aliarum potentiarum. Et hic usus appellatur *Studium*, *id est*, *vehe-* 2.2. q. 166. *Ex Philos.*

vehemens applicatio ad cognoscendum : quia, *cùm omnis homo naturaliter scire desideret* ; ut hæc inclinatio Rationi conformis, necesse est, reguletur ac dirigatur per virtutem Studiositatis, ad hoc, ut voluntas intellectivam applicet potentiam ad cognoscendum & percipiendum id, quod est conveniens, secundùm circumstantias personæ, officij, temporis, loci, finis. Hæc virtus est pars virtutis Modestiæ, & consequenter Temperantiæ: quia ad Temperantiam pertinet temperare superfluum appetitum delectationis: ergò Studiositas, temperans excessum in desiderio cognoscendi, erit pars Temperantiæ.

2. Scopus hujus virtutis est *moderatum & regulatum studium cognoscendi : ut fiat ex debito fine, & ex debitis circumstantiis* : ut quis attendat studentque earum rerum cognitioni, quæ propriam contentionem professionem, non ob vanam gloriam, neque ob solam sciendi curiositatem. *Scire, ut scias* (ut ait S Bernardus) *vanitas est.* Et secundùm doctrinam S. Augustini omnis scientia, quæ non dirigitur ad bonum finem, est inutilis, nec est conformis virtuti Studiositatis. *In cognitione rerum non vana & peritura curiositas exercenda est ; sed gradus ad immortalia & semper permanentia faciendus.* Enimverò bonum Scientiæ *non facit simpliciter bonum habentem*, veluti facit virtus Temperantiæ, Fortitudinis, &c. sed *secundùm quid*, solùm in ordine ad proprium actum, propriumque objectum : studium igitur sciendi haud persistere debet in sola speculatione ; sed ulteriùs transire ad operationem *secundùm virtutem*

lib de vera Relig c.29.

3. Actus virtutis hujus sunt tres. Primus est, temperare affectum sciendi. Secundus est moderari usum applicationi intellectus, applicando eum materiæ utili ac fini convenienti. Tertius est excitare & promovere affectum & applicationem, quando in studio rerum sunt necessariarum & convenientium, laboris pertæsi, exprimunt tepiditatem & negligentiam.

4. Causa materialis, & subjectiva hujus virtutis secundùm Cajetanum, est voluntas, cujus est

ne intellectum ad debitam rerum cognitionem. Quamvis enim cognitio, cùm sit necessaria, & non libera, non sit capax virtutis; nihilominùs usus illius est indifferens: ac propterea bonus & malus esse potest, & per consequens regulabilis per virtutem Studiositatis.

Effectus hujus virtutis est reddere hominem temperatum, non tantùm in delectatione tactus, verùm etiam in voluptate & oblectatione, quæ nascitur ex earum cognitione: sive illa sit intellectiva, sive sentitiva.

6. Vitia huic virtuti contraria sunt: *Curiositas per excessum, & Negligentia per defectum*: prima se applicat quibus se minimè applicare debet: secunda deficit circa, quam adhibere tenetur, applicatione. Virtus itaque Studiositatis *non est directa circa cognitionem*, quæ necessaria est; sed *circa appetitum & studium cognoscendæ veritatis*, quod est indifferens, & potest esse bonum & malum. Quare ad desiderium & applicationem sciendi concurrere potest vitium Curiositatis, dupliciter quatuor modis. Primò, ratione materiæ, commutando scientiam utilem & necessariam in vanam: quemadmodùm faciebant Sacerdotes illi (dicit S. Hieronymus) *qui dimissis Evangeliis & Prophetis, eorum lectionibus legebant.* Secundò, ratione modi: ut cùm quis arte & commercio dæmonis scientias acquirere conatur. Tertiò, ratione finis: quando cognitio Dei refertur ad cognitionem creaturarum, non tanquàm ad finem proximum (cùm enim cognitio creaturarum sit *per se bona, & appetibilis, & in genere boni honesti*) sed tanquàm ad finem ultimum. Siquidem, *sicut omnis scientia animæ ordinatur ad fœlicitatem, tanquàm ad finem ultimum; ita omnis creaturæ cognitio ordinatur ad cognitionem DEI, ut finem ultimum.* Quartò, quis prolabitur in vitium Curiositatis, quando investigat scientiam, quæ propriam excedit facultatem cum periculo incidendi in errores. Quapropter admonet Spiritus sanctus: *Altiora te ne quæsieris.*

Cajet. q. 167. a. 1.

Epist. ad Damasc.

Cajet.

Eccles. 3.

Hoc

Hoc Curiositatis vitium non solùm respectu cognitionis intellectivæ; verùm etiam comparatione cognitionis sensitivæ datur: & est, quando *abutimur sensitiva cognitione*, non dirigendo eam ad talem finem, ad qualem ordinatur à Natura, nimirùm, *ad sustentandam vitam*, ad procuranda vitæ necessaria, & ad subministrandam materiam intellectionis ipsi intellectui. Quare, quotiescunque occupamur cognitione aliqua sensitiva (*ut si video canem currentem post leporem*) nec ullum ex eâ percipimus emolumentum, seu corporis, seu animæ, neque quod cedit in gloriam Dei, talis cognitio est vitiosa & curiosa.

S. Aug. lib. 10. c. 35.

6. Circa praxin hujus virtutis, primò, eligenda est materia, quæ competat conditioni personæ quæ studet. Materia communis omnibus, & quæ semper præ oculis habenda est, juxta S. Antoninum, est studium Sacræ Scripturæ: idque probat per dictum illud D. Hieronymi asserentis: *Divina Scriptura semper in manibus & jugiter in mente voluatur.*

D. Hieron. apud S. Antonin.

Secundò, quod attinet ad modum studendi & cognoscendi: quamvis juxta doctrinam Cajetani, uti supra dictum fuit, non sit necesse, explicitè ordinetur cognitio creaturarum ad cognitionem Dei; sed sufficiat, si implicitè & virtualiter id fiat, in quantum creaturæ ex natura suâ sunt *gradus ad Deum*; nihilominùs pro majori augmento meriti, perfectionisque acquirendo multùm proderit hæc ordinatio actualis. Etenim, quemadmodùm nullus hæret, aut manet quietus & firmus in scala materiali; sed solùm per transit illam; ita in cognitione creaturarum, quæ sunt veluti scala, per quam devenitur ad earundem Creatorem, non oportet hætere & persistere; sed, transeundo per eas, Deo deinde inhærere, & in eodem quiescere debemus.

Tertiò, seriò invigilandum est, ut benè utamur cognitione sensitiva. Quia *sensus est propter intellectum, & intellectus propter Deum*: ergò ex eo, quod oculis, auribusque percipimus & sensitimus, bonam aliquam cogitationem & conceptum intellectus eruere, & eum

eundem denique ad cognitionem & amorem Dei ordinari debemus.

Quartò, suffragio virtutis hujus Studiositatis non tantùm affectum & applicationem à materia inutili & vana retrahamus, & avocemus; verùm etiam eundem animum materias utiles & convenientes inciteamus & inflammemus, oportet; ne Curiositas nos pertrahat ad id, quod vitiosum est, ne Negligentia nos ab eo, quod rectum est, removeat.

Quintò denique, debemus mediante hac virtute procedere cum ordine: ac primo loco, & majori cum affectu & diligentiâ oportet studere illis, quæ *sunt propinquiora salutis:* pluris faciendo virtutem, quàm scientiam: pluris æstimando amorem Dei, quàm cognitionem Dei in Scholis præceptam.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



INDEX

Capitum & Materiarum, quæ ac tertia parte Itineris Cœlestis comprehenduntur.

Quomodo impugnanda ac evincenda sint Dæmonis tentationes, declaratur exercitio primo. pag. 2

Caput 1.

De necessitate tentationum. ibid.

cap. 2.

De utilitate tentationum. 4

cap. 3.

De medijs pro superandis Dæmonis tentationibus, ac primò de sancta Fide. 10

cap. 4.

De alio medio Humilitatis. 13

cap. 5.

De Tertio Medio, quod est Oratio. 16

cap. 6.

De Quarto Medio, quod est Devotio erga Sanctissimum sacramentum. 19

cap. 7.

De Quinto Medio, quod est recursus ad plagas & vulnera Christi. 22

cap. 8.

De Sexto Medio, quod est Invocatio B. Virginis. 24

cap. 9.

De septimo & ultimo Medio, quod est recursus ad Angelum nostrum Custodem. 28

In quo consistat verum gaudium, Exercitio secundo declaratur. 33

INDEX.

Caput 1.

Verum gaudium reperitur in Deo, non in creaturis.

cap. 2

Eadem veritas aliis suadetur rationibus.

cap. 3.

Eadem veritas sacræ scripturæ, sanctorumque Patrum authoritate probatur.

cap. 4.

De proprietatibus veri gaudii falsò oppositis.

cap 5.

De Mediis, quibus continuum acquiratur gaudium.

In quo sita sit perfecta religiosorum, Consiliorumque Evangelicorum observantia, ostenditur Exercitii

Cap. 1.

Introducitur breve schema Hominis religiosi, religiosæ professionis.

cap. 2.

De praxi seu exercitio perfectionis votorum in communi.

cap. 3

De perfecta observantia votorum in particulari, & primo de perfectione voti Paupertatis.

cap. 4.

De perfectione voti Castitatis.

cap. 5.

De perfectione voti obedientiæ.

cap. 6.

De reflexione super vota.

cap. 7.

Proposita.

cap. 8.

Reflexio super regulas.

cap. 9.

De Consiliis Evangelicis.

cap. 10.

De zelo animarum.

cap. 11.

De modo conservandi cum proximo.

cap. 12.

Officio Confessarii. 92

cap. 13.

Officio Concionatoris. 95

De Virtutibus in communi, & de mediis quibus eadem acquiruntur, exercitio quarto quarto tractatur. 98

De Virtutibus in particulari agitur exercitio quinto. 110

Cap. 1.

De Virtute fidei. ibid.

cap. 2.

De Virtute spei. 119

cap. 3.

De Timore Dei. 130

cap. 4.

De Caritate Dei. 136

cap. 5.

De amore suiipsius. 143

cap 6.

De charitate erga proximum. 148

De quatuor virtutibus moralibus instituitur exercitium sextum. 160

Cap. 1.

De Prudentia. ibid.

cap. 2.

De Virtute Iustitiæ. 165

cap 3.

De Virtute Religionis. 170

cap 4.

De Virtute Pietatis erga parentes. 175

cap. 5.

De Virtute Observantiæ erga superiores. 178

cap 6.

De Virtute Obedientiæ. 180

cap. 7.

De Virtute Gratitudinis. 183

cap.

cap. 8.
De virtute Iustitiæ vindicativæ.
cap. 9.
De Virtute Veritatis, seu Veracitatis.
cap. 10.
De Virtute Affabilitatis.
cap. 11.
De Virtute liberalitatis.
cap. 12.
De Virtute Fortitudinis.
cap. 13.
De Virtute Magnanimitatis.
cap. 14.
De Virtute Magnificentiæ.
cap. 15.
De Virtute Patientiæ,
cap. 16.
De Virtute Perseverantiæ.
cap. 17.
De Virtute Temperantiæ.
cap. 18.
De Virtute Continentiæ.
cap. 19.
De Virtute Mansuetudinis, & Clementiæ.
cap. 20.
De Virtute Modestiæ.
cap. 21.
De Virtute Humilitatis.
cap. 22.
De Virtute Studiositatis.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ITER COELI,

Siuè

Exercitia Spiritualia,

Quibus

Itur ad Cœlum.

PARS QVARTA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EXERCITIVM PRIMUM.

De Deuotione erga Passionem Christi D. N.

CAPUT I.

In quo consistat hæc Deuotio.

2.2 q.82. art.2.

DEuotio hæc præcipuè consistit in imitatione: etenim, vt docet S. Thomas, non solùm promptam dicit voluntatem ad famulatum & obsequium Dei, & actus religionis; verùm etiam affectum paratum ad vnionem cum Deo, & est actus charitatis, cuius munus & officium est transmutare amantem & in rem amatam, quod fit per imitationem. Hic ipsissimus Passionis Christi finis extitit, vt suo, ut mirùm, exemplo nos transformaret in Deum. *Finis Passionis redemptio & exemplum, vt quos habebat redemptionis seruos, haberet quoque conuersationis discipulos.*

3 p. q.46. art 4.

S Greg p.1. past c.31.

Porrò huiusmodi imitatio, secundum Basilium, externa, & interna Christi opera, & hæc præsertim respiciat, necesse est. Imitandæ quidèm sunt nobis actiones Christi corporales; at plùs in particulari actiones spirituales animæ, quales sunt virtutes mansuetudinis, humilitatis, benignitatis &c. quibus nostræ creationis fini, qui est imitari virtutes Dei, satisfacimus, & dùm eas-

...n imitari non valemus in inuisibili Diuinitate, imite-
...ur illas in Humanitate visibili Christi. Reformare
...d poterat Diuinitas, quemadmodùm optimè notat
...Bernardus, imaginem nostram per peccatum deprauа-
...m, nisi nostræ sese vniret plumbo Humanitatis. Hæc
...ma Sapientiæ ais est, Diuo inprimis Augustino visa
...penda, vt adinuenerit modum & methodum coadu-
...di visibilitatem hominis cum imitabilitate Dei.
...ius sine altera minimè nobis sufficiebat: etenim
...solus *imitandus erat*, at *visibilis non erat*: homo
...*imitandus non erat, & visibilis erat*: vt igitur ha-
...mus exemplar imitabile, pariter & visibile, *Deus fa-
...est homo.* *Serm 22. de Mar.*

Praxin huius imitationis docuit nos Apostolus his
...bis: *Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem
...m: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusio-
...ntemptâ, atque in dextera sedis Dei sedet.* E quibus
...bis quinque eruuntur actus à nobis exercendi. *Hebr. 12 & S. Thom. ibid.*

Primus, *Aspice*, considerando & meditando Chri-
...m crucifixum, *& suspirabis, & gratias ages*, secundum
...ernardum, formando actus contritionis, gratiarum-
...actionis, dicendo semper corde, vel etiam ore: Do-
...e, gratias tibi ago, & à te precor veniam.

Secundus, *Abstine*, ab omni sorte consolationis non
...essariæ, ad exemplum Christi, qui *abstinuit ab omni
...dio, & nunquam sibi complacuit.*

Tertius, *Sustine*, cuncta mortificationis genera,
...isti motus exemplo, qui *sustinuit crucem confusione
...emptâ.*

Quartus, *Gaude*, propter spem præmii, ad exemplum
...isti, qui *sustinendo crucem promeruit gloriam, atque in
...ra sedu Dei sedet.*

Quintus, *Trahe*, alios ad eandem deuotionem & imi-
...onem, ad exemplum Christi dicentis: *Cùm exalta-
...fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* *Ioan. 12.*

Et, vt paucis plura complectar, in eo hæc consistit
...atio, vt Christo associatus in eadem cruce confixus
...istas, dicendo cum Apostolo: *Christo confixus sum
...i*: procurando, quantùm mediante Diuinâ gratiâ
...potest, vt vndequaque & in omnibus te conformes *Galat. 2.*

Crucifixo. Primò conformabis te membris Christi: secundò sensibus: tertiò potentiis animæ: quartò virtutibus: quintò morti. Et in hisce ipsum imitaberis, cogrando, *à quo abstinuit? quid sustinuit? quid promeruit?* velut bene obseruat S. Thomas. v.g. contemplando sacratissimum caput Christi, considera, quomodo *obtinuit* coronis ipsi à Mundo oblatis: *sustinuit* coronas spineas & contumelias eidem oblatas & donatas à Patre: *promeruit* coronam æternæ gloriæ sedens ad dexteram eiusdem Patris sui: & sic discurrendo per alia Christi membra, sensus, potentias &c. procura ipsum imitari affectu sanè & desiderio, si non in effectu. Hi veri sunt censendi deuoti erga Passionem Christi, crucifixi, nempe, in Christo: quemadmodum idemmet Christus reuelauit cuidam Religioso, vt refert Cæsarius, qui simul subiungit, tres clauos esse tres virtutes, videlicet, Humilitatem, Patientiam, & Obedientiam. Clauus Humilitatis crucifigit pedes, clauus Patientię manum sinistram, clauus Obedientię dexteram, malleus incutiens hos clauos est desiderium gloriæ, & timor inferni.

Sup. Epist. B. Paul. Hebr. 12.

Cæsarius lib. 8. c. 18.

Caput II.

De Necessitate huius Imitationis.

Ephes. 1. PRimò necessaria est propter modum prædestinationis nostræ. *Prædestinauit nos Deus*, inquit Apostolus, *in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum.* Non tantùm, vt notat S. Thomas, *per Christum, id est, per merita Christi*, verùm etiam *in Christum*, scilicet, cum imitatione Christi. Quemadmodum enim Christus Dominus duplici prædestinatus fuit prædestinatione (vt ad gloriam, tanquam ad finem; alterâ ad Crucem, tanquam ad medium) ita nos quoque.

Secundò necessaria est propter creationem nostram. Etenim esse creatũ ad imaginem Dei idem prorsus est iuxta S. Thomam quod ad imitationem Dei. Et S. Bernardus ait: *Oportet quod ad imaginem est, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare.*

Tertiò

Tertiò imitatio hæc necessaria est propter conditio- S.Thom, 3 p.
nem ipsiusmet Passionis D.N. quæ, secundum S. Tho-
mam, *operatur per modum causæ vniuersalis*, postulantis,
producendi effectus ergò concursum causarum particu-
larium, veluti patet in Sole. Vndè virtus Passionis Christi
nisi mediis sanctissimis Sacramentis *ex opere operato*,
mediantibus virtutum exercitiis *ex opere operantis*,
applicatur.

Eandem hanc necessitatem suadent & probant tituli,
quibus Christus Redemptor noster appellatur condeco-
ratus: *Caput nostrum, Frater. Idea.* Ergò si Christus est Coloss 1.
caput, & nos membra, tanquàm membra conformare
debemus Christo Capiti nostro, ipsumque imitari,
primò in Cruce, deindè in gloria. Propterea dicitur in S.
Evangelista Joanne: *Solus Christus ascendit in cœlum*: Cap 3.
ut docet S. August. nos nõ nascẽdemus, *nisi facti*
membra. Et si Christus est Frater noster primogeni-
tus, Filius naturalis Patris; nos Filii adoptiui ipsum imi-
tari debemus: siquidem iuxta S. Thomæ principium, S Thom. 3
participatiuum est tale per imitationem essentialis; *Sic* p.q 3, art. 8
ignitum est tale per ignem. Et si est Idæa nostra creatiua
& reformatiua, ipse quoque nobis imitandus est, nam
ea eundem S. Doctorem *per eandem formam artis, quâ*
formatur vas, si collapsum fuerit, restauratur. Deniq; in-
tulitur Christus titulo Domini & Magistri, vt nos serui
discipuli ipsius vestigiis insistamus; *Exemplum dedi* Ioan 13.
vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.

Hunc in scopum collimabat Saluator docens & ex-
portans frequenter discipulos suos, vt Passionis suæ me-
moriam, à qua huiusmodi dependet imitatio, indelebili
ac tactere cordibus suis gererent insculptam. De Chri-
sto ait S. Marcus; *Docebat autem discipulos suos, & dice-* Cap. 10.
bat illis quoniam Filius hominis tradetur in manus homi-
num, & occident eum, & occisus tertia die resurget; at illi
ignorabant verbum & timebant interrogare eum. Et in S.
Marco ipsemet Christus suis dixit discipulis, *Ponite vos* Cap. 9.
in cordibus vestris sermones istos; Filius hominis futurum
est, vt tradatur in manus hominum; at illi ignorabant ver-
bum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud,
& timebant eum interrogare de hoc verbo. Erat ipsis ab-
scondituũ, ait S. Chrysost. quia doctrinæ huius, quam tra-

Christus, corticem solùm intelligebant, non [illegible]bant, nec capiebant Passionis mysterium, quan[illegible]nem suum & emolumentum, quod causat in [illegible] tempore verò Pentecostes cum aduentu Spiritus [illegible] Apostolis reuelatum fuit hoc mysterium.

In aliis quoque S. Scripturæ locis frequenter hoc idem repetebat mysterium, & inculcabat Apostolis, [illegible]uti in S. Matthæo: *Secretò dicebat illis: Filius hominis tradetur Gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum & tertiâ die resurget.* Et in aliis locis similibus, vt, sicuti notat & aduertit S. Chrysostomus, *Passionis mysterium frequentiùs repetitum altiùs in mente discipulorum insideret.* Eandem Passionis Christi memoriam commendat plurimùm Scriptura veteris testamenti: *Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthii & fellis.* Respondet anima Christiana: *Memoriâ memor ero, & tabescet in me anima mea.* Huius enim memoriæ subsidio deficit animus, inordinatus, videlicet, eius affectus. Eandem doctrinam tradiderunt omnes sacri Doctores & verbis, & exemplo. Quocircà pium S. Anselmi secutus consilium & monitum, propositum formalis, vt hæc memoria *sit continuum viaticum tuum, quia per hoc, & non nisi per hoc, & tu manebis in Christo, & Christus in te, & in futura vita plenum erit gaudium tuum.*

Cap. 20.

S. Chrysost. in hunc locum.

Thren. 3. 15

Thren. 3. 20

S. Anselm. lib. 1. medit. c. 5.

Caput III.

De effectu huius imitationis, quæ est Beatitudo nostra in terris, securaq; arrha & participatio Beatitudinis futuræ.

DUo sunt obiecta nostræ Beatitudinis: Christus in throno Crucis, qui est obiectum Beatitudinis [illegible] & Christus in throno gloriæ, qui est obiectum Beatitudinis patriæ. Beatitudo namque nihil aliud est, quam perfecta quædam possessio & imitatio nostri finis, [illegible] exemplaris, quod in terra aliud non est, nisi Christus crucifixus. *Exemplum dedi vobis, vt, quemadmodum*

Ioan. 13.

feci, ita vt vos faciatis. *Christus passus est pro nobis,* S. P. t. 1. 2.
bis reliquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Si, 14. 1. 3.
facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud De-
, in hoc enim vocati estis. Si quid patimini propter
iam, Beati. Quod si duas velimus distinguere
tudines in terra, dicemus Christum crucifixum no-
m esse Beatitudinem obiectiuam: tribulationem
Crucem, quæ Christo crucifixo nos coniungunt, esse
tudinem formalem. Insuper, Christus simul est
& Vita (*Ego sum via, veritas & vita*) Via, secundum Ioan. t. 4.
manitatē passam: Vita, secundū Humanitatē glorifi-
Imitatio illius, tanquam Viæ, beatos nos efficit in
Imitatio & fruitio ipsius, tanquā Vitę, nos reddet
in cœlo. Hęc fuit illa sublimis doctrina, quā Deus
Moysen. *Videbis posteriora mea faciē autem meam* Exod 33.
poterit. Cetera Moyses Beatitudinē patriæ, vi-
claram Dei Respondit ei Dominus: hæc est Bea-
quæ te expectat in altera vita: in præsenti *poste-*
mea videbis beatus eris, ast Beatitudine viæ quo-
que te conformaueris futuræ meæ Humanitati.
Hæc est igitur excellentia tribulationis & crucis: vt
tantum in futura vita, verum etiam in præsenti ad
vitam animos nostros erigamus & sublevemus.
si causam quispiam expeteret, responderet Caie-
quia mala pœnæ assumpta à Verbo in propria perso- 3 p q. 46.
Deificata: vnde mirum non est, quod eorun- art. 1.
malorum pœnæ participes effecti, beatificemur ac
ficemur. Quapropter idem Doctor subiungit:
tio post Passionem Christi *facta est amabilis, de-*
bilis, atque delectabilis secundum seipsam; sed ani- S. Thom.
homo non percipit quæ Dei sunt: palato enim non ibid.
pœna est panis, qui sano est suauis: & oculis ægris
lux, quæ puris est amabilis.
Tribulatio non solùm Beatitudinis præsentis gaudet
legio; sed etiam arrha secura est Beatitudinis fu-
Ibi est secura expectatio futuræ Beatitudinis, vbi S. Leo serm.
participatio Dominicæ Passionis. Vnde tribulatio de Pass.
appellatur flos, qui producit fructum æternæ vi-
Afflictiones flores sunt bonorum, quæ exspectamus. Nazianz.
non solùm arrha est, sed participatio etiam futuræ

1.2.q.96. art.2. Gloriæ. Duas S. Thomas distinguit species Beatitudinis meriti, nimirum, & participationis tribulatio ante meretur duntaxat Beatitudinem futuram; verum communicat quoque animabus consolationem spiritualem, quæ est illius participatio. *Sicut abundant* dicebat Apostolus, 2. Cor. 1. *Passiones Christi in nobis; ita & per Christum abundat consolatio nostra.* Et alibi; *Superabundo gaudio in omni* 2. Cor. 7. *tribulatione nostra* Et Psalmista; *Secundùm multitudinem* Psal. 93. 19. *dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* Quod idem est dicere; iuxta mensuram mortificationis carnis crescit consolatio spiritus.

Ex hucusque dictis colligitur, qua ratione Imitatio Christi sit necessaria, quamque gloriosum sit, nosque efficiat beatos pati pro Christo. Quapropter tam enormium tribulationum occasiones, quæ nobis obtinguntur, minimè fugiendæ sunt; sed tanquam gratiæ magnæ Dei suscipiendæ, non solùm patienter, sed etiam lætanter, atque, quantùm fieri potest, secundùm superiorem partem animæ. Et ad imitationem animarum purgatorii, ita De 3. gen. 60 fol. 88. inquit S. Bernardus, non, quia patimur attristari, sed potius gaudere & lætari debemus; hisque namque pœnis mediantibus transimus ad gloriam. Et quamvis interdum nostra secundum partem inferiorem possimus aliquam tristitiæ indulgere locum; attamen plùs nobis gaudendum secundùm partem superiorem, propter bona inæstimabilia, nostramque Beatitudinem, quam nobis confert tribulatio. Pone tibi ob oculos Christi crucifixi imaginem; attente considera, vt tuæ in terra Beatitudinis obiectum; inspice & respice externas corporis plagas, dolores internos animæ. Exemplar est, quod tibi imitandum proponitur; & quantùm aberis ab hoc imitatione, tantundem distabis à tua Beatitudine & perfectione. *Aspicientes*, igitur, *in auctorem fidei*, amplectamur veram Passionis Christi deuotionem, quæ consistit in imitatione, *aspiciendo, abstinendo, & sustinendo*, velut supra dictum est, per merita Sanguinis Christi, eiusque sanctissimæ Matris, Amen.

Sequitur compendium quoddam Passionis, meditationis inseruiens, cum alia quadam meditatione per singulos dies septimanæ distributa, ac modo me-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...di S. Bonauenturæ. Quibus subnectitur Deuotio se-
...cum effusionum Sanguinis Redemptoris nostri.

Cap. IV.

Compendium Dominicæ Paßionis.

In Cœna.

1. Lauit pedes, & ad Petrum repugnantem dixit; *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Ioan. 13.

2. Docet verbo, quod prius docuerat exemplo. *Scitis, quid fecerim vobis. Vos vocatis me Magister & Domine; & bene dicitis; sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus, & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, &c.* Matth 26.

3. Notat proditorem. *Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est.* Et interrogatus à Ioanne, respondet Dominus; *Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et dedit, & post buccellam introiuit in eum Satanas.* Væ accipientibus intinctum panem consolationis in hac Vita. Ioan 13.

4. Contendunt Apostoli de primatu, Exhortatur Dominus ad Humanitatem exemplo sui, & promissione præmii. *Reges Gentium dominantur; vos autem non sic; sed, si quis maior est in vobis, fiat sicut minor. Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.* Luc. 22.

5. Prædictio proximæ Passionis. *Cùm ergò exisset Iudas, dixit Iesus; Nunc clarificatus est Filius hominis; & Deus clarificatus est in eo. Et Deus clarificabit eum in semetipso, & continuò clarificabit eum.* Ioan. 13.

6. Mandatum de Charitate. *Mandatum nouum do vobis; vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, & vt vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Ioan. 13.

7. Prædictio negationis Petri. *Quò ego vado, vos nõ potestis venire.* Simon Petrus: *Domine quò vadis? Iesus; Quo*

vado, non potes me modò sequi, sequeris autem postea. Petrus; *Quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam.* Respondit ei Iesus: *animam tuam pro me pones? Amen, Amen dico tibi; non cantabit gallus, donec ter me neges.*

Luc. 22. 8. Institutio Eucharistiæ. *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequàm patiar. Dico autem vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei.* Et intellige de manducatione spirituali, per fruitionem, vt in Gloria. *Et accepto pane, &c. dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.* Similiter de Calice. Et Iudas erat in mensa.

In Via.

1. Prædictio scandali, & perturbationis. Hymno
Matt. 26. *dicto, exierunt in Montem Oliueti. Tunc dicit illis Iesus:*
Matt. 14. *Omnes vos, &c.* Petrus: *Si oportuerit simul commori tibi, non te negabo.* Similiter & omnes dicebant. Et Petro prædicitur negatio. Ait autem Dominus: *Simon,*
Luc. 22. *Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Et dixit eis:
Luc. 22. *quando misi vos sine sacculo, & perâ, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergò eis: Sed nunc, qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, quæ sunt de me finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic: At ille dixit eis: Satis est.* Hoc dixit tentans eos, quomodo crederent eius omnipotentiam: Sicut cum dixit ad Philippum, *vnde emamus panes?* vbi subdit Euangelista, *hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.*

2. In sermone post cœnam exhortatur Discipulos, eisque varia virtutum documenta impertitur. 1. Ad fidem. *Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Creditis in Deum,*
Ioan. 14. *& in me credite.* 2. Ad spem. *In domo Patris*

mei mansiones multa sunt. *Vado parare vobis locum.* Ad Charitatem *Si diligitis me mandate mea seruate.* Ad pacem. *Pacem relinquo vobis; pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.* 5. Ad vnionem cum Christo. *Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à temetipso, nisi manserit in vite: Sic nec vos nisi in me manseritis.* 6. Ad Charitatem fraternam *Hoc est praeceptum meum: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hâc dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* 7. Ad ferendas iniurias. *Si mundus vos odit; Scitote, quia me priorem vobis odio habuit.* 8. Promissio Paracliti. *Expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos* Promissio æterni gaudii. *Tristitia vestra vertetur in gaudium: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* 10. Promissio exauditionis à Patre. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* 11. Oratio pro glorificatione. *Pater, venit hora, clarifica Filium tuũ, vt Filius tuus clarificet te. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam. & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum claritate, quã habui, priusquã mundus esset apud te.* 12. Oratio pro salute Apostolorum. *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi; vt sint vnum, sicut & nos. Pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate.* 13. Oratio pro salute omnium fidelium. *Non pro eis rogo tantùm: sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem Mundi.*

Ioan. 15.

Ioan. 15.

Ioan. 15.

Ioan 16.

Ioan. 16.

Ioan. 17.

In Horto.

Primò pro nobis contristatur. 2 In oratione prosternitur. 3. Ab Angelo confortatur. 4. Sudore sanguinis perfunditur. 5. Osculo traditur. 6. A Discipulis derelinquitur. 7. A Iudæis apprehenditur & ligatur.

In

In Domo Annæ.

1. Interrogatur de doctrina, & de Discipulis

Ioan. 18. 2. Respondet: *Ego palam locutus sum mundo: ecce hi sciunt quæ dixerim.*

3. Percutitur alapa. *Sic respondes Pontifici?*

In Domo Caiphæ.

1. Terà Petro negatur.

Ioan. 18. 2. Accusatur, & multi testimonium falsum dicebant aduersus eum, & Iesus tacebat, & nihil respondit.

3. Adiuratur *Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei.*

Mar. 14. *Dixit illi Iesus: Tu dixisti. Ego sum, & videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.*

4. Iudicatur reus mortis. Sacerdos scindit vestimenta sua, dicens: *Quid vobis videtur? Reus est mortis.*

5. Conspuitur, velatur, colaphis, & alapis cæditur.

In Domo Pilati.

Luc. 23. 1. Accusatur. *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse.*

Matt. 27. 2. Nihil respondit. *Et cum accusaretur à Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil respondit, ita vt Præses miraretur vehementer.*

3. Examinatur. *Tu es Rex Iudæorum?* Respondit Iesus: *Regnum meum non est de hoc mundo. Ergo Rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.*

Ioan. 18.

4. Innocentia Christi. *Dixit Pilatus ad Principes Sacerdotum, & turbas: nihil inuenio causæ in hoc homine.*

Luc. 23.

5. Magis accusatur. *At illi instabant, dicentes: Commouet populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc.*

Luc. 23.

In Domo Herodis.

1 Interrogatus nihil respondet.
2. Accusatur à Principibus Sacerdotum, & Scribis.
3. Spernit illum Herodes cum exercitu suo.
4. Illuditur veste albâ, & remittitur ad Pilatum. *Luc. 23.*
5. Facti sunt amici in ipsa die Herodes & Pilatus.

In Domo Pilati.

1. Declaratur innocens. *Nullam inuenio in eo causam, sed neque Herodes.*
2. *Vultis, dimittam vobis Regem Iudaorum? Non hunc, sed Barabbam.*
3. Dixit tertiò. *Quid mali fecit? Nullam in eo inuenio causam.* Magis instabant, vt crucifigeretur. *Ioan. 18.*
4. Flagellatur.
5. Spinis coronatur, purpurâ induitur, & arundo ponitur in dextera eius.
6. Conspuitur. 7. Percutitur eius caput arundine. *Matth. 27.*
8. Et salutabant genuflexi, & illudentes dicebant. *Aue Rex Iudæorum*, & dabant ei alapas. *Matth. 15.*
9. Ostenditur populo: *Ecce Homo.*
10. Condemnatur. *Tradidit illu Iesum, vt crucifigeretur.* *Ioan 19.*
11. Exiuit baiulans sibi crucem.
12. Adiuuatur à Cyreneo: *Luc. 23.*
13. Conuertitur ad mulieres. *Nolite flere super me, sed super vos.*

In Monte.

1. Potatur vino. *Dabant ei bibere myrrhatum vinum, cum fel: mistum: & cum gustasset, noluit bibere.* *Marc. 15.*
2. Crucifigitur, & cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus a sinistris. *Mar. 15.*
3. Diuidunt vestimenta.
4. Ponunt titulum.
5. Blasphemabant *Alios, aluos fecit: seipsum saluum facere non potest. Descendat nunc de cruce, & credimus ei.*

6. Te-

Ioan.17.

6. Tenebræ ab hora sexta ad horam nonam.

7. Stabat Mater Iesu iuxta Crucem.

8. Septem verba: Orat, Promittit, Commendat. Sitio. Derelictus, Consummatum, Moritur.

9. Prodigia in morte Christi, in velo scisso, terra mota, petris scissis, monumentis apertis, resurrectione mortuorum.

10. Propter hæc, quæ fiebant, conuertitur Centurio dicens: *Verè Filius Dei erat iste*, & turbæ percutientes pectora sua reuertebantur.

11. Lancea latus eius apertum, & continuò exiit sanguis & aqua.

12. Deponitur de Cruce, & sepelitur à Ioseph ab Arimathia, in sepulchro suo nouo, quod excederat in petra.

13. Et munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

CAP. V.

Meditatio Passionis Christi.

Pro Die Dominica.

Christus in Horto: Timet, Orat, Exhortatur.

1. Cœpit pauere, & tædere, contristari, & mœstus esse.

Non mea, sed tua voluntas fiat.

3. Quid dormitis? surgite, vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem.

Pro die Lunæ.

Christus in domo Annæ. Examinatus. Alapis cæsus. Corrigit.

1. Pontifex interrogauit Iesum de discipulis, & de doctri-

doctrina. Respondit Iesus: Ego palam locutus sum mundo.

2. Vnus ministrorum dedit ei alapam dicens: Sic respondes Pontifici?

3. Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem benè, quid me cædis?

Pro die Martis.

Christus in domo Caiphæ. Coniuratus. Illusus. Negatus.

1. Princeps Sacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei. Dicit Iesus: Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.

2. Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis. Et illuserunt ei, pueris, colaphis, palmis, velamine, blasphemiis.

3. Respondit Petrus: Non noui hominem; confirmauit idem iurando & detestando.

Pro die Mercurii.

Christus in domo Pilati. Quæstio & Responsa contra Christum. Eiusque silentium.

1. Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?

2. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, prohibentem tributa Cæsari, & dicentem, se Christum Regem esse.

3. Summi Sacerdotes accusabant eum in multis Iesus autem nihil respondebat, ita, vt miraretur Præses vehementer.

Pro

Pro die Iouis.

Christus in domo Herodis & Pilati. Illusus, Postpositus, Condemnatus.

1. Spreuit illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste albâ, & remisit ad Pilatum.

2. Responderunt ad Pilatum: Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabbam.

3. Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Milites plectentes coronam de spinis, &c. Tradidit eum Iesum, vt crucifigeretur.

Pro die Veneris.

Christus in monte Caluariæ. Baiulat Crucem. Crucifigitur. Lanceâ latus eius aperitur.

1. Baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum.

2. Et crucifixerunt eum, & cum eo duos latrones, vnum à dextris, & alium à sinistris. Et stabat Mater Iesu iuxta Crucem.

3. Vnus militum lanceâ latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua.

Pro die Sabbathi.

Christus in sepulchro. Depositus. Sepultus. Custoditus.

1. Ioseph autem ab Arimathia petiuit corpus Iesu, & depositum inuoluit illud in sindone munda.

2. Posuit illud in monumento suo nouo, quod excauerat in petra, ligatum linteis, cum aromatibus.

3. Et milites abeuntes munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

Modus meditandi, ex D. Bonauentura.

Quis est, qui patitur? qualis est, qui patitur? quantus est, qui patitur? quâ de causâ patitur? qualiformis? quanta sunt, quæ patitur? quid ex hoc consequitur, quod patitur? *Incend. Amoris. c. 2. p. 3.*

1. Considera, Quis est &c.? Deus.
2. Qualis est &c.? Bonus.
3. Quantus est, &c.? Immensus.
4. Qua de causa &c.? Tui amoris.
5. Qualiforma, &c.? Vt agnus.
6. Quanta sunt, &c.? Innumera.
7. Quid ex hoc consequitur, quod patitur? Septem quæque clausa aperta sunt.

Deus admirabilis, Spiritus intelligibilis, Mundus sensibilis, Paradisus desiderabilis, Infernus horribilis, Virtus laudabilis, Reatus culpabilis. Sic per septem quasi gradus ascenditur ad meditationem Christi Crucifixi.

Ex septem insuper profusionibus sanguinis Christi eam qualibet die per septimanam memoria recoles.

Primam in Circumcisione factam.
Secundam sub Oratione facta in horto.
Tertiam, in Flagellatione.
Quartam in Coronatione spinarum.
Quintam quando vestibus fuit spoliatus supra montem Caluariæ.
Sextam in Crucifixione.
Septimam & vltimam, quando lancea latus eius aperta fuit.

Et in qualibet tanquam in efficacissimo balneo exorabis sanctissimam Virginem, vt purificet animam tuam. *Lauare & mundaberis.* 4. *Reg. c. 5.*

Cap. VI.

De Prærogatiuis Passionis Christi.

I.

S. Thom. 3. p. q. 46. art. 12.

EST Passio Diuina. Deus enim est, qui patitur, non ut se; sed in natura humana: nam operatio, siue tractiua, siue passiua, attribuitur personæ, non naturæ, vt ait definitur in Concilio Ephesino: *Si quis non confitetur Dei Verbum passum carne, crucifixum carne, anathema sit.*

Cyrill. 1. Ep. Synod. Conc. Eph.

II.

Est Passio infinita. Etenim si est Passio Diuina procedens à supposito Diuino, necessariò hinc sequitur, eam quoque esse infinitam & valoris infiniti, tàm in merito, quàm in satisfactione & impetratione. Vnde est *infinita personaliter*, quamuis sit finita *naturaliter* in tua natura & entitate.

III.

Est Passio sufficientissima ad satisfaciendum, impetrandum ac merendum gratiam habitualem pro peccatis totius Mundi, aliorumque Mundorum infinitorum, si darentur, & à parte rei existerent.

IV.

S. T. q. 32. art. 1.

Est Causa vniuersalis nostræ salutis. Quare pro efficacia postulat causarum particularium influxum, quæ est nostra cooperatio mediis sanctissimis Sacramentis

Coloss. 1.

exercitiis virtutum. Et in ordine ad efficaciam, *adimplco* (de se ita loquebatur Apostolus) id, quod decrat Passioni Christi. Quapropter porta cœli est porta duarum cruciatuum, quarum vna non aperit absque concursu & subsidio alterius: Crux Christi est nostra: Passio Christi, nostraq; cõpassio & cooperatio simul concurrant, necesse est.

V. Et

V.

Est voluntaria. Quia Humanitas tanquàm organum, [illegible]ium instrumentum Diuinitatis poterat Iudæorum [illegible]tare voluntatem, aut impedire eorum vires, aut na[illegible]m conseruare illæsam ab omni damno & nocumen[illegible] Quare non fuit voluntaria solùm *in acceptatione*; ve[illegible] etiam *in ipsa actuali perpessione*. q. 17. art. 1.

VI.

Est Conueniens, & quidem conuenientissima. Quia [illegible]ante Passione non obtinemus duntaxat salutem; [illegible] etiam efficacissima incentiua ad perfectionem & san[illegible]tatem: veluti sunt amor, exemplum, meritum, Sanguis [illegible]risti, pretium nostræ Redemptionis, victoria contra [illegible]monem, quemadmodum exponit S. Thomas. q. 46. art. 3.

VII.

Est Passio summè dolorosa, tàm quò ad externos cor[illegible], quàm quò ad internos animæ dolores. q. 46 art. 8

Dolores externi fuerunt intensissimi: primò, *ratione* [illegible], vt fuêre spinæ, flagella, claui. Secundò, *ratione* [illegible], dolorosissimi & ratione tactus in summo gradu [illegible]. Tertiò, *ratione puritatis doloris*, omnis nam[illegible] exulabat consolatio &, secundùm aliquos, omne [illegible] gaudium etiam beatificum. Quartò, propter [illegible] Diuinam in peccatum. Quintò, propter odium [illegible]monis in Christum. Et denique, uti nonnulli volunt, [illegible]pter patiendi desiderium augebatur dolor cum in[illegible]tione voluntatis *supra vires instrumenti dol riferi*.

Dolores quoque interni intensissimi fuêre propter [illegible]rehensionem offensæ Diuinæ, damnationis anima[illegible], Passionis & Mortis suæ futuræ.

VIII.

Est Passio summè quoque ignominiosa Ideò n. Crucis

mortem elegit, quia non tantùm summi doloris, sed etiam summæ infamiæ ignominiæque supplicium: tormentum, vt potè, infamibus & facinorosis hominibus debitum. Præterea, vt aduertit S. Thomas, supplicium Crucis erat formidabile simulac execrabile: formidabile, ob summum dolorem, quem apportabat: execrabile, propter summam ignominiam. Et secundùm Caietanum, quamuis dolor Christi finem cum Morte eius acceperit; infamia nihilominùs & ignominia in opinione hominum remansit, & minimè finita fuit: siquidem multi Christum non purum hominem duntaxat; verùm etiam seductorem ac falsarium existimarunt: vt nos doceret, qua ratione mortificandum esset desiderium famæ & gloriæ humanæ.

q. 46. art. 2.

IX.

Passio continua. Quia à principio suæ Conceptionis sumpsit exordium, quantum ad passionem & apprehensionem dolorum internorum, offensarum Dei, damnationis hominum, Mortis & Passionis suæ futuræ. Quapropter cùm loquitur in S. Evang. Marco de Calice Passionis suæ, non loquitur de eo, tanquàm de re futura, sed tanquàm de re præsente: *Potestis bibere Calicem, quem ego bibo?*

Marc. c. 10

X.

Passio mortalis, quæ Christo intulit mortem. Etenim, vt docet D. Angelicus, optimus modus pro alio satisfaciendi est, si eam in se suscipiat pœnam, quam alter promerebatur. Qua de causa Christus pro nobis cupiens satisfacere, voluit acceptare mortem, quam nos promerebamur. Ac propter eandem rationem subdit S. Thomas, voluit anima eius descendere ad infernum: quia homo per peccatum non mortem duntaxat, sed etiam descensum in abyssum inferni promeuerat. Et hoc intelligendum de Morte Christi *in fieri*, quæ est cadem cum Passione: tunc enim anima, quæ est principium meriti, adhuc erat in corpore; & non de Morte in facto

q. 50. art. 1.

se, quo tempore in corpore Christi non erat anima, sed
tum Diuinitas, ac proinde nostram salutem causare
non poterat per viam meriti, sed tantùm per viam effi-
cientiæ. q. 47. art. 2.

XI.

Passio præcepta à Patre, *& sub præcepto.* Siquidem
Christus tanquàm homo Patre inferior erat: ergò tan-
quàm homo præceptũ habere poterat. Et quod de facto
habuerit, apertè testatur S. Scriptura: *Sicut mandatum* Ioan. 14.
dedit mihi Pater, sic facio. Potestatem habeo ponendi Ioan 10.
animam meam, & iterum sumendi eam. Et hoc man- Philip. 2.
datum accepit à Patre, factus obediens vsque ad mortem.
Et obedientia formalis supponit præceptum. Et hoc
præceptum patiendi & moriendi pro nostra salute fuit
Christo intimatum, ab eoque acceptatum in instanti
Conceptionis suæ mediante scientiâ beatâ & infusâ.

XII.

Passio gloriosa. Quia cedit in summam gloriam &
honorem. 1. Dei. 2. Humanitatis Christi, 3 Hominum,
de iis supra dictum fuit, & in particulari Beatissimæ Vir-
ginis, cui supra omnes reliquos Sanctos applicatum fuit
meritum sanctissimæ Passionis. Vti suo loco dixi.

XIII.

Passio memorabilis. *Recogitate eum, qui talẽ sustinuit* 1. Pet. 4.
à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem. Et:
Christo in carne passo, & vos eâdem cogitatione arma-
mini.

Hæc memoria continua erat in S. Francisco, eamque
tribus suis, præsertim profecturis ad infideles com- Opus. S.
mendabat in hanc formam: *Rogo vos, Fratres, quod ante* Franc. coll.
oculos vestros semper habeatis Dominicam Passionem, quæ 23.
vos roborabit, & ad patiendum pro ipso
fortiter animabit.

XIV.

3.p.q.46. art.5. Passio desiderabilis Cuius rationem adducit Cyrillus, quia mala pœnæ vt à Verbo assumpta in Christo fierunt Deificata, vndè efficiuntur amabilia & desiderabil a: Sicut à contrario ante Passionem Christi exacerabilia & odibilia.

XV.

Passio, mensura nostræ lætitiæ. Quia in tantum nobis gaudendum est, in quantùm communicamus & participamus de Passione Christi, & non vltra, iuxta dictum
1. Petr. 4. Petri Apostoli: *Communicantes Christi Passionibus gaudete: id est, secundùm quod communicatis*, vt explicat Tertullianus. Quasi diceret Apostolus: *In tantum gaudendum, in quantum communicatis: mensura vnius est mensura alterius.* Et rationem illius reddit S. Jacobus
Iacob. c. 1. Apostolus, quia participatio Passionis Christi *est omne & summum gaudium. Omne gaudium existimate, fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis*: in quantum sunt medium propter finem (summi gaudii æternæ gloriæ. Igitur, sicuti spes gloriæ debet esse mensura nostri gaudii & lætitiæ: ita communicatio Passionis Christi, quæ est verisimum medium ad eandem gloriam.

XVI.

Passio Christi, Victoria contra spiritus infernales.
Coloss. c. 2. S. Tho. ib. *Triumphans illos in seipso.* ait Apostolus: *id est, in seipso passo, crucifixo & mortuo*; eâdem namque crucifixione & morte Christus mortem intulit sibi & Dæmoni. Loco verbi huius, *triumphans*, legunt alii, *exemplauit*: dando nobis exemplum, normam & modum, vt exponit Sanctus Thomas, quo vincamus inimicos nostros. (*in seipso*) *vincendo seipsum*: quia *ibi vincuntur inuisibiles potestates, vbi vincuntur inuisibiles cupiditates*: tunc vincitur Dæmon, quando vincuntur & mortificantur nostræ passiones.
August. de Agon. Christian.

XVII.

Ultima prærogativa Passionis Christi est, quod sit consortatio afflictorum & tribulatorum. Spinæ nostra omnia tribulationum *retusæ sunt in capite Christi.* ait Tertullianus, & in eo perdiderunt aculeum: vnde non pungunt, veluti primò pungebant: tùm quia ante Passionem eis inerat æternæ damnationis aculeus; tribulatio namque & afflictio tempore illo quasi infernalium pœnarum principia erat: tùm etiam propter consolationem, quæ propter merita Passionis Christi communicatur vobis in mortificationibus: etenim secundum dictum D Augustini: *omnis consolatio & illuminatio mentis in Cruce, & per Crucem.* *Tertull.* *S. August. Man. c. 21.*

CAP. VII.

Quod verum gaudium reperiatur in Imitatione Passionis Christi.

COmmunicantes Christi Passionibus, *gaudete.* hortatur S. Apostolus Petrus. Ast primâ fronte hæc sententia Apostoli nonnullas patitur difficultates. Primò enim non videtur esse conformis rationi: siquidem tribulatio *est malum*, & malum vt malum nequit esse obiectum amoris & gaudii; sed potiùs odii, doloris & tristitiæ. Secundò, quia neq; etiam est conformis exemplo Christi, qui in horto passus fuit cum tristitia & sine vllo gaudio. Ad hæc respondetur ex doctrina S Thomæ, *1. Pet. 4.* *S. Th. opuse 18. c. 22 p. 1. q. 28. art 2.* esse gaudii species: aliud enim est gaudium affectuum, & est amoris effectus: aliud intellectiuum, & est effectus apprehensionis vtilitatis obiecti. Per hanc distinctionem resoluit idem S: Doctor aliud quoddam gaudium; quomodo, nimirum, Sacramentum Altaris in se ipso sit, *habens omnẽ saporem suauitatis*, cùm nõ omnes ex Communione talem experiantur dulcedinẽ. Præfatâ igitur distinctione satisfacit & respondet, quod *non omnes sapiunt dulcedinem Diuinam per affectum deuotionis; sed omnes sapiunt per intellectum multa vtilitatis.*

Quemadmodùm (& est eiusdem S. Doctoris exemplum) medicina non est dulcis palato corporis; benè quidem palato rationis & mentis, in quantum consideratur aquàm causa salutis & sanitatis. Ad eundem modum communio Passionis Christi non omnibus suppeditat materiam gaudii affectiui (neque de hoc gaudio loquitur S. Apost. Petrus) at omnibus submiistrat materiam gaudii intellectiui, de quo loquitur idem Apostolus, cuncta namque considerare possunt inæstimabiles thesauros Gratiæ, Virtutum, & Gloriæ, quos lucramur in participatione Passionis Christi, & eiusdem communicatione. Meritò igitur nos admonet Apostolus: *Communicantes Christi Passionibus, gaudete*: quando nonnihil pro Christo sustinetis eximium illud & magnum bonum, quod secum confert passio ista, considerate. Et hæc consideratio vocatur gaudium, non solùm, quia esset causa gaudii, nisi tribulatio poneret obstaculum; verùm etiam, quia est gaudium per æquuatentam, tantam tribuens pacem & quietem in passione, ac si anima non tribulatione; sed abundanti adimpleta esset gaudio. Hoc gaudium est in potestate nostra, & tempore, cum volumus, illud habere possumus & est gaudium cõsiderationis, considerando bona tribulationis, nõ persistendo in superficiali apparentia mali eiusdem tribulationis. Verum quantum debet esse hoc gaudium? Respondet S. Iacobus: *Omne gaudium, id est, summum gaudium*: quia *est de summo bono*, quod acquiritur per tribulationem. Et vult dicere, quod sicut bonum, quod quis lucratur per Crucem, est omne bonum, quia est summum bonum; ita æstimatio, pretium, amor, quo quis fertur erga crucem, pariter summus esse debet, & quasi infinitus. Siquidèm iuxta doctrinam Doctoris Angelici, *idem est motus medii & finis*: eodem actu & demque intentione amoris amatur salus & medium propter salutem. In tantum igitur, & cum eadem intentione amoris debeo amare Gloriam & tribulationem, in quantum hæc est medium & causa illius. Quare ad exercitio, quando Dominus mediante quadam tribulatione te Crucis suæ facit participem, si quæras habere gaudium affectiuum, exerce intellectiuum, conside-

1. *Pet.* 4.

Iac. 1.

S. Th. 1.2. *q.* 12. *art.* 4.

ndo vtilitates & emolumenta in Cruce comprehensa. Et reducuntur ad illa tria, iuxta tres actus hierarchicos, tempe, *purgare, illuminare & perficere.* Quia tribulatio te purgat ab omni peccati macula, te liberat à pœna, moderatur passiones tuas, emundat & expurgat cor ab omni affectu creato: insuper illuminat te in cogitatione tui ipsius, eminentiæ Dei, humilitatis & Passionis Christi: Denique te perficit in imitatione Christi, & quo ad pasionem in præsenti, & quo ad gloriam infuturo.

Legitur de quodam sancto Cæco, quod visu miraculose et restituto ad instantiam & preces populi, & exindè eadem plaudente & iubilante populo gratiæ ergò Diuinitus receptæ, ipse solus dolebat, & plangebat, adeò, vt nouas ad Deum fuderit preces, quatenùs *gratiam cæcitatis sibi restitueret*: vti & cum summa sui satisfactione tandem obtinuit. Vbi notanda illa verba (*gratiam cæcitatis*) non eam appelabat molestiam, aut incommodum, vel etiam infortunium; sed gratiam: cognoscebat namque fructum illius & vtilitatem. Pari modo tibi faciendum est, quotiescunque tibi surripitur amicus, sanitas, aut aliis priuaris bonis, considera, totam esse gratiam Dei: gratia est paupertas, gratia est infirmitas &c. ac quasi de tot, tantisque beneficiis & gratiis Deo gratias ages, conformando te in omnibus sanctissimæ eius voluntati. *Specul. exempl.*

Verùm, vt penitùs huius doctrinæ inspiciamus veritatem, cuidam dubio, quod quis adducere posset, respondebitur. Quis status est maioris perfectionis? illius nè, qui patitur aliquid cũ gaudio affectiuo, vel alterius, qui patitur cum solo gaudio intellectiuo? Respondetur hunc secundum statum desolationis, & puræ sufficientiæ esse perfectiorem: tunc siquidem derelicti sumus, non à gratia, sed solùm à Dei consolatione. Et quidem est maioris perfectionis, primò, quia in hoc statu servimus Deo *in veritate, id est, in puritate* gloriæ suæ, & prorsus absque ullo proprio commodo & vtilitate. Secundò, quia sic nos similiores reddimus derelictioni Christi in Cruce, in qua dixit: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* & fuit derelictus non ab vnione, nec à

gratia, sed tantùm à consolatione Diuina. Tertiò, quia in illo magis acquiritur & exercetur humilitas: siquidèm, cùm bona exercemus opera absque perceptione gaudii in voluntate resultandis, & consolationis sensibilis redundantis in appetitum sensitiuum; humiliamus nos, operamurque, ac si non operaremur. Quemadmodùm si quis se cibo reficeret, nec tamen aduerteret, vel dormiret; cibi sentiret quidèm effectum, quamuis non se cibo refectum fuisse existimaret. Hinc originem ducit Humilitas Sanctorum: etenim in hoc statu totalis derelictionis & desolationis nullam percipiunt consolationem ex virtutis exercitio, id est, esto egregia peragant virtutum opera, nihil tamen se fecisse opinantur.

Chron. lib. 2. c. 48. Concludam hoc caput celeberrimâ illâ S. Francisci doctrinâ datâ fratri Leoni Perusio proficiscenti ad B. Virginem Angelorum, videlicet perfectum gaudium non consistere in gratiis gratis datis, neque in cognitione omnium scientiarum, neque in locutione Angelica, vel etiam in conuersione totius Mundi; sed in perfecta patientia in tribulationibus habenda, contemplando exemplum Christi, consierando etiam, quod tribulatio illa nobis detur propter peccata nostra, nec non Deus sit causa illius, aut permittendo, aut ordinando illam. Et hanc illius dabat rationem: quia omnes illæ gratiæ proueniunt à Deo, & sunt aliquid Dei, vndè nec in illis gloriari possumus; ast pati, sufferre & tolerare patienter, est res nostra (cum gratia Dei) ac propterea in hoc gaudere & gloriari possumus. Vndè dicebat Apostolus: 2. Cor. 12. Gal. 6. *Non gloriabor* in gratiis gratis datis, sed *gloriabor in infirmitatibus meis* (in tribulationibus.) Et *Absit mihi gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.* In illis, aiebat S. Franciscus (nempè in gratiis gratis datis) *scribe, Frater Leo, quia ibi non est perfecta lætitia.* Sed in hisce (nimirùm, in tribulationibus cum patientia perpessis) *scribe, quia ibi est perfecta lætitia.* Vbi aduertendum Sanctum virum loqui de lætitia & gaudio intellectiuo, quod consistit in patientia pacifica & cognita, dum patimur, vti dictum est, & non in lætitia affectiua, quæ ad exercitium & virtutum substantiam minimè necessaria est.

Cr

Cap. VIII.

De Præsentia Christi Crucifixi.

COmmunis Sanctorum sententia est, memoriam Passionis Christi, & Christi Crucifixi semper quantum fieri potest, continuandam esse in anima. *Sit tibi Iesus semper in corde, & nunquàm imago Crucifixi ab animo tuo recedat. Hic tibi cibus & potus, dulcedo & consolatio tua, mel tuum & omne desiderium tuũ.* Et talem memoriam vice gratitudinis exigit beneficii excellentia. Huiusmodi recordationis præclarum dedit exemplum Christus, qui semper viuam in corde suo conseruabat meditationem & desiderium Passionis suæ: quia, vt ait S. Bernardus, *Chariora illi fuêre brachia Crucis, quàm Patris.* S. Bernar. in Formula honestæ vitæ.

Ad excitandam igitur & conseruandam in nobis hanc memoriam adeò salutarem, multùm proderit, neque exiguum cõferet emolumentũ, si imaginatione nostra præsentiam Crucifixi D. N. nobis exprimamus, vt, dùm eũ habemus præsentem in imaginatione nostra, eidẽ quoq; obiecto semper sit intenta nostra cogitatio. Considera igitur, & animo reuolue, te stare in sacro Monte Caluariæ, Monte glorioso, Monte dilecto, tantumq. à Redemptore, etiam ab æternitate, amato. In hoc monte *saluum te fac*, mittendo nuncium cunctis aliis montibus humanæ fœlicitatis, pompæ & magnificentiæ, locus enim, in quo stas, terra sancta est, & sancta habitatio, Gen. 19.

1. Attolle oculos in altum, & considera Sanctissimam Trinitatem totam operi Passionis Christi intentam, qua ratione omnes tres Personæ Diuinæ Redemptioni totius humani generis incumbant: Pater, dando Filium. Filius, dando seipsum: Spiritus Sanctus, talem Filio inspirando voluntatem. Et hæc, iuxta mentem & censuram D. Augustini, principalis debet esse consideratio in mysterio Passionis. *Nihil magis in Passione considerandum*, inquit ille, *quàm ardor Diuinæ Charitatis in sanctissima Trinitate. Et misericordia Trinitatis* (subiungit S. Aug.

S. Leo. iungit S. Leo) *diuisit sibi opus nostræ Redemptionis, Iudæ, dando Filium: Filius, tradendo seipsum: Spiritus sanctus, hæc operando.* Et sanctissimæ Trinitati ob tantam Diuinæ Charitatis excessum gratias ages.

2. Considera Angelos cœlestis Paradisi, qui magno cum stupore de summo cœli fastigio prospiciunt Crucifixonem Filii Dei, nec non a Patre æterno licentiam postulant, vt de eadem sumant vindictam. Et Pater æternus respondet: Non est tempus vindictæ; sed misericordiæ: *Propter scelus populi mei percussi eum.* Quare tali edocti responso in terram descendunt, vt compatiantur suo Deo, & cooperentur non morti nostræ, sed nostræ saluti.

Isa. 53.

3. Conuice ocùlos in Verbum Diuinum propter te non incarnatum duntaxat & humanitatem; sed clauis etiam cruci affixũ: & ausculta id, quod loquitur exponendo tibi suum dolorem & causam illius: *O homo, vide, quid pro te patiòr: Non èst dolor, sicut quo crucior. Ad te clamo, quod pro morior. Vide clauos, quibus confodior. Cùm sit tantus dolor exterior. Interior est planctus grauior. Cùm te tàm ingratum experior.* Deinde contemplare sigillatim omnia mumbra sacratissimi Corporis Christi liuore vndique perfusa, dilacerata, plagis & vulneribus vndique sauciata: & considera cum Augustino: *quemadmodum habet caput inclinatum ad te osculandum, cor apertum ad te diligendum, brachia extensa ad te amplexandum, ipsum corpus expositum ad te redimendum.* Huic intellectus cõsiderationi coniunges tres actus voluntatis: 1. gratiarum actionem, Benefactori tuo pro tot tantisque beneficiis gratias agendo. 2. actum contritionis de tuis peccatis, quæ crucifixerunt Christum. 3. petionem efficaciæ Passionis & Sanguinis sui.

S. Bern. in Persona Christi,

S. Aug. lib. de Virg.

4. Contemplaberis etiam iuxta pedem Crucis dolorosum spectaculum sanctissimæ Matris electæ in Cooperatricem Passionis Christi pro Redemptione nostra. *Vndè commissa est illa sanguinis Christi dispensatio.* Distribendo illum, cui & quomodo velit. Quapropter considerabis, quomodo tres Angeli, singuli proprium manu tenentes Calicem colligant Sanguinem emanantem sacris Christi vulneribus, & vnus pedum, alter manum

S. Anselm.

nios lateris aperti colligat Sanguinem fidelibus di-
buendum iuxta Matris Diuinæ ordinem & disposi-
onem.

Denique reflexionem supra teipsum faciens ani-
o perpendes, quid tibi factu opus sit, vt tanto corre-
ndeas amori. Vndè te ipsum veluti perpetuum Cru-
fixi Jesu & Mariæ mancipium Crucis pedi alligabis
qua catena, & postquam vna illius extremitate
alligaueris Cruci, alteram consignabis manibus B.
Virginis, vt pro suo beneplacito disponat de hoc suo
mancipio. Et fidelis instar mancipii, non timoris, sed
moris, id, quod menti suæ occurret, loqueris, operabe-
ris, semperque offeres ad maiorem gloriam Je-
su Crucifixi & Mariæ Cruci astantis. Insuper, quia
mancipia, vltra catenam, ad modum torquis seu cate-
næ aureæ gestant ferrum aliquod è collo propendens;
idem ferro in signum seruitutis cinges collum tuum:
quemadmodum ferro illi, quod gestant mancipia, in-
scribi solet nomen Patroni & Domini; ad eundem mo-
dum indelebili charactere torqui tuo inscribes hæc sola
Domini, *Iesus, Maria.* aut; *Ego sum mancipium Iesu &* *Vincent.*
Mariæ. vel etiam: *Seruus Iesu, pro me venditi, & ligati,* *Belluacens.*
illusi, & flagellati & condemnati, & crucifixi, & mor-
tui, & Mariæ iuxta Crucem Iesu: quod est breue quod-
dam compendium Passionis Christi, secundùm Bellua-
censem. Denique precaberis sanctissimam Virginem, *Idem in*
Spec. Mor.
S. Aug.
vt sit memor sui serui & mancipii, teque pretiosi sangui-
nis sui filii reddat participem, *& faciat te sentire, quàm*
immenso amore Dominus Iesus te amauit: ac tanquàm
Mater sancti amoris, impetret tibi gratiam moriendi, si
non Martyris instar fidei, saltem instar Martyris amoris.
Verùm, vt meliùs capiatur, quàm res sit hæc præsentia
& memoria Crucifixi, aduertendum, hoc idem exerci-
tum fieri & peragi quoque in cœlis à Sanctis & Angelis
illis incolis, veluti reuelatum fuit S. Ioanni, qui in thro-
no vidit: *Agnum stantem tanquàm occisum*, vel, vt Græ- *Apoc. 5.*
ca legit: *tacentem tanquàm occisum*: qui significat Pas-
sionem & Crucifixionem Christi, & sacratissima vulne-
ra, quæ *ad memoriam sempiternam reseruantur sibi ad* *Rupert. in*
gloriam, nobis ad gratiam, inimicis ad confusionem. *hunc locũ.*

Sed

Sup. l. cit. Sed videamus, quo modo *quatuor animalia, viginti quatuor Seniores, & multitudo Angelorum* celebrabant hanc memoriam. *Adorabant, & citharizabant, & spirabant odoramenta orationum, & cantabant canticum nouum, & singuli habebant citharas & phialas aureas: hoc erat, & est magnum & ineffabile tripudium in cœlo.*

Primò, adorabant, tribuendo gloriam Agno cum propria sui confusione & humiliatione: *Ceciderunt in facies suas, & adorauerunt virtutem in sæcula sæculorum.* Talis quoque fuit adoratio sancti Latronis, quâ adorauit Christum Crucifixum, quando dixit: *Nos quidem iustè, nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali gessit.* Dignissimâ sanè adoratio firmissimè corde tuo inculpenda, vt eandem exerceas omni tempore, & in omni occasione.

Secundò, *citharizabant, & spirabant odoramenta:* & citharæ ac phialæ aureæ indigitant mortificationem passionum, & orationem.

Tertiò, *cantabant canticum nouum*, dicentes: *Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo.* Hæc est memoria, quam de Passione Domini Sanctorum celebrant in cœlis, & tu eosdem imitati satages in terris. Hæc sufficiant pro exercitio frequentando in præsentia Saluatoris Crucifixi.

Praxi huius memoriæ, vt eò magis sit stabilita & radicata in corde tuo, plurimùm inseruiet exercitium aliquod Passionis singulis diebus & horis frequentandum, meditando quotidiè aliquem passum Passionis Christi, aut vnam ex septem profusionibus sanguinis, de quibus supra dictum est: omnique hora excitando memoriam Passionis Domini diuisæ in viginti quatuor mysteria iuxta viginti quatuor horis diei & noctis: & quæ mysteria reliquis horis ob somni impedimentum recitare nequis, ea anticipare poteris, vt ante somnum eorum memoria colatur memoria. Vtrumque exercitium pro maiori commoditate hic subiicietur, cum quadam formula offerendi se in mancipium Iesu Crucifixi, & Matris eius crucem.

Cap. IX.

Exercitio pro memoria Passionis Christi per diem excitanda.

TOtus Passionis Christi cursus diuidetur in viginti quatuor mysteria: vt singulis diei horis fiat memoria cuius mysterii; & illæ horæ, quas somno impedi-tas fore nouerimus, anticipari poterunt. Distributio hoc modo: Tota Passio diuidetur in octo stationes: prima erit in cœnaculo: secunda in horto: tertia in domo Annæ: quarta in domo Caiphæ; quinta in domo Pilati: sexta in domo Herodis: septima denuò in domo Pilati: octaua in monte Caluariæ.

In qualibet statione considerabuntur tria mysteria, quæ in vniuerso erunt viginti quatuor, tot videlicet, quot sunt horæ diei & noctis.

Hora prima.

In Cœnaculo.

Christus in cœnaculo docet humilitatem, Discipulorum lauando pedes, *Cepit lauare pedes Discipulorum.* Et hoc exhibuit tanquam medium attingendi veram celsitudinem & magnificentiam, dicendo: *Qui maior est vestrum, fiat sicut minor.* Ioan. 13. Luc. 22.

Hora 2.

Christus cœnans cum Discipulis suis instituit sanctissimum Sacramentum, *Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum,* veluti *Sacramentum amoris,* & consequenter *vnionis & conuersionis.* Matth. 26.

Hora 3.

Christus discedens è cœnaculo instituit sermonem ad Ioan. 14.

Disci-

Discipulos suos: *Non turbetur cor vestrum. Credite in Deum, & in me credite.* Pro primo & principaliter mento commendat Discipulis exercitium Fidei, quam vt S. Aug. ait Augustinus, *Si tecum est Fides, tecum erit etiam Deus.*

Hora 4.

In Horto.

Matth. 26. Marc. 14. Incipit timere. *Cœpit pauere, tædere, contristari & mœstus esse,* timore suo merendo nostram fortitudinem.

Hora 5.

Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Christus deprecatur Patrem, sudat sanguinem & Angelus ad confortandum ipsum comparet. *Procidens super terram in faciem suam, orabat. Factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis. Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum.*

Hora 6.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 18. Christus in horto captus est, & ligatus. *Tenuerunt & ligauerunt eum.* Vt nos solueret à vinculis peccatorum nostrorum.

Hora 7.

In domo Annæ.

Ioan. 18. Examinatus fuit circa doctrinam & Discipulos. *Pontifex interrogauit Iesum de Discipulis suis, & de doctrina.*

Hora 8.

Ioan. 18. Respondet Christus, doctrinam suam notam esse omnibus. *Ego palàm locutus sum Mundo.*

Hora 9.

Recepit alapam à ministro Pontificis. *Vnus assistens* Ioan.18.
ministrorum dedit alapam Iesu, dicens. Sic respondes Pon-
tifici?

Hora 10.

In Domo Caiphæ.

Examinatus fuit. *Adiuro te per Deum viuum, vt di-* Matth.26.
cas nobis, si tu es Christus Filius Dei.

Hora 11.

Respondet Christus. *Tu dixisti. Veruntamen dico* Matth.26.
vobis: amodò videbitis Filium hominis sedentem à dextris
virtutis, & venientem in nubibus cœli.

Hora 12.

Exspuerunt in faciem eius, colaphis eum cæciderunt, & Matth.26.
alapas in faciem eius dederunt: Et velauerunt eum, Luc.21.
& percutiebant faciem eius: & interrogabant eum dicen-
tes: Prophetiza, quis est, qui te percussit? Et alia multa
blasphemantes dicebant in eum.

Hora 13.

In domo Pilati.

Examinatus fuit. *Interrogauit eum Præses, dicens:* Matth. 27.
Tu es Rex Iudæorum? Respondet, *Regnum meum non* Luc.23.
est de hoc Mundo. Ioan.18.

Hora 14.

Subiunxit Pilatus. Ergò *Rex es tu?* Respondet Ie- Matth.27.

sus. *Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in Mundum, vt testimonium perhibeam veritati.*

Hora 15.

Non respondet accusationibus. *Et cùm in multis accusaretur, nihil respondit, ita vt miraretur Præses vehementer.*

Hora 16.

In domo Herodis.

Lætatur, sibique congratulatur Herodes de visu Christo. *Herodes viso Iesu, gauisus est valdè.* Luc. 23.

Hora 17.

Non respondet curiositati Herodis. *Interrogabat eum multis sermonibus, & ipse nihil illi respondebat.* Luc. 23.

Hora 18.

Sprevus, vestequè albâ indutus fuit. *Spreuit illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste albâ, & remisit ad Pilatum.* Luc. 23.

Hora 19.

In domo Pilati.

Postpositus fuit Barabbæ. *Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Iesum? Clamauerunt omnes, dicentes: non hunc, sed Barabbam.* Ioan. 18. Matth. 27. Marc. 15.

Hora 20.

Fuit flagellatus. *Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.* Ioan. 19.

Hora

Hora 21.

Coronatus fuit. *Plectentes coronam & spinis, imposuerunt capiti eius.* Matth. 27.

Hora 22.

In monte Caluariæ.

Fuit crucifixus. *Crucifixerunt eum, & latrones, vnum à dextris & alterum à sinistris.* Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19.

Hora 23.

Dixit septem verba. 1. *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt.* 2. *Hodie mecùm eris in paradiso.* 3. Matri suæ: *Mulier, ecce Filius tuus.* Deindè discipulo: *Ecce Mater tua.* 4. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* 5. *Sitio.* 6. *Consummatum est.* 7. *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Vel loco horum septem verborum memoria recoles lanceam latus Christi confodientem. Locu iam cit.

Hora 24.

Fuit sepultus. *Et posuerunt corpus Iesu in monumento, in quo nondùm quisquàm positus erat.* Luc. 23.

Quantùm ad praxin exercitii huius, aduertenda sunt aliquot puncta:

Primum est, hanc distributionem horarum solùm esse factam secundùm considerationem, & ordinem mentis: etenim Christi Passio non eo modo diuiditur, quomodò legitur in Historia Euangelica.

Secundum punctum. Cum memoriâ mysteriorum hi actus coniungendi sunt, vt sunt: gratiarum actio, contritio, petitio puri sanctique amoris, præterea actus fidei, spei, & Charitatis.

Tertium punctum. Perseuerantia in tàm sancto exer-

exercito à Deo magna cum instantia petenda est pietà rita Christi. Et propter eundem finem in hoc exercito sanctissimæ eius Matri, & sancto Angelo custodi tuo associabis.

Quartum punctum. Plurimos ex hac deuotione percipies fructus, & sunt sequentes. Primus est fructus præsentiæ Christi & sanctissimæ eius Matris. Secundus erit applicatio meritorum eorundem cum augmento cuiusuis gratiæ & virtutis. Quemadmodum aspectu
Num. c.21. ænei serpentis in deserto recuperabatur salus & vita (qui *pertussus aspexerit, viuet*) non quia hanc vim habebat ipsa visio, sed quia Deus per huiusmodi visionem sanitatem conferebat inspicientibus. Pari modo, quicunque Passionis memoria inspexerit Crucifixum, ab omni infirmitate liber & sanus euadit, omnique ditatur gratia: non quia hic solus mentalis aspectus eiusmodi haberet virtutem & efficaciam; sed quia Deus in præmium huius memoriæ suæ gratia influit sanando & sanctificando. Tertius fructus est fortitudo & robur in sustentanda Cruce, dùm Christi exemplo animamur & confortamur. Quartus fructus est, quod, veluti in ciuitate refugii constituti, eò securiùs cuncta tentationum Dæmonis retundamur iacula, tutiusque nos ab iis defendamus: quia, vt benè ait Origenes, memoria Passionis
Orig 2. Cor. 4. Christi est victoria contra omnes Dæmones. *Certum est, quia, vbi mors Christi animo circumfertur, non potest regnare peccatum: est enim tanta vis Crucis, & Passionis Christi, vt ad eius memoriam nulla concupiscentia regnare possit; sed continuò ad eius præsentiam tota peccati & carnis fugatur exercitus.* Passio Christi & peccatum sibi sunt contraria, veluti lux & tenebræ. Ideò quamprimùm Passionis excitatur memoria, extinguitur peccatum: & quò plùs hæc memoria viget in anima, eò magis fomes peccati debilitatur. Quintus & vltimus fructus erit, quod quis moriatur magna cum fiducia propter spem in Sanguine Christi, & intercessione sanctissimæ Matris illius.

Quintum punctum est, quod, qui non recordaretur mysteriorum in particulari, eorundem recordari possit in vniuersali: agendo gratias Saluatori pro iis omnibus

quæ

quæ fecit & passus fuit pro nobis: 1. in cœnaculo : 2. in horto: 3. in domo Annæ: & eum eodem ordine ad montem Calvariæ vsque. Et hæ octo stationes, vt suprà dictum est, distribui possunt in 24. mysteria correspondentia 24. horis diei & noctis: vel pro maiori facilitate quindi possunt modo infra scripto : recogitando duas horas, duas per diem, duas vesperi, & duas nocte, vel ante dormitionem, explicando mysteria in præsenti forma.

Memoria Passionis Christi.

Pro tempore matutino.

In Cœnaculo.

Jesu, lauans pedes Discipulorum, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula. *Prima Statio.*

Jesu, instituens Sanctissimum Sacramentum, miserere nobis, laudabilis, & glorioſus in sæcula. *Daniel. 3.*

Jesu, instituens Discipulos in fide, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

In Horto.

Jesu, in agoniâ posite, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula. *Secunda Statio.*

Jesu, in oratione prostrate, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

Jesu, à ministris ligate, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

Memoria Passionis Christi.

Pro tempore diuturno

In domo Annæ.

Jesu, examinate, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula. *Tertia Statio.*

Jesu, obiurgate, miserere nobis, laudabilis & glorio-
sus in sæcula.

Jesu, colaphizate, miserere nobis, laudabilis & glo-
sus in sæcula.

In domo Caiphæ.

Quarta Statio: JEsu, secundò examinate, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

Jesu, reus mortis iudicate, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

Jesu, blaſphemate, percuſſe, & illuſe, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

Memoria Paſſionis Chriſti.

Pro tempore veſpertino.

In domo Pilati.

Quinta Statio. Jesu, tertiò examinate, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

Jesu, in multis accuſate, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

Jesu, in admirando ſilentio poſite, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

In domo Herodis.

Sexta Statio. Jesu, in multis interrogate, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

Jesu, ſprete ab Herode & ab exercitu eius, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

Jesu, induce veſte albâ, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

Memoria Passionis Christi.

Pro tempore nocturno, vel ante somnum.

In domo Pilati.

Jesu, Barabbæ postposite, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula. *Septima Statio.*

Jesu, flagellate, miſere nobis, laudabilis, & glorioſus in sæcula.

Jesu, spinis coronate, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

In Monte Caluariæ.

Jesu, Crucifixe, miserere nobis, laudabilis, & glorioſus in sæcula. *Octauæ Statio.*

Jesu, lanceâ militis vulnerate, miſerere nobis, laudabilis, & glorioſus in sæcula.

Jesu, in monumento nouo sepulte, miserere nobis, laudabilis & glorioſus in sæcula.

Et in qualibet Statione eliciendi sunt surprà dicti actus.

Formula offerendiſe in mancipium & seruum Iesu Crucifixi, & Mariæ Cruci astantis.

CLementiſſime Rex, Christe Jesu, verus Deus, & verus homo, Redemptor & Saluator animæ meæ, ego N. indigniſſimus peccator coram sanctiſſima Cruce tua humillimè proſtratus, cum omni cordis affectu te adoro, & peto sanguinis tui pretium, refugium tuarum plagarum, thesaurum meritorum tuorum: Sanguinem, in oblationem peccatorum meorum: Plagas, in continuam animæ meæ habitaculum;

nec

nec non nuptialem vestem meritorum, vt ad nuptias festis Paradisi admitti, & subintrare valeam. Fac tum, mi dulcissime Saluator, vt sanguinis tui atramento, & calamo clauorum tuorum indelebili charactere inscribas cordi meo dolorem & amorem tuum: dolorem, vt propter te patienter feram omnem dolorem: & amorem, vt spernam propter te omnem alium amorem. Quod verò me concernit; cum gratia tua firmiter propono portare semper sanctissimas plagas tuas & vulnera, & in corde ad excitandam memoriam, & in ore ad referendas gratias, & in manibus ad exercendam continuam operationem pro tua gloria. Insuper, mi dulcissime Redemptor, me & in tuum, & sanctissimæ Matris tuæ iuxta Crucem stantis offero mancipium perpetuum. Accepta oblationem, & da mihi vires perficiendi eam obseruandi: aliud enim non concupisco, non curo, nec desidero aliud, nisi vt sim fidelis seruus & mancipium Regis & Reginæ cœlorum; vt fideliter ministrem in vita, post mortem dignus efficiar libertate gloriæ, vbi cum omnibus iustis & sanctis Angelis laudum earum decantem encomia, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

CAP. X.

De beneficiis & fructibus Passionis Christi & de modo, quo Christus eosdem operatus est.

S. Tho. 3. p. q. 48. & q. 49. IUxta doctrinam Doctoris Angelici quinque sunt fructus & beneficia principaliora Passionis Christi. 1. Liberat hominem à peccato. 2. Liberat eum à pœna peccati. 3. Liberat eundem à potestate Dæmonis. 4. Hominem reconciliat Deo. 5. Aperit eidem portas cœli. Quinque etiam modi sunt, quibus Passio Christi operatur hos effectus. 1. *Per modum meriti.* 2. *per modum satisfactionis.* 3. *per modum sacrificii.* 4. *per modum redemptionis.* 5. *per modum efficientiæ.* De hisce beneficiis breuiter dicemus in particulari, & de modo, quo Christus D.N. eadem confert: vt illa conseruantes in nobis

nostrâ memoriâ viuâ, pro eisdem gratos nos, vti
decet, exhibere valeamus, veluti suo loco dicetur.

De primo beneficio Passionis Christi, quod est liberatio à peccato.

Veritas certissima est, & de fide, Christum D.N. per
Passionem & Sanguinem suum lauare & mundare ani-
mam nostram ab omni peccati macula. *Dilexit nos,*
& lauit nos à peccatis nostris in Sanguine suo. Quod non *Apoc. c. 1.*
intelligitur *immediatè*, sed *immediatè*: etenim Sanguis
Christi est causa gratiæ, quâ mediante, tanquàm aquâ
spirituali, mundatur & purificatur anima nostra à cun-
ctis peccatorum sordibus. Hoc igitur est, quod dicere
intendit, Christum Passione suâ nos liberare à peccato:
Primùm, quod Passione suâ nobis conferat gratiam re-
missiuam peccati.

Verùm, vt meliùs percipiatur huius beneficii excel-
lentia; dignum consideratione est, quàm ingens malum
est peccatum, à quo Passio Saluatoris nos liberat. Pec-
catum non est qualecunque malum, sed summum & in-
finitum malum. Præterea est malum à tota Natura
Humana, & Angelica irremissibile & irreparabile: quia
neutra infinitam præstare potest satisfactionem conue-
nientem infinitæ malitiæ peccati. Denique est malum
quoddam destructiuum habitus Gratiæ, & omnium ef-
fectuum ejus, causando effectus contrarios.

Plurimi sunt effectus gratiæ. 1. Pulchram efficit
animam per lumen sapientiæ in intellectu, & per affe-
ctum Charitatis in voluntate: in quibus duabus perfe-
ctionibus propriè consistit pulchritudo substantiæ spi-
ritualibus. 2. Animam ditat virtutibus infusis, & ha-
bitibus supernaturalibus, tanquam gemmis pretiosis &
præstimabilis valoris. 3. Participem eam reddit vitæ
supernaturalis & Diuinæ. 4. Eandem facit Amicam.
Filiam adoptiuam Dei constituit. 6. Particulari et-
iam assistentia & protectione Dei dignam efficit. 7. Ius
confert ad gloriam. 8. Vnit animam sponsalitio
Christi per lumen & visionem beatam. 9. Adorent

corpus proportionata gloria, vti continget in Resurrectione. Omnes præfatos effectus destruxit peccatum. Priuat animam propria pulchritudine, exuit eandem virtutum opibus, remanentibus solùm in ea, ex parte Dei benignitate, Fide & Spe, tanquàm *semine conuersionis*; surripit ei vitam Diuinam gratiæ: tollit amicitiam, filiationem, protectionem Dei, & ius hæreditatis ad gloriam, tam essentialem competentem animæ, quàm accidentalem corpori propriam. Neque hic est finis ruinæ & destructionis, quam causat peccatum mortale in anima: siquidem progenerat etiam effectus gratiæ plane contrarios. 1. Turpem ac deformem, sicuti Dæmonem, efficit animam per ignorantiam rerum Diuinarum in intellectu, & per concupiscentiam terrenarum rerum in voluntate. 2 Loco virtutum replet animam inordinatis passionibus & habitibus vitiosis. 3. Facit, vt vitam agat diabolicam, cùm eodem, quo Dæmon, viuat spiritu, qui est peccatum. 4 Dæmonis constituit Amicam, cùm in iisdem malis communicet cum Dæmone. 5. Eiusdem quoque Dæmonis efficit Filiam: *Manifesti sunt Filii Dei, & Filii Diaboli*. Nam, quemadmodum iustus dicitur Filius Dei, quia *spiritu Dei agitur*, & per gratiam se vnit Spiritui sancto *per modum mouentis & mobilis*; ita peccator dicetur Filius Diaboli, quia *agitur spiritu Diaboli*, & per peccatum sese vnit cum eodem *per modum mouentis & mobilis*, cùm semper ab ipso moueatur & concitetur ad malum. 6. Proiectio, quæ tali Filio debetur, est possessio quædam & dominium, quod habet Diabolus supra illam animam, amouendo & ratrahendo eam, quantum potest, ab omni occasione benè faciendi. 7. Peccatum profert reatum & obligationem ad pœnam æternam, pœnam damni & sensus in morte. 9 Pœnam accidentalem corporis in vltima resurrectione.

Ioan. ep. 1. c. 3.
Rom. c. 8.

Ex hisce effectibus colligitur, quàm magnum malum & monstrum sit peccatum mortale. Quod si igitur tam excellens bonum sit Gratia, veluti dictum est, & tam ingens malum sit peccatum, maximum etiam & inæstimabile erit beneficium nobis per Passionem Christi restitutum, conferendo nobis gratiam, & liberando nos a peccato.

Deb.

De secundo beneficio Passionis Christi, quod est liberatio à pœna peccati tàm æterna, quàm corporali.

In eadem peccati malitia variè possunt considerari actiones, tanquàm peccati effectus. Et sunt: *macula, offensa, iniuria, reatus, pœna.*

Prima est macula quædam, turpem, sordidam ac deformem reddens animam, eò quod inordinatam illam faciat, & quasi incuruatam à Deo ad creaturas: etenim per peccatum anima recedit à Deo tanquàm ab vltimò fine, & ad creaturam accedit; vndè quemadmodum corpus humanum censeretur turpe ac deforme, si primò pectum habens ad sidera vultum, declinaret deindè ab recto naturali situ, & totum incuruatum procederet: pari ratione turpis & deformis dicetur illa anima, quæ desinens directè contemplari Deum, tanquam vltimum finem, se incuruat & inclinat, totum suum affectum ponendo in creaturis.

Secunda conditio peccati est offensa Dei, & oritur ex prima: quia ex macula animæ, quæ est quædam priuatio pulchritudinis & Christatis Dei, sequitur displicentia Dei, quæ est offensa Dei. Summè namque Deus offenditur, multumque ei displicet, quod positus in æquilibrio & comparatione cum creatura minùs æstimetur ab anima, quàm ipsa creatura, quodq; anima potiùs eligat deserere Deum, quàm creaturam, auertendo à Deo affectum suum & conuertendo illum ad creaturam. De hoc sui vilipendio lamentabatur Deus illis Prophetæ verbis: *Duo Ierem. 2.*
mala fecit populus meus: derelinquerunt me, fontem aquæ viuæ (vel, vt alii legunt, *aquam viuam*) *& foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas*, sed loco aquæ nonnisi lutum continent.

Tertia conditio & proprietas peccati est iniuria Dei. Quia facit contra ius proprium Dei, quod habet, vt sit, scilicet, summum bonum & vltimus finis, ac proinde, vt ametur super omnia. Et non tantùm peccator agit contra ius Dei, in quantum est vltimus finis; sed etiam in quantum est primum principium per creationem, quia abutitur ipso esse, substantia & potentiis animæ à Deo receptis: & in quantum

tum est Legislator, nàm peccando spernit & pauci pendit leges Diuinas: ac denique in quantum est remunerator vniuersalis, quia nihili æstimat promissa præmia, nec minimùm timet pœnas à Deo comminatas.

Quarta proprietas, quæ veluti passio peccati ex malitia eiusdem tanquàm ex essentia dimanat, est reatus pœnæ, qui est quoddam debitum, vel, vt melius dicamus, obligatio moralis ad sustinendam pœnam & æternam, & temporalem.

p.2.q.89. art.4. Vltima proprietas peccati est pœna actualis, æterna, & temporalis. Etenim, cùm malitia peccati per se sit infinita, in quantum est offensa Dei, boni infiniti, meretur ex se pœnam aliquam infinitam *secundùm durationem*, quæ est pœna æterna, quæ remittitur, cùm remittitur pececcum mortale, & succedit solùm pœna temporalis.

Hæ sunt proprietates peccati, à quibus omnibus nos liberat Christus Saluator noster per acerbissimam suam passionem & per pretiosissimum suum sanguinem. Neque nobis remittit duntaxat maculam peccati, offensam, iniuriam Deo illatam; verùm etiam debitam & obligationem pœnæ, & pœnam æternam: cùm enim liberat nos à peccato, modo supra dicto, simul nos liberat à pœna æterna illi annexa. Considera excellentiam huius beneficii; siquidem æternitas hanc sortitur conditionem, vt, vbicunque reperiatur siue in bono, siue in malo, infinitum efficiat. Si se coniungit Bono præmii, infinitum reddit præmium: si verò Malo pœnæ se associat, infinitam pariter efficit pœnam: Ergò Christus D. N. Sanguine suo liberat nos ab infinita pœna quæ

Eccl.40. est epilogus *& cataclysmus malorum, id est, vniuersale diluuium omnium pœnarum.* Quapropter pro tanto beneficio Christo debemus infinitam obligationem, infinitam gratitudinem.

De tertio beneficio Paßionis Christi, quod, videlicet, nos liberet à potestate Dæmonis.

Tres Angelicus assignat causas potestatis, quam in omnes Dæmon sibi acquisierat. 1. Peccatum, quia, *qui fecit peccatum, seruus est peccati*, & simul Dæmonis quoque seruus est, à quo deuictus fuit, cùm eum induxit peccatum. 2. Offensam Dei, ob quam iustè Deus hominem tradidit potestati Dęmonis tanquàm ministri iustitiæ. 3. Iniquitatem Dæmonis, qui Christo, morti nec peccato subiecto, mortem inferre tentauit. A prima causa potestatis liberat nos Passio Christi, *in quantum est remissiua peccati*. A secunda, *in quantum est reconciliatiua Dei*. A tertia *in quantum est præcepto nosè illata à Diabolo: iustum est* enim, secundùm Augustinum, *vt debitores, quos tenebat, liberi dimittantur in eum credentes, quem sine ullo debito occidit*. Hunc effectum Passionis suæ nobis Christus intimauit, quando paulò antè Passionem suam dixit: *Nunc Princeps huius Mundi eiicietur foràs*.

l. sup. cit.

Caiet.

S. Aug. de Trinit c. 14. tom. 2.

Verùm, vt clariùs intelligatur, qualis sit hæc Dæmonis potestas, aduertendum est, Dæmonem nunquam absolutè, sed semper dependenter à permissione Dei hac ipsum fuisse potestate, quæ ante Passionem Christi valdè ampla; at post Passionem per eius virtutem restricta fuit. Ante Passionem Christi & fidem illius permissum erat Dæmoni tentare, vincere & asportare eum omnes peccatores ad infernum, insuper & ei concessum erat iustos detinere limbo inclusos; ast modo virtute Sanguinis Christi sublata est ei hæc potestas: ita, esto etiam nos tentat, non tamen ita fortiter, vti solus faciebat, & semper subsidio Diuinæ gratiæ à Christo nobis subministratæ de eo victoriam reportare possumus. Præterea ad infernum solùm defert illos, qui se ipsi bonè tradunt, nec valorem Sanguinis Christi sibi applicare volunt: at iusti ab omni culpa & pæna liberi statim migrant ad cœlum, neç in alio loco extra paradi-

sum

ſum cœleſtem diutiùs demorantur. Igitur infinitas deo bemùs gratias infinitæ miſericordiæ Paſſionis Chriſti, quod in virtute Sanguinis ſui nos liberauerit non bi-cato duntaxat & pœnis illius; verùm etiam à crudeliſſima tyrannide & ſeruitute Sathanæ.

De quarto beneficio Paſſionis Chriſti, quod nos Deo reconciliauit.

Quemadmodum ſummum malum eſt eſſe in ſtatu inimicitiæ cum Deo; ita & qui Deo ſe reconciliat, in eiusque redit amicitiam, vt ſummum bonum æſtimandum eſt: & conſequenter vt ſummum etiam beneficium cenſeri debet, quod Chriſtus per Paſſionem ſuam nobis exhibuit, reſtituendo nos Diuinæ gratiæ, tollendo ſanguine ſuo cauſam odii & inimicitiæ, videlicet,
2. Cor. c. 5. peccatum. Ita ait Sanct. Apoſtolus Paulus: *Deus erat in Chriſto, Mundum reconcilians ſibi.* Et rationem adducit: Non reputans illis delicta ipſorum: non imputando nobis: ſed remittendo nobis peccata per merita Chriſt, quæ peccata cauſa erant inimicitiæ inter nos & Deum. Quapropter, *qui non nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum*, qui nunquam peccatum commiſit, nimirùm, Chriſtus, ſe fecit pro nobis peccatum, hoſtiam videlicet, & ſacrificium, vt nobis remitterentur peccata noſtra.

De quinto beneficio Paſſionis Chriſti, quod nobis aperuerit cœli portam.

Obſtaculum, quo obſeruatur & occluditur porta cœli (& eſt locutio metaphorica, quâ ſignificatur viſionem beatificam eſſe amiſſam aut impeditam, velut exponit Caietanus) non eſt aliud quàm peccatum: quia
3. p. q. 49. ar. 5. *via illa Sancta vocabitur, & non tranſibit per eam pollutus.*
Iſai. 35. Duplex eſt hoc peccatum: perſonale vnum, proprium ſingulis: originale alterum ab Adamo deſcendens

citur *peccatum totius naturæ*, seu inficiens totam turam. Christus per Passionem suam satisfecit utroque peccato, & pro omni pœna, & reatu pœnæ; propterea dicitur Christus Passione suâ nobis ape-sse & reserasse portas cœli: Ex quo etiam intelligi-ante Passionem Christi nullus etiam sanctus, & e peccato existens, cœlum ingredi poterat: quia se-dum ordinem Diuinæ iustitiæ Christus satisfacere debat pro peccato naturæ, nempè, pro peccato origi-Adami, in quantum totam inficiebat naturam hu-am, quemadmodum fecit in Passione sua. Sed iret quispiam, ante Passionem Christi remitteba-peccatum per Circumcisionem in fide futuræ Pas-nis Christi, vti modò per baptismum in fide Passio-Christi præteritæ, ergò etiam ante Passionem i ianua debebat esse aperta. Respondetur cum erano: quod per Circumcisionem remittebatur catum originale vt contractum à filiis Adami in par-dami sed non ab iisdem, tanquàm à descendenti-ab Adamo, & pro ut peccatum illud inficiebat to-m naturam humanam, & in hoc secundo modo solus ristus satisfecit Passione suâ: ac propterea nonnisi illam ianua cœli aperta est.

Et hæc, quæ de quinque beneficiis per Passio-Christi nobis præstitis, vt quod nos liberârit à ccato, à pœna, à potestate Diaboli, Deo nos re-ciant, & ianuas cœli nobis aperuerit, breuiter per-ximus, sufficiant. Superest, vt de modo, quo Chri-bos effectus operatus fuerit, dicamus.

Primo modo, quo Passio Christi nostram operata fuerit salutem.

Per modum meriti.

Assio Christi, in quantum voluntariè acceptata oblata pro nobis, non meritoria duntaxat; verùm meriti extitit infiniti, propter infinitam Personæ itatem, & Naturam Diuinam, vt iam statim dice-ergò merebatur infinitum præmium, ergò mereri

pote-

poterat pro se, & pro aliis, simulque operari nostram salutem *per modum meriti*, promerendo nobis gratiam, & cætera omnia auxilia supernaturalia ad salutem necessaria. Præterea id probat S. Thom. quia Christus propter

S. Tq. 69. art. 1. hanc infinitam dignitatem meriti est Caput nostrum, non naturale, sed morale & metaphoricum: veluti Princeps dicitur Caput Reipublicæ: & per consequens gratia Christi, in quantum vnita gratiæ vnionis, *est gratia Capitis*, & nos omnes Christi, tanquam Capitis, membra sumus. Sicque ex Christo & Ecclesia integrum quoddam formatur corpus mysticum, in quo Christus est Caput, Ecclesia corpus, & Christiani sunt membra. Ita

Ephes. 1. aiit S. Apostolus Paulus: *omnia subiecit subpedibus eius, & ipsum dedit Caput super omnem Ecclesiam* (multitudinem simulac triumphantem) *quæ est ipsius corpus*. Igitur, si Christus est Caput, nos membra; sicut Caput naturale influit sensum & motum in membra; ita Christus in nos, & animam nostram influit sensum & motum spiritualem per influxum gratiæ. Deindè Caput naturale tres sortitur conditiones respectu suorum membrorum: *ordinem, perfectionem, & virtutem*: quia est prima pars corporis inter omnia membra, in se continens omnium sensuum tàm internorum, quàm externorum perfectionem (ubi reliqua membra solo gaudent tactus) & influit in membra *influxum internum* motivum spiritibus vitalibus, & *directionem externam*, moderando & regendo corpus in operationibus externis per sensus. Easdem conditiones habet Christus respectu nostri: quare dè iure merito dici potest Caput nostrum; siquidem primum obtinet locum præ reliquis creaturis, dicitur *primogenitus in multis fratribus*: cunctarum gratiarum

Ioan. 1. gaudet plenitudine: *Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis*: influit in nos, *quia de plenitudine eius omnes accepimus*: & influit *immediatè* per influxum interiorem gratiæ, & *mediatè*, mediante suo in terris Vicario per directionem exteriorem.

Ostendimus hactenus, quomodo Christus, existens Caput nostrum mysticum, meruerit nobis salutem, concurrendo per modum meriti: restat, vt magis specialim examinemus modum, quo meruit Christus

Tan-

Tanquam Filio Dei naturali competebat ei in instanti conceptionis suæ (*ex debito connaturali*) omnis perfectio gratiæ & gloriæ. Undè ex hac parte, & quod propriam concernebat perfectionem, non indigebat merito: sed nostri commodi & vtilitatis ergò elegit operari ex merito. Quem in finem duo in seipso patrauit miracula: primum, quod permiserit animam suam esse passibilem & subiectam tristitiæ, timori, & aliis similibus, tametsi ex alia parte illa fuerit beata beatificâ Dei visione: aliud miraculum fuit, quod impediuerit, ne gloria resultaret & redundaret in corpus: sed reliquerit illud esse passibile & mortale: vt per vtramque viam simul esset in statu Comprehensoris & Viatoris, ac proindè capax meriti. Igitur à primo instanti conceptionis suæ per primum illum actum amoris & obedientiæ erga Patrem æternum elicitum meruit nobis: & offerendo meritum illud pro nostra salutè, quia infiniti erat valoris, meruit, quantùm est ex parte Christi, gratiam & gloriam pro toto Mundo. Meritum, conformiter docent Theologi consistit in actu elicito voluntatis intrinsecè, veluti in eodem residet intrinsecè libertas: & in actu imperato solùm extrinsecè, & (vt aiunt) per denominationem extrinsecam voluntatis imperantis. Isto ergò actu elicito voluntatis Christi, quo acceptauit præceptum & obedientiam Patris circa nostram redemptionem, meruit Christus adæquatè, excessiuè & cum omni rigore iustitiæ salutem nostram: quamuis, vt mox dicetur, in hunc finem non ordinauerit hunc solùm actum, sed omnes omninò actus & merita simúl vnita totius vitæ & Passionis suæ. Et hoc satis sit pro intelligentia, quomodo Christus nostram salutem operatus fuerit *per modum meriti*. De eo, quod valorem, effectus, & meritorum horum concernit applicationem, dicetur infra.

De secundo modo,

Per modum satisfactionis.

PAssio Christi non solùm fuit causa meritoria; sed
etiam satisfactoria pro nostra salute: etenim non
tantùm nobis meruit gratiam; sed etiam mediante
gratiâ nos liberauit à peccatis, quo Diuinæ satisfecit
iustitiæ. Satisfactio namque nil aliud est, quàm *solu-*
tio debiti: & hoc debitum, quod nos debemus Deo,
soluitur per id, quod tollatur peccatum mediante gra-
tia. Vndè sequitur, Passionem Christi respectu eiusdem
Christi, vti & respectu Angelorum fuisse meritoriam, &
non satisfactoriam; at respectu hominis esse meritoriam,
simul & satisfactoriam: quia per effectum meriti, nimi-
rùm, per gratiam satisfecit Deo, tollendo debitum pec-
cati. Et hæc satisfactio Passionis Christi perfectissima
quia nõ tantùm sufficiẽs fuit & æqualis, *secundùm æqua-*
litatem rei ad rem, scilicet, pretii ad debitum; verùm et-
iam excedens & superabundans: nam pretium Sangui-
nis id, quod Deo debebatur ratione debiti offensæ, ex-
cessit & superauit: & plùs placuit Patri æterno, mun-
remq; et tribuit gloriam Passio Christi, quàm eidem de-
splicuit, contulitq; vilipendium & despectum ipsum pec-
catum & offensa Adami: insuper fuit *ex iustitia, & com-*
ni rigore iustitiæ, eo modo, quo probatur à Theologis.
Neq; solùm perfectissima fuit satisfactio Christi quoad
modum satisfaciendi, sed etiam quo ad personam, non
satisfecit. Quia, sicuti peccato omnes tres Diuinæ Perso-
næ offendebantur, ita eisdem conueniens compensatio
& debebatur satisfactio: & quemadmodum Deus prin-
cipaliter fuit offensus, secundariò Personæ Diuinæ in
quantum sunt vnus Deus, vnus Legislator, vnus vltimus
finis; eodem modo sactisfactio primariò satisfecit Deo,
secundariò Personis Diuinis. Sed modum exploremus,
quo Christus satisfecit; suscipiendo in se omnia peccata
nostra. *Posuit in eo Dominus iniquitatem omnium nostrũ*,
& cum peccatis punitionem & pœnam peccatorũ. *Pro-*
pter scelus populi mei percussi eũ, & disciplina pacis nostræ

Suarez. disp 4 sect. 5 in 3 p.
Isa 53.
Ibid

[illegible] eum Tria dicit peccatum, vt notat S. Augustinus, [illegible]lpam, opinionem, & pœnã: Christus volens satisfacere [illegible] nostris peccatis, in se minimè suscepit culpam (erat [illegible]im impeccabilis) benè quidèm opinionem peccato[illegible], & pœnam; contentus namq; erat, vt tanquam pecca[illegible] existimaretur, submittebat se pœnæ peccati, ac nostra [illegible] suscepit peccata cum pœna, vt nobis vicissim suas [illegible]giretur virtutes cum gloria. *O mirabile commercium* [illegible]clamat S. Leo Papa) *nostra accipiens, & sua tribuens.* [illegible]ficua sanè & vtilissimma commutatio ex parte ho[illegible]nis! Christus commutat suam fœlicitatem cum mi[illegible] nostra. *Serm. 2. de de Pass.*

De tertio modo,

Per modum Sacrificii.

CHristus in Altari Crucis verus & proprius fuit Sa[illegible]cerdos, iuxta illud Apostoli: *Tu es Sacerdos in æ[illegible]rum.* Ratio est, quia seipsum in verùm obtulit sacri[illegible]um pro peccatis nostris. *Tradidit semetipsum [illegible] nobis, oblationem & hostiam Deo, in odorem [illegible]itatis.* Igitur Christus operatus fuit salutem [illegible]tram, non *per modum meriti & satisfactionis* dun[illegible]at, veluti suprà diximus; *sed etiam per modum [illegible]rificii.* Imò duo illi priores modi huic inclu[illegible]tur, quia sacrificium cruentum Crucis Christi [illegible] aliter in nobis causauit salutem, quàm me[illegible]do nobis omnia dona gratiæ & gloriæ, & satisfa[illegible]do pro peccatis nostris & quò ad culpam, & quò [illegible]pœnam. *Heb. 5. Ephes. 5.*

Ulterius, quinque requiruntur & concurrunt ad ve[illegible] sacrificium; omnia illa fuerunt in cruento Crucis [illegible]ficio. Requiritur Sacerdos, victima, victimæ de[illegible]stio, Altare, & finis gloriæ & cultus Dei: Christus [illegible] Sacerdos, victima, morte destructa: Altare fuit [illegible]: finis fuit salus nostra & gloria Dei.

Sed pro clariori veritatis huius notitiâ dubitari pot[illegible]: primò, Respectu cuius naturæ Christus fuit Sa[illegible]dos, an secundùm naturam humanam vel Diui-

nam? Respondeo, secundùm naturam humanam ratio est, quia si consideremus Diuinitatem, non habemus superiorem, cui possit offerri sacrificium, quamuis humanitas efficaciam & valorem sacrificii recipiat ab vnitate, à qua, tanquàm ab vnguento sacerdotali, vngitur, notat Vasquez, *humanitas vngitur, sanctificatur, & dignaredditur tanto munere.* Ad eundem modum proprium est Christi, esse Mediatorem in quantùm est homo, qui tamen simul Deus erat: quia, vt homo, satisfaciebat, &, vt Deus, satisfactioni dabat valorem & dignitatem infinitam.

Vasq disp. 83. c. 2. in 3. p.

Secundum dubium. Christus non occidit ipse seipsum, ergò non fuit Sacerdos. Respondetur, quod, etsi ipse ipsum non occiderit, attamen mortem suam acceptauit, eamque voluntariè obtulit Patri in sacrificium pro nobis, *Oblatus est, quia ipse voluit.* Nec propterea Martyres etiam Sacerdotes dicendi sunt: primò, quia non fuerunt voluntarii in moriendo, quemadmodum Christus, qui etiam existens in Cruce poterat non mori, si noluisset: secundò, Sancti Martyres moriebantur propter fidem Christi, & propter propria peccata: Christus propter peccata aliorum & totius Mundi: tertiò, Christus fuit consecratus, constitutus & vnctus Sacerdos à Patre æterno per Diuinitatem, vt fungeretur hoc officio pro Mundi redemptione (quod non competit Martyribus) ergò esse sacerdotem per propriam mortem, causare nostram salutem *per modum Sacrificii*, spectat proprium solius Christi. Et hæc de tertio modo operandi *per modum sacrificii.*

Isa. 53.

De quarto modo,

Per modum Redemptionis.

REdimere propriè significat liberare seruum de statu alterius, aut pristinæ libertati restituere: quod mancipium: quod excellentissimè præstitit Christus Dominus noster. Quia per sanguinem suum plenariè satisfecit Diuinæ iustitiæ, nos omnes, tot seruos & mancipia è Dæmonis eripuit potestate:

od Dæmon haberet supra nos proprium dominium;
quia à Deo obtinuerat potestatem puniendi homi-
m, eumque deducendi ad infernum.

Hæc Redemptio tàm liberalis ex parte Christi, tamq;
ntaris ex parte nostra, commendatur admodum &
atur à sacra Scriptura. *Non corruptibilibus auro,* 1. *Petr.* 1.
argento redempti estis: sed pretioso Sanguine quasi agni 1. *Cor* 6.
maculati Christi. Empti enim estis pretio magno:
ificate, & portate Deum in corpore vestro. Verùm, si
mus insistere vi & proprietati verborum, aliud est
mere, aliud *redimere*. *Emere* est comparare dominium *S. Hier ad*
alicuius mediante aliquo pretio: *redimere* est de no- *Sal. cap* 3.
comparare dominium rei primò possessæ, sed per *Suarez*
quam occasionem amissæ & deperditæ. Iam, posi- *disp.* 4. *sect.*
hac explicatione, *Christus redemit, & emit: redemit,* 3.
Deus: emit, vt homo. Quia in quantum Deus de
uo cõparauit, & rursum acquisiuit sibi ius antiquum
amicitiæ, quod in nos habebat: ast in quantum ho
nouum ius & dominium supra nos acquisiuit. Qua- *Psal* 2.
propter dicitur in Psalmo: *Postula à me, & dabo tibi gen-*
hereditatem tuam.

Sed, quomodo & quando Christus Dominus noster
Redemptoris officium exercuerit, videamus. Chri-
s nõ duntaxat Redemptor fuit patiendo & moriendo
o nobis in Cruce, sed à principio quoque conceptionis
æ, & in omnibus operationibus vitæ suæ vsque ad
ortem. Etenim omnes & singulæ Christi operatio-
gratissimæ erant Patri æterno, & quælibet sufficien-
ma pro nostra redemptione: esto pretium totale &
mpletum nonnisi in Cruce solutum fuerit, iuxta Di- *Luc.* 24.
num oraculum: *Nonnè oportuit pati Christum, & ita*
trare in gloriam suam.

De quinto & vltimo modo,

Per modum efficientiæ.

Passio Christi non solùm salutis nostræ extitit causa *Suarez*
moraliter & meritoriè, in quantum suo merito mo- *disp* 31.
uit voluntatem Dei ad dandam nobis *effectiuè* grati- *sect.* 9.

am, sed etiam *physicè & efficienter:* quod intelligitur de Passione *subiectiuè*, videlicet, de Humanitate Christi, in quantùm Passioni & morti subiecta fuit. Adeoque nunc Humanitas Christi, in quantum est instrumentum cõiunctum Diuinitatis, concurrentis vt causa principalis, est causa physica instrumentalis omnium supernaturalium effectuum gratiæ. Quod idem dicendum est de sacratissimis plagis Christi, & de pretiosissimo sanguine, *physicè instrumentaliter* concurrentibus ad nostram salutem. Neque hæc doctrina contrariatur S. Thomæ docenti, nullam creaturam posse esse causam instrumentalem creationis: quia, vt benè exponit Caietanus, gratiam causata ab Humanitate Christi in anima nostra non creatur, cum ad eam concurrat anima tanquàm subiectum secundùm suam potentiam obedientialem, vti latiùs probatur in Theologia. Et hæc de modo, quo Christus per suam Passionem operatus fuit salutem nostram, nimirùm, tanquàm causa meritoria & satisfactoria, tanquam Sacerdos & Redemptor, & denique tanquam causa physica instrumentalis.

Cap. XI.

De inæstimabili thesauro meritorum Passionis Christi.

INter principalia sanctæ nostræ fidei mysteria, magnæ saluti nostræ necessaria collocandus quoq; venit thesaurus meritorum Christi nobis quasi in hæreditatem ab eodẽ Christo consignatus. Siquidem tota causa nostræ spei, fundamentũ salutis nostræ, totũ etiã illud ius, quod habemus ad vltimũ æternæ beatitudinis finẽ, ortum suũ ducit à meritis & per merita Passionis Christi. Non enim
Act. 4. aliud nomẽ est, *in quo oporteat nos saluos fieri*, nisi in Christo, qui, tanquam caput membris suis, velut vitis palmitibus, cõmunicat nobis, & in nos influit spiritum & vitam gratiæ, gloriæ, totiusq; cœlestis benedictionis. Verùm est,
Rom. 6. *quod Christus semel mortuus est, & iam non moritur*, vt se præteriit mors, præteriit passio, præteriêre & actiones eius meritoriæ: at dignitas & valor horũ meritorũ remanet, & remanebit in æternũ in scientia & præsentia Patris æterni, totiusq; sanctiss. Trinit. (quemadmodùm transacto peccato remanet reatus cũ dignitate & merito pœnæ) & intuitu horũ meritorũ Christi placatur Deus, & cõciliatur mundo, cunctisq; concedit media ad salutem

necessaria. De hac igitur meteria tanti momenti vtilitatisq; aspirante Spiritus S. gratiâ tractabimus in præsenti capite, tria breuiter declarantes puncta: primũ de conditionibus thesauri meritorum Christi: secundum de effectibus; tertium de applicatione.

De Conditionibus thesauri meritorum & satisfactionis Passionis & Sanguinis Christi.

PRo meliori intelligentia dicendorũ de proprietatibus meritorũ Christi, supponendũ est, meritũ nil aliud esse, quàm *opus voluntariũ, cui debetur ex iustitia merito vel præmiũ*. Vt v. opus aliquod mereatur præmium *ex debito iustitiæ*, nonnullas postulat conditiones: tres ex parte operis, videlicet, vt sit bonũ, liberũ & proportionatũ præmio: duas ex parte operantis, qui sit in statu viatoris, & gratiæ: vnã ex parte finis, qui sit supernaturalis: vnã ex parte Dei, qui acceptet opus, promittẽdo præmiũ *sub cõditione operis*: non n. potest se obligare Deus *ad extra ex iustitia*, nisi promissione interueniente, quâ seipsũ obligat *titulo fidelitatis*. Et totum id, ꝙ dictũ est de merito in cõmuni, intelligendum quoq; est de merito Christi; nam fuit verũ & propriũ meritum in Christo cũ omnibus conditionibus enumeratis, ad meritũ necessariis. 1. Operationes Christi erant bonæ moraliter, nec poterant esse malæ. 2. Erãt liberæ libertate exercitii (vti aiũt Theologi) nõ specificationis: siquidẽ nõ erãt liberæ ad bonũ sed ad malũ; sed intra rationẽ boni, poterat n. hoc aut aliud bonũ facere. 3. Erant pręmio proportionatissima propter dignitatẽ Personę operantis. 4. Constit. erat in statu viatoris, qa erat in via ad impass. aæ. & ad gloriã corporis. 5. Erat in statu gratię: & gratię vnionis, & gratię habitual. 6. Operabatur propter finẽ supernaturalẽ, & absq; eo actiones eius naturales summè meritoriæ erant propter dignitatem personæ. 7. Deniq; operationes erant à Deo acceptatæ *ad præmium infinitum*, aut neccessariò, aut liberè, quod Scholasticis relinquo discutiendum. Et hæc sufficiant pro breui intelligentia essentiæ thesauri meritorum Christi. Nunc eiusdem exponemus proprietates. 1. Prima proprietas. Est thesaurus nobis summè necessarius: etenim, supposito, ꝙ Deus volebat sibi ex toto rigore iustitiæ satisfieri propter offensam per peccatũ Adami sibi allatã, satisfactio debebat esse infinita, proportionata offensæ infinitæ, & quia hęc p̃stari poterat à puro Deo

Caiet. tom. 3 opusc. t. 10. c. 9.

hic solus satisfacere non possit humiliando se alteri se superiori: neque à puro homine, cùm infinitam satisfactionem exhibere nequeat; necessarius fuit aduentus Christi, qui simul esset Deus & Homo, &, ut Homo, daret satisfactionem, vt Deus, daret valorem & infinitatem illius. Necessarius igitur est thesaurus meritorum & satisfactionum Christi, quo iustitiæ Dei plenaria exhiberetur satisfactio pro nostris peccatis.

Secunda proprietas. Est thesaurus vtilissimus. Quia merita nostra non solùm fundata habemus in meritis Christi, & ab illis dependentia, verùm etiam nobis, in quantum sumus membra vnam & eandem personam mysticam cum Christo, tanquàm cum capite, constituentia, eadem Christi merita attribuuntur vti propria.

Aug. de Doctr. Christ. c. 31.

Quod etiam confirmat Augustinus *ex regula Tychonis*, illius eandem reddens rationem: *Transitur à capite ad corpus, & à corpore ad caput: quia non receditur ab vna, eademque persona.* Et huius causa coniunctionis meritorum nostrorum cum meritis Christi, de vobis verificari ac dici potest, quod mereamur non duntaxat ex *iustitia*, sed etiam *ex omni rigore iustitiæ*. Eandem ob causam Deus præmiando merita nostra, præmium concedit *vltra condignum*: quia respicit etiam merita Christi. Fœlicissima sanè vnio, dignissima coniunctio! Cum hac & per hanc omnem, qui est in meritis nostris, supplemus defectum. *Quidquid deest mihi*, dicebat

S. Bernard

Bernardus, *suppleo mihi ex meritis Christi*. Quare optimum documentum est, & consilium, nè operemur tanquàm membrum duntaxat; sed tanquàm persona simul cum Christo, offerendo Patri æterno nostra merita cum meritis Christi. Hinc sequitur, quintuplici ex capite merita nostra dependere à meritis Christi. 1. Quia ad gratiam, quæ est principium meriti: hæc enim gratia datur nobis per merita Christi. 2. Quò ad auxilia supernaturalia, tàm antecedentia, quàm consequentia gratiam: quia hæc quoque habemus per merita Christi. 3. Quù ad acceptationem ad præmium: nam opera nostra bona in tantum à Deo ordinantur ad meritum, & acceptantur ad præmium, eisque promittitur merces *sub conditione operis*; in quantum is mouetur à meritis

Chri-

Christi, 4. Quò ad supplementum defectuum: quia
merita Christi suppletur defectus nostrorum meri-
torum, 5. & vltimò. Quò ad vnionem: nàm meri-
ta nostra vnita sunt, & coniuncta cum meritis Christi,
in vna eademque persona, non naturali, sed my-
stica, vt dictum est.

Tertia proprietas. Est thesaurus sufficientissimus:
enim Christus nobis promeruit gloriam, sufficientis-
simum soluendo pretium Sanguinis sui. *Bonum au-* S. Ambros.
rum est Sanguis Christi, diues ad pretium, ad lauandum psal. 35.
omne peccatum profluus. Sicq; gloria cœlestis, vtpotè,
nobis & pro nobis comparata, nobis iam iam parata est,
& disposita pro nobis nos exspectat, & sola deest posses-
sio. Nostra est quantùm ad ius, non est tamen nostra
quantùm ad possessionem. Et si possessio fit *per posi-*
tionem pedum, tunc eam possidebimus, quando in ea-
dem collocabimus totum amorem & affectum nostrum.
Rex quispiam compararet ciuitatem aliquam pro v-
no è subditis suis, & soluendo pretium Patrono diceret:
non pro mea persona, sed pro tali aut nomine talis com-
parauit hanc vrbem: quotiescunque is voluerit, trades
ei possessionem illius: subditus abs dubio vrbis huius
experet dominium; at nunquàm illam possideret, nisi
in propria persona illùc iret possessum illam. Ad eun-
dem modum Christus D. N. emit à Patre suo cœlestem
gloriam soluendo pretium Sanguinis, non pro se, sed
pro nobis eam comparauit: ipse enim eadem iam frue-
tur *ex debito vnionis*, vult igitur illam nobis dare *ex de-*
bito meriti; sed cum hac conditione, vt ipsimet venia-
mus accepium illius possessionē, & nisi in propria venia-
mus persona, omni priuemur iure & dominio. Quare
gloria æterna est nostra, non iam à nobis comparanda;
sed, vt fruamur illâ, solùm eò iter constituendum est: &
quia *nihil inquinatum intrabit in eam*; primò necesse
est, nos mundemus & expurgemus ab omni peccati ma-
cula, ab omni reatu & obligatione pœnæ. Hoc ipsum
nobis innuit Christus D. N. per parabolam nuptiarum,
in quibus illi duntaxat inuitati exclusi fuêre, qui *neglexe-*
runt venire, bonis terrenis inhianies. Pro praxi huc-
usque dictorum capiamus exemplum à D. Bernardo,

quâ ratione respondere oporteat Diabolo diffidentiâ aut desperatione nos tentanti: respondeamus, inquam, cum viro sancto: Christus duplici titulo obtinuit gloriam, titulo, videlicet, vnionis, & meriti: & ratione primi ipse eâ contentus est, ratione secundi eiusdem nos efficit participes: quapropter in meritis Christi habeo ius ad gloriam, & cooperando in virtute eorundem meritorum obtinebo illius possessionem.

Quarta proprietas. Est thesaurus eminentissimus propter infinitum, quem in se continet, valorem & dignitatem meritorum & satisfactionum. Infinitus valor meritorum Christi duplici ex capite desumi potest. 1. Ex infinita dignitate Personæ verbi. 2. Ex infinita dignitate naturæ humanæ, consideratæ, non secundùm puram naturam humanam; sed vt est sanctificata & Deificata à natura Diuina.

Primũ probatur ex illo principio philosophico, quod *actiones non sunt formarum, sed suppositorum*: quia forma (vti aiunt) est principium, vt *Quo*; suppositum verò, vt *Quod*, id est, suppositum aut persona est principiũ, ꝙ popriè operatur, & cui attribuitur operatio: ac mediante formâ, tanquàm principio suo immediatè operatiuo. Ex hac doctrina sequitur, Verbum Diuinum, quod proprium erat in Christo suppositum, operari cunctas actiones, humanas & Diuinas: humanas mediante naturâ humanâ: Diuinas, mediante Diuinâ. Quapropter Apostolus Deo attribuit actum reconciliationis Mundi, Diuino, nimirùm, supposito, quod erat in
2.Cor.5. Christo: *Deus erat in Christo Mundum reconcilians sibi*, sed mediante Humanitate suâ. Vndè ad eundem actum satisfactionis & reconciliationis concurrebat & natura humana quò ad substantiam operis seu actus, & Persona Diuina quantùm ad valorem. Quemadmodum pictura cùm perficitur à pictore, quò ad subst. dependet à manu pictoris; quantùm verò ad modum artificiosum à pictoris arte dependens est: ad eundem modum satisfactio & redemptio nostra, quantùm ad substantiam, dependet à natura humana Christi: at quantùm ad modum (quod nimirùm sit redemptio infiniti valoris, ac de omni ratione iustitiæ) dependenter habet à Persona Diuinâ. Sup-

nsito ergò hoc principio, primum punctum probatum 3.p.q.1.art. 2.
manet, quia, vt benè aduertit Caietanus, in operatione
Christi, tàm actiua, quàm passiua, duo considerari pos-
sunt: primum, *quod sit operatio*: secundum, *quod sit talis*,
licet Personæ Diuinæ vt proprii suppositi. In prima con-
sideratione operatio Christi erat finita: in secunda erat
infinita, videlicet, infiniti meriti, infinitæ satis-
factionis, & infinitæ impetrationis, propter
eius infinitum valorem, quem ab infinita Diuinæ Perso-
næ operantis dignitate recipiebat, ac propterà, vt idem
Doctor subiungit, Passio Christi, *licet fuerit bonum finitum essentialiter; fuit tamen bonum infinitum personaliter.* Hoc sufficiat pro primo puncto.

Probatur nunc secundum punctum. Quia Diuinitas
Verbi non immediatè, sed mediatè Humanitati in Perso-
na Verbi, *ad modum formæ*, sanctificabat & Deificabat na-
turam humanam: quemadmodum ignis ferro vnitus, *ad*
modum formæ, calefacit, & ignitum facit efficit ferrum.
Qua de causa operationes, vt procedebant à natura hu-
mana sic sanctificata & Deificata reddebantur in se Dei-
cæ & Diuinæ, ac per consequens infinitæ dignitatis &
valoris in merito & satisfactione: propter eandem ra-
tionem omnis actio Christi simul humana est, & Diuina, S.T.q.19. art.1.
vnde in græco idiomate dicuntur *actiones Theandricæ*, S. Dion. Epist. ad Caium.
id est, *Dei viriles, Dei virique.* Etenim humanæ sunt, in quã- S. Amb. lib. 3. de fide. c. 19.
tum procedunt à natura humana: & Diuinæ, in quantũ
eædem actiones propriæ Personæ Diuinæ & humanæ à Di-
uinitate Deificatæ.

Ex hucusque dictis tria suboriuntur dubia.

Primum. Si quodlibet Christi opus fuit infiniti meriti
& satisfactionis, quia Personæ Diuinæ dignitas æqualiter
& indiuisibiliter dignificabat omnia: ergò quæcunque
Christi actio sufficiens erat nostræ Redemptioni.

Secundum. Si meritum Passionis Christi est infinitũ:
cur, cùm Christus solus, absque vlla ope nostra abun-
dantissimè iam satisfecerit, superfluum est meritũ nostrũ.

Tertiũ. Bonitas satisfactionis Christi videtur esse in-
ferior ipsa peccati malitia: enimverò malitia peccati est
contra Deũ in quantũ est Deus, at satisfactio esto proce-
dat à Christo, qui est Deus; attamẽ non est à Christo, in
quantum Deus, sed in quantum homo est; ergò pro tali
natura *ad æqualitatem* satisfacere nequit.

Ad

S T quolib. 2 art. 2. Ad primum respondetur cum S. Thoma, ad comparandam rem aliquam vltra quantitatem pretii requiri insuper deputationem pretii: Christus igitur Dominus noster pro salutis nostræ pretio deputauit & obtulit non vnam duntaxat actionem meritoriam; sed omnes actus vitæ, Passionis & mortis suæ.

Ad secundum respondetur, necessarium quoque esse meritum nostrum: quia Deus non solùm accepit nos per Christum ad gloriam, veluti puerulos cum baptismo ex hac vita migrantes; sed etiam ad meritum gloriæ: quod secundum S. Thomam nobis magis gloriosum est. Vndè Christus D. N. non tantùm nobis promeruit gloriam; verùm etiam illius meritum.

Ad tertium respõdetur, satisfactionem esse à Christo & quidem quò ad substantiam, est à Christo, in quantum homo est: quò ad valorem verò, est ab eodem, inquantùm est Deus. Quapropter non tantùm æquans fuit offensæ; sed etiam ipsam excedens: Deo enim infinitè plùs placuit bonitas satisfactionis Christi, quàm displicuit peccati malitia. Quemadmodùm, inquit D. Chrysostomus, si quis pro debito decem scrorum, seu aureorum hanc persoluere summam, & insuper alia innumera auri talenta, vinctumque in Regalem aulam deduceret. Et ad hoc idem significandum mysterium potat Concilium Triburense, quod consecraturus calicem in sacrificio Missæ maiorem vini quàm aquæ apponat quantitatem, quo denotatur, valorem meritorum Christi longè excedere malitiam peccati. *Vt vbi abundauit delictum, ibi superabundet & gratia.*

S. Chrysost. Hom. 10. in Epist. ad Rom. 4.

Ad Rom. 5.

Quinta proprietas. Est thesaurus purissimus enim venit Christus in carne, non vt nobis naturæ aut fortunæ; sed Diuina gratiæ & gloriæ mereretur bona. *Christus non pro hominibus, vt crearentur, passus est: sed vt impii iustificarentur, & hæc est gratia data per Iesum Christum Dominum nostrum, quam commendabat Apostolus, scilicet, gratia iustificationis, non creationis.* Iure merito igitur Christi merita dici debent purissima, cùm Deum purè respiciant, mereanturq; maiorē Dei gloriam; nõ in creatione Mundi, non in sapientia Philosophorum, nec in potentia Imperatorum mundanorum, sed

S. Aug.

spirituali duntaxat, & supernaturali potentia animarum. Et in hoc merita nostra conformanda sunt meritis Christi, sicuti effectus causis suis assimilari debent: vt nimirùm, applicemus merita nostra propter bona æterna, non propter temporalia: laboremus & sudemus propter æternitatem, non propter temporis breuitatem: omnem curam ac sollicitudinem ponamus in acquirendis, non naturæ & fortunæ; sed supernaturalibus gratiæ bonis: plura pacis complectar, non nisi illud audeamus promereri præmium, quod etiam promeruit Christus, quod est præmium gratiæ & gloriæ.

Sexta proprietas. Est thesaurus misericordiâ uberrimus: quia Christus sanctissimis suis mediantibus meritis semper assistit Patri suo æterno, *semper viuès ad interpellandum pro nobis*, semper coram Patre clamando & petendo misericordiam: misericordiam nobis, & iustitiam sibi: siquidem dona gratiæ, quæ ex putâ liberalitate nobis exhibentur, ex iustitia debentur meritis Christi, imò ipsa merita nostra non nisi Dei dona sunt. Vndè S. Augustinus in illa verba: *Ascendens in altum, dedit dona hominibus*, ait: *Hæc dona sunt merita nostra.* Quoties Deus iustitiæ suæ motus debito Mundum castigasset, ac in inferni abyssum dedisset præcipitem, nisi placatus fuisset præsentia meritorum Christi pro Mundo pietatem, veniam & misericordiam continuò clamantium.

Hebr. 7.

S. Aug. Ephes. 4.

Septima & vltima proprietas. Est thesaurus gloriosissimus: etenim Christi merita verum & vnicum fundamentum sunt omnis nostræ gloriæ, lætitiæ & gaudii. Vndè Apostolus dicebat: *Absit mihi gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi*, videlicet, in meritis & fructibus Crucis Christi, qui sunt etiam fructus & merita nostra, vt benè exponit S. Thomas. In meritis Crucis Christi consistunt omnia motiua veræ lætitiæ & gaudii.

Gal. 6.

D. Th.

1. Est fundamentum veri gaudii, quod redierimus in amicitiam Dei: id autem obtinuimus per merita Passionis Christi, in hac enim euidens dilectionis Diuinæ demonstratus argumentum. *O inæstimabilis dilectio Charitatis! vt seruum redimeres, Filium tradidisti.*

2. Ingentis lætitiæ motiuum est adoptio magnæ scientiæ

entiæ; & hanc excellentiam reperit Apostolus in mente
1. Cor. 2. Crucifixi: *Non indicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.*

3. Glorioſum eſt magnâ pollere potentia & virtute;
1. Cor. 1. & hanc poſſidemus in cruce Chriſti & meritis eius. *Verbum Crucis pereuntibus quidem ſtultitia est, nobis autem, qui ſalui fiunt, id eſt, nobis, Dei virtus eſt.*

4. Lætitiæ quoque materiam ſuppeditat, tranſire à ſeruitute ad ſtatum libertatis: & hac fruimur in mente
Rom. 9. Chriſti. *Vetus homo noſter crucifixus eſt, vt vltra non ſeruiamus peccato.*

5. Magnæ æſtimationis indicium eſt, ſi quis ad eminentem quandam aſſumatur dignitatem: & nos per merita Chriſti ingreſſum habemus & aditum ad dignita-
Hebr. 6. tem cœleſtis gloriæ. *Chriſtus per proprium Sanguinem introiuit ſemel in Sancta, æternâ Redemptione.* q. d. Chriſtus per effuſionem Sanguinis ſui in die Aſcenſionis tanquàm ſummus Sacerdos intrauit *in Sancta Sanctorum*, nempè, regnum cœlorum: nobis eandem etiam acquirens gloriam cum æterna Redemptione.

6. Denique occaſione cuiſdam victoriæ magnus ſit applauſus nihilq; deeſt ad ſummam lætitiam; & nos per Sanguinem Chriſti de cunctis inimicis noſtris reportamus victoriam. *Expolians Principatus & Poteſtates, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in ſemetipſo.* id
Coloſſ. c. 2. Carthuſ. eſt, *in proprii corporis crucifixione*, veluti exponit Carthuſianus in hunc locum. Cum igitur Chriſti meritorum noſtri boni origo ſint & principium, merito en-
Sap. 7. 11. poteſt: *Venerunt nobis omnia bona pariter cum illa*, ac in vlla alia re nobis gaudendum, aut gloriandum eſt, nisi *in Cruce & in meritis Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Vt propterea theſaurus meritorum Chriſti apprimè celebretur glorioſus.

De effectibus meritorum Paſſionis Chriſti D. N.

MErita Chriſti, vtpotè, infinito ſuffulta valore, illimerendum non ipſimet Chriſto duntaxat, ſed etiam aliis, nempè, Angelis & hominibus ſufficientiſſima fuêre. Videbimus igitur, quid ſibi promeruerit Chriſtus D. N., quid Angelis, quid etiam hominibus.

Quo

Quantùm ad primum, tres perfectionũ species in Christo cõsiderari possunt. Prima est substantialis, & est vnio personalis: secunda est accidentalis interna, vti sunt habitus supernaturales gratiæ & virtutũ: tertia est accidentalis externa, & est gloria corporis & nominis exaltatio: super Resurrectio, Ascensio & Potestas iudiciaria. S. Thom. q. 19. art. 3.

Certum est, & extra omnem controuersiam, Christũ non meruisse sibi primam perfectionem: quia concernebat primum esse, & ipsam spectabat Christi essentiam, ergo nec vllam præsupponebat operationem, quà mediãte mereri posset. Præterea gratia habitualis, quia est principium meriti, non cadit sub meritum; quãto minùs gratia Vnionis, quæ omnis omninò meriti, imò ipsius etiam gratiæ principium est, sub meritum cadere potest? Neq; secundam perfectionem Christus sibi promeruit: etenim iuxta doctrinam S. Thomæ, *perfectius est esse ex habitu, quàm ad habitum.* Quare solam tertiã meruit sibi perfectionem: nam quamuis gloriam corporis, exaltationis Nominis deberetur Christo *ex debito supernaturali*: ad maiorem tamen Christi perfectionem conducebat, vt illam alio quoq; meriti titulo obtineret: siquidẽ omnes operationes à Christo Domino factæ cum debitis conditionibus ad merendũ necessariis instructę erãt.

Quantùm ad secundum, Christus D. N. S. Angelis meruit omnia dona prædestinationis, gratiæ actualis, gratiæ habitualis & gloriæ: quia, secundùm doctrinam D. Thomæ, Christus est caput, non hominũ duntaxat, sed etiam Angelorum: ergò in hos etiam influit effectus gratiæ. Præterea, Christus per principium vniuersale gratiæ, & gloriæ *in illo genere*: omnes igitur alia gratia dependet à gratia Christi: ergò etiam gratia Angelorum: esto non dicatur Christus passus & mortuus pro Angelis. Quemadmodũ Christ⁹ sibi quoq; meruit in Passione sua: tametsi non dicatur passus & mortuus pro seipso, sed pro nobis, inde sequitur, Christũ fuisse, Iustificatorẽ, Sanctificatorẽ & Glorificatorẽ Angelorũ, non autem Redemptorẽ. S. T. q. 29. de Verit. a. 7. ad 8. & 3. p. q. 21. art. 4. ad 2.

Quantum ad tertium. Christus per Passionem suam promeruit nobis cunctos effectus, incipendo à primo effectu prædestinationis ad vltimũ vsq; glorificationis; ergò quia Christus fuit perfectiss. noster Redemptor & Saluator; ergò nobis promeruit omnes gratias ad salutem

intrin-

intrinsecè necessarias. Insuper est principium vniuersale & primum in genere gratiæ: ergò omnis gratia dependet à Christo, iuxta illud Evang. *De plenitudine eius omnes accepimus.* Idem quoque dicendum est de Patribus antiquis ante aduentum Christi: quia habuerunt gratiam *per merita Christi prævisa.* Ast dicet quispiam: cur non habuerunt etiam gloriam? Respondeo, non habuisse istam, primò, quia non pertinebat ad amicitiam Dei, veluti gratia, ac propterea differri poterat. Secundò, quia iuxta ordinationem & dispositionem Diuinam, priusquam aperiretur cœli porta, pateretque aditus ad æternam gloriam, Christus satisfacere debebat pro peccato originali, tanquàm pro peccato, quod naturam humanam infecerat, idq; præstitit Christus in cruce. Gratia etiam Protoparentis nostri Adami in statu innocentiæ, data ei fuit per merita Christi: quia secundùm S. Thomam, *habuit fidem Christi venturi;* ut non in carne passibili, eò quod non præuiderit peccatum suum.

Ioan. 1.16.

2.2. q.2. art. 7.

Concludo cum authoritate Concilii Tridentini excellentissimè declarantis, quanta sit dependentia nostra à Christo in materia gratiæ. *Non habet homo, vnde glorietur: sed omnis glorificatia nostra in Christo est in quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, faciente fructus dignos pœnitentiæ: qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre.*

Sess. 14 c. 8.

De modo applicationis meritorum Christi D. N.

DVo considerarare possumus in meritis Christi sufficientiam & efficaciam: sufficienti est in nobis sine nobis, efficacia est in nobis, at non sine nobis; etenim absoluta Dei voluntas hæc est, vt nonnisi cooperatione nostra mediante effectuum gratiæ meritorum Christi efficiamur participes: siquidem non solùm vult vt habeamus merita Christi, tanquàm merita Capitis nostri; verùm etiam propria habeamus merita & rationalia, dependentia tamen à meritis Christi, veluti supra

tum est. Quapropter nil aliud est communicare & applicare nobis merita Christi, quàm acquirere merita propria dependentia à meritis Christi, vel acquirere gratiam per merita Christi. Ac proindè, quotiescunque mercemur aliquod bonum & pium opus, & nonnullos gratiæ gradus acquirimus; toties applicamus nobis merita Christi, assequimur gratiam per merita Christi. Itidè hæc applicatio non intelligitur fieri immediatè, & mediante gratiâ communicatâ nobis per merita Christi. Hæc applicatio fit duobus modis: primò, *ex opere operato*, mediantibus sanctis Sacramentis; secundò, *ex opere operantis*, medio exercitio virtutum: quia, vt effectiuè gratiarum Christi reddamur participes, necesse est, nos incorporemus Christo, tanquàm membra Capiti, quod fit mediante gratiâ acquisita, vel in Sacramento, vel extra Sacramentum.

Ex dictis sequitur, quod, quemadmodum nil prodest medicina, nisi applicata, ita nihil prosunt & iuuant merita Christi, nisi effectiuè participata: & sicut peccatum Adæ nonnisi ei nocet & damnum infert, qui se vnit Adæ *per seminalem generationem*; ità à contrario merita Christi nonnisi eum iuuant qui *per spiritualem generationem* se Christo coniungit. Ac propterea in sacra scriptura dicitur, quod Christus nos lauet, & nos quoque lauemus animas nostras. De Christo quidem dicitur: *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo*: de hominibus verò: *Lauerunt stolas suas in Sanguine Agni*. Christus enim lauat quò ad sufficientiam, & nos cooperamur quoque quò ad efficaciam. Et hæc citea doctrinam sufficiant. Ioiſ. c. 1. Apoc. c. 1. & 7.

Vt verò ad praxin huius applicationis descendamus, docet eam modis pluribus faciendam esse.

Primò, postulando eam à Deo & à Christo: petendo efficaciam meritorum eius, quod est idem, ac petere efficaciam gratiæ, aut gratiam efficacem per merita Christi: eamque rogando, vt nobis concedat non tantùm posse operari benè; sed etiam bonum operandi actum.

Secundò, Sanctissimæ Virgini Deiparæ, quæ à SS. Patribus sanguinis meritorumq; Christi Dispensatrix appellatur, supplicando, vt à suo perdilecto Filio eandem nobis impetret efficaciam.

Tertiò, rogando Deum, vt cotinuiam nobis concedat Passionis Christi memoriam.

Quartò, exorando Deum, vt nobis tribuat occasionem patiendi cum Christo, & compatiendi Crucifixo: quia sicut patiendo Christus Caput nostrum concurrit quò ad sufficientiam meritorum suorum; ita vicissim patiendo concurrere debent membra quò ad efficaciam.

Quintò & vltimò, magnâ cum vbertate contingit hæc applicatio in deuota sanctissimi altaris Sacramenti sumptione.

Ad eandem applicationem multùm conducit sublenatio mentis in cœlum cum consideratione, qua ratione merita Christi assistant ante conspectum Dei. S. Ioannes
Apoc. 4. eadem conspexit in forma maris. (*In conspectu sedis tanquàm mare vitreum simile crystallo*) & in forma altaris,
Apoc. 8. in quo erat ignis & incensum: sicut etiam sub symbolo
Apoc. 5. occisi Agni. *In medio throni, &c. Agnum stantem tanquàm occisum.* Et meritò sub figura aquæ, ignis, & incensi significantur Christi merita; quia animas nostras lauant, purificant, ac suauissimo virtutum Deo grandissimarum adimplent odore. Sed præ cæteris ante Dei conspectum stabat Agnus occisus, videlicet Christus cum sanctissimis plagis, author & causa omnium meritorum. In quibus visionibus duo, quæ ad fructum conducunt, aduertenda sunt. Primum, quod *Angelus*
Apoc. 8. *accipiebat ignem de Altari, & mittebat in terram*, & significat Christum summam habentem authoritatem: cui conuenit donare Ecclesiæ merita sua, veluti abundantissimè præstitit in die Penthecostes. Secundum, quod omnes Sancti in cœlo Christo gratias persoluebant pro tanta gratia, cantando *canticum nouum*, in laudem Christi, dicendo:
Apoc. 5. *Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in Sanguine tuo.* In hac gratiarum actione Sanctos illos imitari debemus, vt infrà dicetur. Et hæc sufficiant circa applicationem meritorum Christi.

CAP.

CAP. XII.

De gratitudine beneficio Passionis Christi D.N debita.

Virtus gratitudinis, iuxta Doctorem Angelicum, 2. 2. q. 106.
...it gratiam dantis: & vbi est maior gratia ex parte ...; ibi requiritur maior gratitudo ex parte recipien-... Vult dicere, gratitudo proportionari debet benefi-... & quò magis crescit magnitudo beneficii, tantò et-... maior esse debet gratiarum actio & gratitudo pro ... beneficio. Quod si igitur beneficium Redemptionis ... Christum in Passione sua nobis præstitum est valo-... infiniti, & ex parte Donantis, qui erat Verb. Diuinũ: ... parte doni, quod erat vita Christi, vita Dei, Sanguis ...sti, Sanguis Dei, est valoris infiniti, propter vnio-... cum Persona Diuina: & ex parte modi, nam cõtulit ... hoc donum cum infinito charitatis affectu, sum-... suo dolore & opprobrio: igitur iuxta infinitam do-... magnitudinem infinitæ à nobis referendæ essent ...æ, infinita esse deberet gratitudo nostra. Quia verò ...bis impossibile est, monitum mediumque, quo & S. ...ardus frequenter vsus fuit: nobis adhibendum est: *...quid mihi deest*, inquiebat ille, *suppleo mihi de meri-... Christi.* Christo satisfacere nequeo propria gratia-... actione pro beneficiis ab eo acceptis: ipsiusmet igi-... Christi gratiarum actione satisfacere debeo, idque ...bus modis: primò, gratificando Christo finitâ no-... gratitudine dependente à Christi gratitudine. Se-...ò, gratias referendo Christo cum infinita ipsiusmet ...sti gratiarum actione.

Quòad praxin primi modi, Christo pro beneficio Pas- S. Tho. loc.
...ua suæ grati esse debem' tribus modis: corde, linguà, sup. cit.
...nu. Primò, corde: qualibet, nimirũ, horâ memoriâ ...endo aliquod mysterium Passionis Christi, eo mo-... quo mox dicetur, præter meditationem, quam ...dem materia singulis diebus manè institues. Se-

cundò, linguâ, mysterii huius mentionem facies, mentem eliciendo actus: gratiarum actionis, contritionis, petitionis, dicendo: gratias tibi ago, Domine, pro hoc mysterio; peto à te humillimè veniam; ac postulo mysterii illius efficaciam. Tertiò, manu. Et quia gratitudo, secundùm Sanctum Thomam debet esse *in eodem genere*; quemadmodùm Christus in Passione tradidit pro nobis, scilicet, pati, mori, & donare nobis salutem animæ; ita grato animo eadem Christo referre debemus, pro Christo lubenter patiendo, desiderando mori pro Christo, & eidem cooperando in zelo salutis animarum.

q. 106. a 6.

Quò ad praxin secundi modi aduertendum est, quod cùm in Christo Persona referens gratias fuerit Diuina & infinita, gratiarum actio à Christo exhibita fuerit pariter Diuina & infinita, qua adæquatè satisfecit Patri æterno pro cunctis beneficiis & nobis, & Humanitati suæ exhibitis. In Christo neutiquam adest impedimentum, quod est in nobis, qui nec Deo, nec Christo pro acceptis beneficiis æquiualens referre valemus: quapropter quò plures creatura gratias Deo refert, eò magis idem obligata remanet, cùm ipsamet gratiarum actio sit nouum beneficium. Verùm in Christo, vt ait Caietanus, Verbum Diuinum, quod erat persona referens gratias, noui beneficii incapax erat: ergò pro beneficiis Humanitati suæ concessis æquiualens reddere poterat. Cùm igitur gratiarum actio à Christo exhibita fuerit infinita *personaliter*, vti dictum est, cum eadem & Deo, & Christo æquiualens reddere debemus. Quod idem sentire videtur Regius Propheta hisce verbis: *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ tribuit, mihi?* Qua ratione Christo æquiualens reddere poterò pro tantis que beneficiis, præsertim verò pro beneficio Redemptionis suæ? *Calicem salutaris accipiam*, ipsum Passionis suæ calicem accipiam, & eodem obligationi meæ adæquatè satisfaciam.

3. p. q. 1. a. 2.

Psal. 115.

CAP. XIII.

De Excellentiis Sanguinis Christi D. N.

Excellentia I.

EST Sanguis Diuinus. Primò, quia est Sanguis Dei. *Posuit vos Spiritus Sanctus regere Ecclesiam, quam acquisiuit Sanguine suo.* Secundò, quia est Sanguis vnius Personæ Diuinæ Verbi, veluti definitur à Clement. *quod vna gutta Sanguinis Christi erat sufficiens pretium nostræ Redemptionis per vnionem ad Verbum.* S. *Thom. opusc. 58. cap 27.*

Excellentia II.

EST Sanguis infinitus in dignitate & valore, ac proinde infiniti meriti & satisfactionis ad satisfaciendum pro peccatis totius Mundi, infinitorumque Mundorum, si forent existerent. Et hæc infinitas, non tantùm erat in effusione Sanguinis Christi, quia operatio Diuina fuit; sed etiam reperiebatur in Sanguine effuso propter vnionem intrinsecam cum Verbo Diuino. Vndè patescit differentia inter lachrymas & Sanguinem Christi: enimverò illæ solùm habebant infinitatem extrinsecam, in quantum erant suppositi Diuini: at Sanguis vltra hanc extrinsecam infinitatem habebat etiam aliam quandam intrinsecam ratione vnionis cum Verbo Diuino, vti dictum fuit.

Excellentia III.

EST causa nostræ salutis: nam quamuis hic titulus cuilibet competat operationi Christi; nihilominùs peculiari modo attribuitur Christi Sanguini: etenim Deus voluit, vt Redemptio nostra per Passionem & Sanguinem

nem Christi perficeretur & compleretur, iuxta illud A-
Ephes.1. postoli: *In quo habemus Redemptionem per Sanguinem eius.* Est verò salutis nostræ causa tribus modis, est enim causa meritoria, effectiua & exemplaris, Primus plicare potest ad effusionem Sanguinis; Secunda Sanguinem effusum, tanquàm instrumentum coniunctum Diuinitati; Tertia ad vtrumque simul.

Excellentia IV.

Psal.80. Est Sanguis suauissimus. *De petra, melle saturauit eos, de Sanguine, de corpore Christi,* vt exponit S. Thomas. Hæc suauitas & dulcedo Sanguinis Christi duos causat effectus in anima. Primus est rerum mundanarum
Prov.27. despectus: *Anima satiata calcabit fauum.* Secundus
Psal.41. est desiderium rerum æternarum: *Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum.* Et merito Christi Sanguis comparatur melli; Sicut enim mel in substantia sua dulcissimum est, & in virtute efficacissimum (*corpora putrefacta non sinit, vulnera sanat*) Ad eundem modum Sanguis
Plinius lib. 22.c.24. Christi eandem in se continet dulcedinem, & quidem dulcedinem per essentiam, quæ est ipsamet Diuinitas, cui vnitur vnione Verbi? & sanat ac præseruat animam ab omni peccati corruptione.

Excellentia V.

Est Victoria contra Diabolum. Quemadmodum enim Christus Sanguine suo postrauit Diabolum: ita nos eodem Sanguine triumphamus & reportamus victoriam de eodem Dæmone. Cuius veritatem ipsemet Diabolus falsus fuit: etenim S. Eadmundo Episcopo Cantuariensi vice quadam ipsum alloquenti: *Adiuro te per Sanguinem Iesu Christi, vt dicas mihi, quid est illud, in quo facilius te vincere possum?* respondit: *Idem, quod nominasti.* Et
Vincent. Bellu. spec. Histor. disparuit.

Excel-

Excellentia VI.

Est fortitudo in angustiis & tribulationibus. Dicere solebat S. Catherina: panis durus, si madefiat, facilè manducatur: pari modo tribulatio, si consideratione immectetur in Sanguine Christi, facilè supportatur. Hoc idem semel consuluit Saluator noster cuidam personæ afflictæ, cui apparens dixit: *Omne durum intinge in latus meum, & erit tibi totum suaue.* Specul. exemp d. q. num. 159.

Excellentia VII

Sanguis Christi est fons aquæ viuæ. *Fons æquæ salientis in vitam æternam*: Tres dantur effectus aquæ: abluere maculas, fœcundare terram, & extinguere sitim. Eadem in anima efficit operationes Sanguis Christi mediante gratiâ: mundat eam à peccatis, fertilem vberemque reddit virtutibus, omniumque mundanorum rerum extinguit sitim. Ioan. 24.

Excellentia VIII.

Est Testamentum Christi. *Hic Calix nouum testamentum est in meo Sanguin.* Et differt hoc testamentum in aliis, quia in aliis solùm datur ius ad hæreditatem: hic etiamet datur hæreditas, quæ est Sanguis Christi cum Diuinitate. 1. Cor. 11.

Excellentia IX.

Sanguis Christi est Purpura cœlestis. De qua S. Bonaventura loquens ait: *Sic indutus Purpurâ Sanguinis Christi poteris Regis palatium introire.* Et etiam Vestis nuptialis, sine qua nullus admittitur ad nuptias Agni. Vnde Sanguini Christi attribuitur quoque titulus *Clauis Paradisi.* S. Bona. Stim. d. a. p. 3. c. 12. S. Ambr.

Excellentia X.

Cant. 5. Est Sanguis vnitus & coniunctus lacti. *Bibi vinum meum cum lacte meo.* Videlicet, vinum Sanguinis Christi cum lacte sanctissimæ Matris eius. Sanguis Christi vires tibi addit in aduersitatibus, & lac sanctissimæ Virginis consolationem. Hos duos effectus experta fuit S. Augustinus, quando dicebat: *Hinc pascor à vulnere, hinc lactor ab vbere: quò me vertam, nescio.*

Excellentia XI.

Sanguis Christi est Supplementum Diuinum. Quemcunque nostrum defectum perfectionis supplere debemus per Sanguinem Christi. Haud aliter faciebat S. Bernardus dicens: *Quidquid mihi deest, supplemini de Sanguine Christi.* Modum supplendi Saluator noster docuit sanctam Methildim, eidem suadens, vt pro propria inobedientia Deo ac Christo offerret ipsum eius Christi obedientiam, pro superbia sua humilitatem Christi, & sic de reliquis virtutibus.

Apud Blos.

Excellentia XII

Sanguis Christi est propprium animæ obiectum enimuero cunctos illius sensus interiores confortat & consolatur. Colore suo delectat sensum visus: odore sensum odoratus: sapore sensum gustus. Cuius vice quadam Saluator noster cuidam Matronæ, cuius nomen erat Catharina, non alio fine, nisi vt eandem ad amorem suum accenderet, & paratæ simul assidens mensæ, quidquid tangebat Christus (adhuc à multis incognitus) *Sanguine colorabatur, cum maximo odore & sapore.* Et causam illius scisciitanti respondit: *Quidquid manducat & bibit Christianus, Christi sanguine debet esse intinctum.* Quo edocemur, animum nostram cuiusuis rei mundanæ, vti & suiipsius obliuio-

Spec. exemplor.

totam consideratione & contemplatione Sanguinis Christi absorptam viuere debere, Diuinam admirando pulchritudinem, gustando infinitam dulcedinem, odorando immensam iliam omnium virtutum fragrantiam, ibidem tanquam in proprio fonte residentem.

Excellentia XIII.

Est Sanguis memorabilis. Virtus Sanguinis Christi, secundùm Doctorem Angelicum, continua debet esse in nostra memoria, in intellectu, & in voluntate: Sicuti sanguis Agni erat in superliminari, *& in utroque poste.* Præterea, iuxta eundem, anima deuota stare debet à dextris Christi Crucifixi, *& reuerenter Sanguinem Christi in calice, id est, in proprio corde recondere:* vbi anima ingrata & beneficii accepti immemor stat à sinistris, spernit ac in terram profundit eundem Sanguinem. *Opusc. 85. c. 31.* *Exod. c. 12.*

Effectus, quos recipit anima grata, tres sunt; lumen, gaudium & corona gloriæ: anima ingrata tres alios recipit effectus contrarios; tenebras, tristitiam, & priuationem gloriæ. *Væ nobis, quia peccauimus! Ideò obscurati sunt oculi nostri, mœstum factum est cor nostrum, cecidit corona capitis nostri.* Hac mediãte memoria acquiritur efficacia & applicatio Sanguinis Christi. Quia, secundùm Angelicum, tribus modis Christi Sanguis considerari potest: *vt in Cruce funditur, vt in Sacramento sumitur, & vt spiritualiter bibitur* in exercitio virtutum. In primo modo habetur sufficientia Sanguinis Christi; in secundo & tertio modo efficacia & applicatio. *Thren. 5.* *Opusc. 58. c. 24.*

CAP. XIV.

De nonnullis dubiis circa Passionem Christi occurrentibus.

QVandoquidem Passio Saluatoris nostri debet esse obiectum & materia, nostrarum non meditationū & orationum duntaxat; verùm etiam nostrorum colloquiorum & discursuum congruum omninò maluit fuit, & vtile praxi, præcedentibus capitulis præterannectere, tùm, vt hac ratione subministrarem materiam loquendi & discurrendi de laudabili adeò, semmeque necessario subiecto, tùm etiam, vt suppeditarem occasionem inueniendi alia documenta & mysteria eandem materiam spectantia.

Dubium Primum.

Vtrum sanctissima Christi anima fuerit capax passionum.

S. Tho. 3. p. q. 15. art. 4. Responsio est affirmatiua, & de fide, sicuti de fide est animam eius fuisse passibilem in corpore passibili. Ratio est, quia ille affectus animæ, qui dicitur passio non est malus, neque ex natura sua dicit imperfectionem, etenim solùm certam quandam importat commotionem & passionem corporis, à qua nomen recipit passionis, non corporalis, sed animalis: ergò poterat esse Christo Quod deindè modum loquendi concernit, videlicet illi affectus animæ Christi absolutè dici debeant *Vasq. disp. 34 sect. 2.* Passiones, an verò cum aliquo adiuncto Propassiones, ex dictis liquidò constat, & euidens est, illos absolutè dici posse Passiones, eò quod absolutè non dicant aliquam imperfectionem, quamuis alii, vt significent passiones Christi nullâ ratione fuisse inordinatas, veluti notant *Caiet. l. c.* sunt (quæ turbant rationem, præueniunt voluntatem

inclinant ad malum) passiones Christi non appellent absolutè passiones; sed propassiones. Igitur in Christo fuerè propriè passiones animæ, eiusque sanctissima anima passionum capax fuit: esto minimè subiecta fuerit passionibus, quia non fuerunt in Christo necessariæ; sed voluntariæ, & liberæ, ac sine vlla prorsus imperfectione.

Dubium Secundum.

Vtrum in anima Christi fuerit passio tristitiæ?

Responsio est affirmatiua & de fide. *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Et probatur ratione D. Angelici, quia sicut in Christo verus extitit dolor ex *læsiuo* malo; ita vera fuit tristitia *ex læsiuo intentionali & apprehenso.* Hæc tristitia non tantùm fuit in appetitu sensitiuo Christi; verùm etiam in appetitu & voluntate rationali, vt sic non corporis dunraxat, sed etiam animæ passionibus Diuinæ satisfaceret iustitiæ pro peccatis nostris. Asthîc noua exsurgit difficultas, quia gaudium beatificum animæ Christi, veluti infinitum, excludit omnem tristitiam, ergò &c. Respondeo, tristitiam & gaudium miraculosè ac virtute Diuinâ simul stare posse in eadem Christi voluntate, quia erant circa diuersa obiecta: tristitia quidem circa offensam Dei; gaudium circa visionem Dei. Quod si circa idem versabantur obiectum, propter diuersa motiua versabantur; enimuerò tristabatur ratione mortis suæ, vt est destructiua naturæ: gaudebat de eadem morte, vt erat glorificata Dei. Fuit igitur in Christo passio tristitiæ, & cum summo gaudio summa etiam tristitiæ.

Matth. 26. q. 25. art. 6.

Suarez disp. 28. sect. 3.

Du-

Dubium Tertium.

An in Christo fuerit verus timor mortis?

S. Mar. 14. Responsio est affirmatiua, & de fide. *Cœpit pauere,*
S. Tq. 15. Ratio est, quia sicuti sanctissima Christi anima tristitiæ
art. 7. perfundebatur apprehendendo malum præsens; ita timebat apprehendendo malum futurum mortis. Verum duæ ex hoc Christi timore pullulant difficultates: prima, quâ ratione timebat mortem, si illam desiderabat? *Luc. 22.* *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum.* Secunda, quomodo timebat sudando sanguinem, cum timor reuocet, retrahatque sanguinem ad cubilia cordis? Respondeo primæ difficultati: timebat, simul ac desiderabat mortem; at secundùm diuersas rationes: timebat mortem, vt propriæ naturæ contrariam; desiderabat eandem, & conformem voluntatem Dei: vt inquit Alensem, timebat mortem voluntate naturali, desiderabat eandem voluntate rationali. Quamobrem, secundùm Athanasium, *geminum velle ostendit Christus in horto: alterum humanum, recusando: alterum Diuinum, affectando mortem. Et in personam firmorum* (subiungit Beda) dicebat, *Transeat, & in persona perfectorum* dicebat, *Fiat voluntas Dei.* Respondeo secundæ difficultati, quod, quia affectus timoris superabatur ab affectu fortitudinis, ideò sanguis non petiit cordis receptaculum; sed foràs prodiit: ergo in Christo verus & proprius fuit timor mortis, secundùm voluntatem naturalem, vti dictum est: eiusmodi secundùm rationalem, quemadmodum notat Alensis loco citato, nullus in Christo extitit timor, quia *nullus fuit Martyr, qui ex Charitate tantùm desiderabat mori, sicut Christus.*

Alensis 3. p. q. 14. mēb. 5. art. 1.
S. Athanas.
Beda.

Dub-

Dubium Quartum.

Virum dolor Christi, tàm internus, quàm externus, fuerit summus, ac omnium vitæ huius dolorum maximus.

Respondeo primò, fuisse summum respectu subiecti, quod erat delicatissimæ, tenerrimæ, ac summè sensitiuæ complexionis: vndè, quamuis nonnulli Martyrum mota subierint martyria & tormenta; nihilominùs maiorem haud sentêre dolorem & passionem. Quod aliqui exponunt & declarant per hunc locum Scripturæ: *Super lapidem vnum septem oculi.* Christus enim petra fuit & oculi pupilla est: *lapis*, seu petra, *ad sustinendum, pupilla oculi ad sentiendum.* q. 46. art. 6. *Exod. in Evang. lib. 5. Zach. c. 3.*

Respondeo secundò, dolorem Christi fuisse summum & maximum omnium absolutè loquendo. Siquidem non eos duntaxat, quos referunt & depingunt Evangelistæ, dolores pertulit Christus D.N. sed & plures alios, & in numero, & in qualitate excedentes, & cuncti manifestabuntur in extremo Iudicii die ad consolationem bonorum, impiorumque confusionem, veluti sentit S. Hieronymus, & reuelatum etiam fuit S. Franciscæ Romanæ. Magnitudo dolorum Christi ex triplici capite ostendi potest: primò, ex summa Dei ira in peccatum: *& iniquitatem omnium nostrum posuit super eum*, nimirum, Christum. Secundò, ex potestate concessa Dæmoni (*Hæc est hora vestra & potestas tenebrarũ*) *& non cũ limitatione*, quemadmodum data fuit Diabolo affligendi ipsum Iob (*Animã illius serua*) In Christum namq; data fuit sine valla limitatione, & *vsq; ad mortem inclusiuè*. Tertiò, ex ardentissima, quam Christus habebat, voluntate patiẽdi: vndè passus fuit & cũ omni voluntatis plenitudine, & cum omni dolorum puritate, cunctam etiam à se remouendo consolationem. Quapropter Propheta Isaias summam Christi expositurus ignominiam, summumque dolorem, duos ei attribuit titulos, appellando eum, *nouissimum virorum, & virum dolorum*: quod (vt colligitur ex aliis lectionibus & expositionibus SS. Patrum S. *Hieron. In vita S. Francis. Rom. Isa. 53. Luc. 22. Iob. 2. Isa. 53.*

trum) idem est, ac si diceret, abiectissimum & excruciatissimum omnium hominum totius Mundi? Verum ex dictis aliud consurgit dubium: an dolor Christi fuerit etiam maior illo, quem animæ seperatæ patiuntur in Inferno, aut in Purgatorio? Respondeo cum S. Thoma negatiuè, nam sicut Gloria Sanctorum omnia huius vitæ excedit bona; ita dolor animarum separatarum cunctos præsentis vitæ superat dolores. Ratio huius est, quia est dolor *superioris ordinis*: qui progenerat ur ex pœna damni, scilicet ex gloria amissa aut dilata.

3. 49. a. 6. ad 3. Suarez. disp 36. sect. 2.

Dubium Quintum.

Verum dolor Christi extiterit quoque in superiori parte Animæ.

Respondeo affirmatiuè; sanctissima etenim Christi Anima dolebat de peccato, pro vt est offensa Dei: & dolebat de morte suâ, non tantùm, vt est contraria propriæ naturæ; verùm etiam, quia ita volebat Deus, vt doleret, talemque caperet dolorem in satisfactionem pro peccatis nostris: ergò Christi dolor fuit etiam in parte aut portione superiori: nam, secundùm D. Augustinum, tunc anima dicitur operari secundùm partem superiorem, quando mouetur ab obiecto formali & motiuo supernaturali, tametsi obiectum materiale sit naturale. Si quisquam timet mortem, quia deserete bona, aut timet Deum, quia eum Deus castigat in hac vita: operatur secundùm partem inferiorem; at si timet mortem aut Deum propter motiuum supernaturale, operatur secundùm partem superiorem.

Aug. de Trinit. lib. 12. & 14. Vasq. 3 p. disp. 73. c. 4.

(o)

Dubi-

Dubium Sextum.

An Christus in horto sudauerit verum & proprium Sanguinem naturalem?

Respondeo affirmatiuè. Quia, vt probant Philosophi, naturale est sudare sanguinem, quando duæ concurrunt conditiones: prima, excessus tristitiæ: secunda, defectus sudoris. Utraque conditio fuit in Christo: quia tristitia eius fuit valdè vehemens, & propter tenuitatem corporis nulla sudoris aderat materia; igitur Sanguis, quem Christus sudauit fuit naturalis, & quantùm ad substantiam, & quantùm ad modum; nam è poris corporis Christi promanauit naturaliter, & sine miraculo.

Huic doctrinæ solùm obstant, & aduersari videntur verba Euangelistæ dicentis: *Factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis*: vbi particula (*sicut*) significat similitudinem, non proprietatem: Respondeo primò, particulam (*sicut*) cadere supra dictionem (*guttæ*) non supra dictionem (*sanguinis*) Non enim Sanguis Christi, è poris corporis eius prodiens, tenuis erat & subtilis, sed crassus, & in carne Christi condensatus propter frigus nocturnum. Quapropter guttæ, quam Græcus Græcus vocat guttam sanguinis, assimilabatur; at in veritas & naturalis sanguis erat. Respondeo secundò cum communi sententia, dictionem (*sicut*) frequenter S. Scriptura significare proprietatem, non similitudinem, veluti patet ex illo Ioannis: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi* (id est (verè) *Vnigeniti à Patre.*

Marc. 22.

Dubium Septimum.

Quomodo Angelus confortarit Christum in agonia positum.

Respondeo primò, quod ipsum cõfortarit, admirando & deprædicando ipsius fortitudinem hiscè aut similibus verbis iuxta Epiphanium: *Tua est adoratio, Domine, tuum*

S. Epiph. Hæres. 69.

tuum est dominium, tua est potentia, tua est fortitudo. Angelus ille fuit Gabriel, aut certè Archangelus Michaël cum tota sua cœlesti militia. Respondeo secundò, cum Doctore Angelico, & Vener. Beda, Angelum confortasse Christum non tantùm deprædicando & laudando eius fortitudinem, vt præfatum est; sed etiam consolando, animando, & excitando fortitudinem Christi. Enimuerò, sicut propter nos, & ad demonstrandam naturæ humanæ veritatem, & ad exhibendam maiorem humilitatem *elegit contristari; ita & confortari*; &, vt benè aduertit Suarez, vt Angelus dicatur confortasse Christum, sufficit, quod, quantum fuit ex parte sua, proposuerit rationes sufficientes, & huic fini accommodas, tametsi Christus, ne tristitiæ remitteretur interdum, huiusmodi noluerit admittere confortationem: ac propterea, subitò post visitationem Angeli, *factus in agonia, prolixiùs orabat.* Insuper aduertendum est, Angelum eiusmodi actu non instruxisse, nec illuminasse sanctissimam Christi Animam; sed easdem ei duntaxat proposuisse rationes, quas Christus multò clariùs nouerat in sua scientia beata & infusa. Voluit verò saluator locum dare tali consolationis officio, quemadmodum Filius cuiusdam Regis interdum facere solet, qui, vt Patrem suum graui in se ira commotum intelligit, obsequiosa cuiusdam aulicorum suorum lubenter admittit solatia. Congruè igitur dici potest, Saluatorem confortatum fuisse ab Angelo, primò laudando, deindè consolando, quantùm pertinebat ad Angelum, vt diximus. Primus modus est probabilis: secundus colligitur ex Euangelio: nam secundùm regulam S. Scripturæ verbum illud (*confortans*) propriè intelligendum est, cùm Christus, tanquàm homo, illius consolationis iuxta sensum iam dictum, capax fuerit.

3. p. q. 11. art.

Saurez. loco cit.

D. Thom. comm.

Gerson de Pass. tom. 2.

Hîc rursum potest institui quæstio, an idem Angelus confortârit sanctissimam quoque Virginem, & quatione? Respondet Gerson affirmatiuè, & eodem modo, quo confortauit Christum: primò laudando fortitudinem eius: secundò laudando & confortando ipsam dicens: *Ne timeas Maria*, magna ac plurima ei proponendo bona & fructus ex Passione Filii secuturos.

Dubium

Dubium Octauum.

De Miraculis in captiuitate Christi occurrentibus.

Nonnulli volunt in hoc facto quatuor occurrisse miracula: alii tria: communior sententia est solùm duo fuisse patrata: primùm, quando voico verbo (*Ego sum*) eorum ministrorum turbam in terram dedit præcipitem: secundum, quando Malcho restituit auriculam. In hac Christi captiuitate notanda sunt Euangelistarum verba: *Manus iniecerunt in Iesum. Tenuerunt & ligauerunt eum.* Cuncti milites rabiem suam expleuêre in Christo, & eorum quidem numero mille erant: cohors enim, quæ accesserat ad comprehendendum Christum, (ait S. Joannes) *Iudas cùm accepisset cohortem*) constituit expilationem seu turmam mille militum. Ac primò, *manus iniecerunt in Iesum*: ferocibus eum excipindo verberibus, pugnis, colaphis, capillos, barbæque pilos vellendo. Secundò, *Tenuerunt eum*; ad terram prosternendo, calcibus hinc & indè impetendo. Tertiò, *ligauerunt eum*: variis modis, manus à tergo asperis nodisque nexibus crudeliter reuinciendo, funes catenasque collo iniiciendo. Idque satis notum manifestumque est, ex eo, quod catena ferrea collo eius iniecta Parisis adhuc asseruetur, quò à S. Ludouico Francorum Rege delata fuit ex vrbe Hierosolymitana.

Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 18.

Dubium Nonum.

An, Iudæis Christum capientibus, peccârint Apostoli fugiendo?

Respondeo: eos excusari non posse à delicto siue graui siue leui: etenim causa fugæ, vel fuit defectus fidei, quia ambigebant, an Christus iisdem ferre posset suppetias

petias, & per consequens, an esset Deus: aut certè cursa fugæ extitit passio quædam superflui & inordinati timoris mortis; enimuerò non fugiendum; sed expectandum eis erat, quousque, quid agendum esset, à Christo audiissent. Quæ sententia confirmatur ex prædictione *Matth. 26.* & præsagio Christi: *Scandalum patiemini in me in ipsa nocte.* At non ita culpabilis fuit Petrus amputans auriculam Malcho: vnde S. Chrysostomus, & S. Ambrosius asserunt, actum illum è feruente amore, quo in Christum ferebatur processisse: tametsi S. Augustinus culpabilem eundem iudicet, & hac Christi reprehensione dignum: *Conuerte gladium tuum in vaginam: omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt.* *loc.*

Dubium Decimum.

Cur Christus in ædibus Annæ alapâ cæsus, non obseruauerit consilium Evangelicum? Præbe ei alteram, scilicet, maxillam. *Matth. 5.*

Respondet S. Augustinus, consilium illud intelligendum esse *in præparatione animi.* *S. Aug. to. 11. c. 3. in Ioan. & l. de serm. Dom. in mont. c. 20.*

Respondet S. Ambrosius: *Præbe illi alteram, scilicet alapam*, responso humili, benigno, & placato, quo retuti alapâ, repercutitur percussor noster. *S. Ambr.*

Respondet quidam Neotericus, Christum ad seruam obseruasse illud consilium Evangelicum. Distinguamque: *Præbe ei alteram*, vt exceptio colaphi, seu pulsua maxillæ percussio sit voluntaria. Jam, primus colaphus, quo ab alio cædimur, est necessarius: vnde, vt *Escob. Soc. Iesu lib. 5. sect. annot. 3. in Euāg.* voluntarius, secundæ percussioni maxillam præbet Christus imperat. In Christo non aderat hæc necessitas: cùm enim colaphum maxillæ suæ impingendum præbuisset, eumque acceptasset; iam illa prima percussio voluntaria; ergò

&c.

Dubi-

Dubium Vndecimum.

Quomodo Christus fuerit flagellatus?

Respondet S. Vincentius Ferrerius. Flagellatio Christi *fuit dura, durior, durissima.* Primò enim cæsus fuit virgis spineis. Secundò, flagellis aculeatis Tertiò, catenis ferreis & cuspidatis instructis, quibus caro eius discerpebatur, laniabaturque. *S. Vincent. Ferr. serm. de Pass. S. Chrys. Euseb.*

Circumstantiæ flagellationis Christi fuêre plurimæ & dolorosissimæ. Primò namq; fuit Uniuersalis per totum corpus, & per singula corporis membra, à capite ad pedes vsque: undè ab Isaia appellatur, *Vir dolorum*, homo totus vndequaque repletus & circumdatus doloribus (&vt transferunt Septuaginta: *Homo in plaga constitutus*) enimuerò caro Christi, quia innumeris ac dirissimis vndique flagris concisa remansit, in vnam abiit plagam ad faciem vsque & oculos inclusiuè, vti videre est in sacra Sindone. Secundò fuit flagellatio penetrativa: siquidem ad ossa vsque penetrarunt flagella, vti reuelatum fuit S. Brigittæ: *Vidi corpus eius* (ita loquitur sanctissima Virgo) *verberatum & flagellatum vsque ad ossa, ita vt costæ eius viderentur.* Tertiò fuit dilaceratiua: eo enim dilacerabat, laniabat, & dirissimè vndequaq; scindebat sanctissimam Christi carnem, quæ simul cum sanguine frustillatim auulsa in terram concidebat. *Infixis aculeis & retractis, non euellendo, sed sulcando, totum corpus eius lacerabatur.* Quarta fuit ignominiosa, eò quòd coram numerosa plebe totus nudus spectabatur absque vllo velamine, *& patiebatur erubescentiam nuditatis suæ:* cui verecundiæ accedebat tormentum frigoris ex denudatione, vulnerum hiatu, auraque rigidiori causatum. Veniq; fuit flagellatio sanguinolenta ob magnam profusi sanguinis copiam: vt enim nonnulli Sancti per reuelationem acceperunt, sparsit hoc in tormento alibi 25. guttulas sanguinis. *Isa. 15. S. Brig. lib. 1. c. 10 lib. 4. c. 10. S. Brig. S. Brig. S. Meth. S. Elis. B. Mar. Magdal. de Pazzis Carm.*

Ministrorum huic Christi flagellationi operam dantium, iuxta reuelationem sanctæ cuiusdam Virginis,

fuêre septuaginta : quamuis alii totam cohortem millenarium comprehendentem numerum, eidem flagellationi interfuisse asserant. Quæ opinio ipso, vt fundamento, nititur Evangelio : huius namque flagellationis mentionem faciens ait : *Et congregauerunt ad eum vniuersam cohortem.* Numerus plagarum Christi, vt ex reuelatione cuiusdam sanctæ personæ refert Ludolphus, 5490 quæ simul cum vulneribus spinarum aliisq; computatæ faciunt 6666. Præterea hic aduertendum, Saluatorem binis distinctis vicibus, diuersisque temporibus, vt alii volunt, dirissimis cæsum fuisse flagellis, Primâ vice *ad correptionem* (*corripiam eum & dimittam*) alterâ *ad crucifixionem* : Solebant namque Romani crucifixioni præmittere rei flagellationem. Verùm, vt euidenter colligitur ex Evangelio, vnâ duntaxat vice Christum flagellationi subiectum fuisse verius est. Ad rationem in contrarium respondetur, quod eo ipso, quo flagellatus erat ad correptionem, simul flagellatus fuit ad crucifixionem, & ad hanc ista sufficiebat : enimuerò lex præcipiebat flagellationem ; at non intentionem, & vt fieret ad hunc finem crucifixionis. Et hæc sufficiant de flagellatione Christi.

Marc. 15.
Ludol. de vita Christ. p. 2. c. 58.
Luc. 23.

Dubium Duodecimum.

Quibus spinis Corona Christi contexta, qualisq; formæ extiterit?

Respondent nonnulli, eam ex iuncis marinis durissimis fuisse contextam. Alii (& hæc est opinio communior ac probabilior) ex veris ac propriis spinis, & illi quidē spinarum specie, quæ rhamnus dicitur, conglobatam volunt, teste Prophetâ Iessæo : *Cùm intelligerent spinæ vestræ rhamnum.* Idque probatur primo, quia Euangelium non ait, *plectentes coronam de iuncis marinis*, sed *de spinis.* Secundò, nam harum spinarum rhami (quæ in Italia appellantur spinæ sanctæ) magna copia & abundantia est per totam regionem ditionis Hierosolymitanæ

S. Bon. in Ioan. c. 19.
Hugo Card.
Psal. 57.
Ex Blosio de Tripl. Cruce.

mitanæ: vndè inuentu faciles, iunci verò marini difficiles repertu erant, cùm Mare longè distet ab Jerosolymis. Tertiò, quia quotiescunque sanctæ spinæ miraculosè floruêre, proprios naturales que spinarum progerminârunt flores, vbi è contra iunci marini nullos flores proferunt. De spinis hisce S. Hieronymus sermonem instituens inquit: *Est spinarum genus asperrimum aculeis, & floribus gratissimum: vndè iustis floret ad ornatum, peccatoribus autem præbet spinas ad cruciatum.* *S. Hieron.*

Spinarum harum tormentum grauissimum fuit & intensissimum; siquidem non pellem duntaxat & carnem; sed teste D. Bernardo, ipsum etiam os cranii ad cerebrum vsque penetrârunt. Nonnulli volunt, binâ vice hoc tormentum renouatum fuisse: semel in flagellatione, & semel ante crucifixionem, quando veste inconsutili indutus exutusque fuit: cùm enim vestis illa superius admodùm stricta & angusta esset, sacrum Christi verticem coronâ spineâ cinctum, contectumque non capiebat: vndè eam deponerent, reponerentque Judæi, oporteat, sicque non tantùm pristinas renouarunt; sed & nouas recentesque superinduxêre plagas.

Quantùm ad numerum plagarum, quas spinæ illæ venerando Christi capiti impresserunt, earundem 72. extitisse reperio, quamuis alii ad ampliorem eas extendant numerum, velintque fuisse earum 300. Ad formam Coronæ quod attinet, S. Vincentius Ferrarius non ad modum circuli vult eam fuisse compositam, sed ad modum pilei, qui totum caput tegebat & tangebat, simulac pungebat incredibili cum dolore. *Ex Reuelat. S. Francisc. Romanæ. S. Vincent. Ferrar. ser. de Pass.*

Dubium Decimum tertium.

Quâ formâ, quibusque verbis Pilatus mortis pronunciarit sententiam contra Christum.

Refert Adrichomius in descriptione Terræ sanctæ, in

antiquis regionis istius Annalibus huius formæ, verborumque tenoris sequentis rtepertam fuisse sententiam, ex illis fideliter excerptam:

IESVM Nazarenum, subuersorem gentis, contemptorem Cæsaris, & falsum Messiam (vt maiorem suæ gentis testimonio probatum est) ducite ad communis supplicium cum, & cum ludibrio Regiæ maiestatis in medio duorum Latronum cruci affigite. I, lictor, expedi cruces.

Dubium Decimum quintum.

Cur Christus D. N. solùm gustarit, non biberit vinum myrrhatum?

Respondeo, Christum D. N. binâ vice potatum fuisse in Passione sua: primâ vice vino myrrhato [à Iudæorum odium Christi] eoque felle permixto, quod daturi ad obstupefaciendos sensus, ne tales tantosq; pateremur dolores: *Date siceram mœrentibus.* Vtriusq; mentionem faciunt Evangelistæ: *Dabant ei bibere myrrhatum vinum, cum felle mistum.* Hoc vinum myrrhatum, admul cum felle commixtum solùm gestauit Christus, non bibit: voluit namque fellis gustare duntaxat amaritudinem, seque vini myrrhati priuare refocillatione. Quinuis duas distinctas vini species vasculis distinctis exhibitas contendant Baronius, & Christo tenuerit vinum myrrhatum, aliud vinum felle permistum à Iudæis porrectum fuisse velit. Verùm, vnicum solum adfuisse communis sententia est. Eo verò tempore, vt nonnulli referunt, Christo Saluatori nostro vinum hoc gustandum exhibitum fuit, postquam conscendisset Montem Caluariæ, & quando iam parabantur Cruces: *Nudum crudis vulneribus, vento & frigori expositus, super lapidem sedens, vino myrrhato, felle misto potatus est.*

Prov. c. 31. Marc. 15. Matth. 27. Anno 34. Andrichom in descript. Terræ sanctæ.

Alterâ vice Christus potatus fuit in Cruce, quando dixit: *Sitio*, eoque tempore spongiam aceto plenam ori eius apposuere. Hoc aceti vasculum comportari solebat ad refocillandos reficiendosque eos omnes, quicunque in via deficiebant.

Dubium Decimum quintum.

Quis fuerit dolorum maximus, quem Christus Saluator noster in Cruce sustinuit?

Tristitiam in horto fuisse dolorum omnium maximam nonnulli sustinent, eò, quod tunc totius Passionis tormenta apprehendens omnia, vnà simul omnium tormentorum persenserit dolorem.

Alii volunt fuisse flagellationem: enimuerò tàm acerba & dolorosa extitit, vt, nisi natura humana Diuinæ ope fuisset sustentaculo, Christus centiès in terram corruisset mortuus.

Sitim quam in Cruce sensit ob extremam itineris lassitudinem, ob sanguinis profusi copiam, doloris que vehementiam, maximũ fuisse tormentum asserunt alii. Idq; non multùm abest ab experientia: nam, quando sitis est summè intensa & vehemens, quodcunque aliud superat tormentum.

Contemplantur alii, incredibilem extitisse dolorem & tormentũ illud, quod tota nocte ista, qua detentus fuit in ædibus Caiphæ, sustinuit. Siquidem obscurissimo ac profundissimo mancipatus fuit carceri, vbi per totam noctem *vsq; manè*, vt testis est D. Augustinus, mira crudelitatis subiit supplicia. Tormentum istius noctis ob varias circumstãtias facilius meditatione, quàm calamo perstringi, dicique potest tormentorum omnium fuisse maximum, quod Christus D.N. perpessus fuit. Ac propterea nocte illa sanctissima Christi Anima ob ingens gens patiendi desiderium amoremque fuit *in deliciis*. *Psal.* 138. *Nox illuminatio mea in deliciis meis.*

S. Aug. de consens. Evangelist

Alii, quemadmodũ ipsemet Christus etiam reuelauit S. Bernardo summũ illũ meditantur fuisse dolorẽ, quẽ ex plaga in spina dorsi recepta percepit; tũ quia omniũ flagellorũ, quę eò terminabantur, meta fuit & receptaculũ;

etiam, quia crucem totam ei innixam gestauit ad finem Caluariæ vsque; tùm denique, quod ex crucifixione inexplicabilem in ea pertulerit dolorem. In hac pietria detecta fuêre ossa: Vndè idem Sanctus Virà Christo iussus est accedere Vicarium suum, eique significare, vt cuilibet in memoriam, reuerentiam & honorem horum trium ossium tria *Pater noster*, & totidem *Aue Maria*, recitaturo peramplas elargiretur Indulgentias: quod & summus Pontifex promptissimè executus fuit; nam omnibus & singulis præfatas persoluturis orationes concessit 200000. annorum Indulgentias. Et hæc reuelatio aureis descripta litteris legitur in monasterio S Bernardi in Francia, eiusque authentica copia Romæ in sacello S Francisci Assisinatis exhibetur spectanda.

In eius vita lib. 2. c. 19.

Alii denique, veluti S. Catherina, volunt, dolorem pectoris, quem ex distensione, ab proinde ex disiunctione ac luxatione omnium ossium costarumque pectoralium in cruce percepit, vt summum cæteris omnibus præferendum. Et eadem Sancta, quæ cunctos sensit dolores Passionis Christi, confessa est, maiorem se percepisse dolorem in pectore, vbi concurrunt omnia ossa ad cordis custodiam, quàm in quacunque alia corporis parte.

Dubium Decimum Sextum.

Quot fuerint claui, quibus Christus cruci affixus fuit?

S. Bon. de vita Christi c. 78. S. Greg. Turon. de glor. Mart. c. 6. S. Brig. reuelat. lib. 4 c. 7. & alibi

Tres solùm fuisse, volunt nonnulli cum S. Bonauentura: alii, inter quos recensetur etiam Gregorius Turonensis, quatuor fuisse contendunt. Sancta Brigitta expressè affirmat in suis reuelationibus, quatuor fuisse clauos, ita, vt pedes duobus affixi fuerint clauis, quorum vno primitùs pes sinister, altero dexter sinistro superpositus confixus fuit. Quantùm ad numerum ictuum malleorum, ex reuelatione quorundam Sanctorum referam aliqui, eorum fuisse 68.

Dubi-

Dubium Decimum Septimum.

De Causa Conuersionis boni Latronis.

Principalis huius conuersionis causa, vt communis docet Sanctorum sententia, fuit interna motio & Spiritus Sancti illuminatio; tametsi quoque ad hunc finem multum conduxerit exemplum virtutis Christi, fama miraculorum aut visu, vel auditu in prædicatione Christi perceptorum. Nõnulli pro causa assignant ipsa miracula in morte Christi occurrentia. Verum iuxta S. Matthæum boni Latronis conuersio præcessit Christi mortem: & secundùm S. Lucam ipsas etiam tenebras: miracula verò post mortem Christi patrata fuêre: ergò dictis miraculis bonus Latro moueri non poterat ad credendum in Christum.

S. Leo serm. 2. de Pass. Cyrill. in Catech. c. 13. S. Chrysost. Hom. 2. de de Cruce. Orig. Hom 35. in Matt.

In eadem hac materia adhuc alia quædam occurrunt dubia. Primum: an bonus Latro priùs fuerit conuersus ad fidem Christi, quàm in cruce, & iuxta Crucem Christi pendens, egerit pœnitentiam? Secundùm: an idem fuerit baptizatus? Tertium: an primus omnium ingressus fuerit paradisum?

Primo respondet Suarez, nullam inuoluere impossibilitatem, quod eius conuersio ad fidem præcesserit eiusdem conuersionem ad pœnitentiam in cruce elicitam, cum & prædicatione & miraculis Christi ad illam moueri poterit. Nihilominùs cum communi Patrum opinione dicendum est, huiusmodi conuersionem non præcessisse, sed simul contigisse in cruce.

Suar. q. 46. art. 9. Comment.

Secundo dubio respondet S. Cyprianus, S. Latronem fuisse Martyrem; ac proindè tanquàm Martyrem fuisse baptizatum *Baptismo sanguinis*.

S. Cypr. ser. de Pass.

Respondet S. Augustinus, eum potuisse baptizari *Baptismo aquæ*, eâ, nempè aqua, quę fluxit ex latere Christi. Quod ipsi Suarez valdè difficile videtur, haud enim pro-

S. Aug. lib. 4 de Baptis. c. 22.

babile est, aquam illam cum tanto effluxisse impetu: & esto etiam ibi adfuisset materia; baptismi tamen deerat forma cum persona baptizante.

Respondent alii communiter (& hæc est probabilior opinio:) Latronem illum fuisse baptizatum Baptismo flaminis, qui est baptismus contritionis omnibus adultis necessarius & sufficiens, quotiescunque haberi nequit baptismus aquæ.

S. Cyrill. Hieros. Car. 13. Tertio dubio respondetur: eum non posse dici primum, absolutè loquendo, qui viderit Deum, & per consequẽs, ingressus fuerit paradisum: etenim Christus Dominus ante Latronem mortuus, descendit ad limbum: igitur ante Latronem Patres, qui in eodem limbo existebant, viderunt Diuinam Essentiam. Nihilominùs respectiuè & quantum ad modum primus dici potest, qui ingressus fuerit paradisum, & viderit Deum, quia, nimirũ subitò vidit Deum post mortem (quod nemini Sanctorum Patrum antiquorum concessum fuit) gaudens priuilegio baptismi sanguinis & aquæ, nec vllas purgatorij luens pœnas.

Dubium Decimum Octauum.

An Christus in Cruce condiderit testamentum suum?

S. Ambr. Epist. 82. Sunt, qui Christum suum testamentum in Cruce condidisse opinantur. *Testabatur in Cruce Christus, & inter Matrem atq; Discipulum diuidebat pietatis officia.* Ratio est, quia eo tempore Latroni, & in persona eius cuicunque verè credenti ac pœnitenti promisit hæreditatem.

S. Dam. lib 4. c. 14. Alii Christum testamentum suum in Cœna fecisse asserunt. *Ea nocte, quâ seipsum tradebat, testamentum nouũ instituit.* Vtraque sententia vera est. Vndè dicendum, Christum condidisse testamentum suum in cœna, illudque confirmasse in Cruce: nam testamentum nil aliud est, quàm *dispositio hæreditatis.* In Cœna Christ⁹ filiis suis legatur

Suar. disp. 37 sect. 4.

quit totam suam hæreditatem, totamque substantiam Zach. c. 9.
tradendo eis Corpus & Sanguinẽ suum, in quo continetur omne bonum. *Quod est bonum eius, & quod est pulchrum eius? frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Atteſtamentum hoc confirmatum fuit Christi Hebr. c. 9.
mortem in Cruce pendentis. (*Vbi testamentum est, mors, necesse est, intercedat testatoris*) testatoris namque morte irrevocabile redditur testamentum.

Insuper aduertendum est, quod, cùm hæc Christi vocatio (quâ de cœlesti disponit hæreditate) contineatur Scriptura tùm veteri, tùm noua; ideò Sacra Scriptura appellatur Testamentum vetus & nouum, propter distinctionem bonorum promissorum, aut temporalium, vt in lege antiqua; aut æternorum, vt in lege noua. Et hæc Christi dispositio absoluta non est; sed conditionata: supposito nimirum, si, vt veri obedientesque filii viuamus.

Dubium Decimum Nonum.

An Christi latus dextrum lanceâ perforatum fuerit?

Respondeo affirmatiuè. Idq; probatur ex sancta Sindone, ex peruetusta imaginis Christi Crucifixi pictura, ex Reuelationibus S. Brigittæ, cui sanctissima Virgo reuelauit, tanto cum impetu & violentia latus Christi perfossũ fuisse lancea, vt pariter latus aliud penetrauerit, ex vno transiens, ad aliud, & cor in duas dissecuerit partes: *ita, vt ambæ partes cordis essent in lancea.* Idem reuelatum fuit à Christo D.N. S. Franciscæ Romanæ, cui insuper manifestatum, adeò paruisse hoc lateris vulnus, vt commodè quinque digitos vnà capere potuerit. S. Brig. lib. 1. c. 10. & lib. 2. c. 21. S. Franc. Rom. lib. 1. c. 6. Baron. Annal. 34.

Qui verò lanceam intrusit lateri Christi, miles fuit; at cum fuisse cœcum, & ex Sanguinis profusione illuminatum minimè probabile censet Baronius; etenim verisimile non est, militum quempiam esse cœcum.

San-

Suarez disput. 41. sect. 1.

Sanguis, qui profluxit ex latere Christi, verus fuit & naturalis quò ad substantiam: at miraculosus quò ad modum profluendi: siquidem è corporibus emortuis non fluit sanguis liquidus; sed congelatus. Aqua similiter fuit vera & naturalis, nec vllus alius exstitit humor (verba namque sacræ Scripturæ propriè sunt intelligenda, quandocunque non obstat aliquid in contrarium) sed miraculosè producta, ad significandum effectum Sanguinis Christi, qui est lauare animas. *Exiuit Sanguis & Aqua: Aqua, vt mundaret: Sanguis, vt redimeret* Et innuenda etiam plura alia mysteria, vt exponunt SS. Patres.

S. Ambros. lib. 5. de Sacram. c. 1

Quò ad modum emanandi, quo è Christi latere emanauit Sanguis & Aqua, dico emanationem seu efflux um Sanguinis & Aquæ non fuisse confusum, sed distinctum: primò enim efflu xit Sanguis, deindè Aqua, vel ut explicat Euangelista.

Dubium Vigesimum.

De itinere, quod Christus in Passione sua peregit confecit, è cœnaculo eundo ad montem Caluariæ.

Qui Terram sanctam describunt, distantiam locorum, in quibus Christus Dominus Passionem suam perfecit, mensurant in hunc modum.

Ex cœnaculo ad hortum sunt 750. passus.

Ab horto ad ædes Annæ vsque, idem interiacet passuum spatium, nimirùm, 750. passus.

Ab ædibus Annæ ad ædes Caiphæ sunt 330 passus.

Ab ædibus Caiphæ ad ædes Pilati 100. passus.

Ab ædibus Pilati ad ædes Herodis 350 passus.

Ab Herode ad Pilatum totidem.

Ab ædibus Pilati ad montem Caluariæ, 660. passus.

Circa quæ aduertendum, quod cùm de passibus absolutè mentio facta fuerit, hic per passus intelligantur duntaxat ii, qui sunt maiores, & nominantur geometrici

ci, quorum quilibet quinque continet pedes, ad
ferentiam passuum minorum, qui medietatem so-
m, nempè, duos pedes cum dimidio continent.
dè mille passus maiores conficiunt vnum milliare,
mille minores medium milliare. Quapropter pas-
um mentionem supra facientes, intelleximus passus
iores & geometricos. Iter igitur, quod perfecit
Christus in Passione sua, passus omnes supra enume-
os in se comprehendit: qui in vnam redacti sum-
m, in vniuersum facient 3290. passus; seu tria
liaria cum ducentis & nonaginta passibus.
hoc itinere Christus Dominus noster non tantùm
lixitatem & lassitudinem itineris; verùm etiam
ctas illas iniurias, despectus, ludibria, tyranni-
m, afflictiones, quæ vnquam à fera Judæorum ra-
prodire poterant, perpessus est. Constat etiam
reuelatione, Christum Dominum tùm barba, tùm
illis correctatum à Judæis 333. vicibus. S. Brig. S. Methil. S. Elisab.

Ab horto ad Annæ ædes vsque concidit in terram vi-
us septem in via, & tamdiu Sathanæ ministri eum
petiuère calcibus & fustibus, quòusque surgeret è
ra: Procedendo ad montem Caluariæ crucem ba-
ans, quinque pariter vicibus in terram corruit. Ad-
ndum prætereà, quod Ministri crudeles torrentis
dron pontem pertranseuntes; Christum captum in
as datum præcipitem duxerint traxerintque per vn-
s torrentis, vt sic nec vllum in Christo præterirent
pietatis crudelitatisque experimentum. Vbi con-
era, quomodo pientissimus Dominus ex aquis
erserit vestimentis vndique madidis, qualemque fri-
is, temporisque hyemalis, quod tunc aderat, per-
serit asperitatem. Landsp. de Pass art. 14

Denique memoriæ Sanguinis adiungenda est me-
tio, meditationi oratio per viam aspirationum &
tionum iaculatoriarum. Porrò in sequenti aut alia
li forma exerceri poterunt.

1. San-

1. *Sanguis Christi laua me,*
à maculis peccatorum.
2. *Sanguis Christi, sana me,*
ab inordinatis passionibus.
3. *Sanguis Christi, sanctifica me,*
gratiæ virtutumque habitibus.
4. *Sanguis Christi, illumina me,*
viuacitate fidei.
5. *Sanguis Christi, eleua me,*
certitudine spei.
6. *Sanguis Christi, accende me,*
igne charitatis.
7. *Sanguis Christi, fortifica me:*
tolerantia patiendi.
8. *Sanguis Christi, inebria me,*
desiderio Martyrii.
9. *Sanguis Christi, absorbe me,*
ab omni esse creato, in totum esse Increatum Dei.

AMEN.

EXER-

EXERCITIVM SECUNDUM.

De Deuotione erga sanctissimum Altaris Sacramentum.

Thesaurus inuisus, quæ vtilitas? nullū dubium est, thesaurum infinitum cunctas cœli diuitias, cunctasque Increati Incarnatique Verbi perfectiones in se comprehendentem esse ipsum Augustissimum ac Sanctissimum Altaris Sacramentum. Ast si nimium adeò excellens, veluti ab oculo sensus remotum est, & lumen rationis subterfugit; abscondatur quoque remoueaturque ab oculo fidei (cùm anima absque vlla consideratione & reflexione illud accedit recepitque) non. *Thesaurus inuisus*, thesaurus incognitus, neque vllum conferet emolumentum, ac nihil prorsus proderit. Eo opinione S. Basilii damnum apportabit: etenim non malè duntaxat faciunt, *qui indignè accedunt*, verùm etiam, *qui otiosè & inutiliter*. Rationem huius reddit: *si quis otiosum verbum profert, offendit Spiritum sanctum, quantò magis qui irritum facit tantum, ac tale bonum, qui, quantum ex se est, otiosum efficit Verbum Diuinum, quia non permittit illud operari, quemadmodum aliàs operaretur?* vt igitur vltionem Diuinam & iram effugiamus, cœlestis & excellentissimi doni huius non

Eccles. c. 4

S. Basil. lib. 1. de Bapt. c. 3.

ius non priuemur fructu, subministremus verò materiam considerationi ac deuotioni Diuini huius mysterii accommodam; laconica, vt aiunt, breuitate, nonnulla materiæ huius tangemus puncta: Primum erit de excellentia Sanctissimi Sacramenti. Secundum de natura eiusdem. Tertium de proprietatibus. Quartum de effectibus. Quintum de præparatione. Sextum de gratiarum actione post communionem. Septimum de præsentia Venerabilis Sacramenti per diem habenda. Ultimum de duodecim fructibus Diuinæ huius Arboris vitæ, vt, *si nunquam otiosè accedis, nunquàm sine fructu recedas.*

Caput I.

De excellentia Sanctissimi Sacramenti in vnione sacramentali.

Unio hæc paucis exponitur à Sacris Doctoribus asserentibus eam similem esse vnioni personali Verbi in Christo; quemadmodum enim hæc tres sortitur proprietates: prima est communicatio Verbi; secunda, quod sit exigitiua gratiæ & gloriæ; tertia, quod sit transformatiua Humanitatis in Verbum; ad eundem modum vnio Sacramentalis nobis communicat Personam Verbi: tribuit ius ad noua dona gratiæ & gloriæ & transformat hominem in Christum. Sed differunt hæ duæ vniones in modo; in Christo namque Diuina Persona communicatur immediatè; nobis verò mediante Corpore Christi: in Christo vnio quasi infinitam importat gratiam; in nobis finitam: in Christo natura humana assumpta est in vnitatem Personæ, vbi Deus & Homo simul vna persona est; in nobis fit vnio duarum personarum, nostræ, videlicet, & illius Christi, vnitaturque ambæ Sacramentali vnione media. Et hoc est, quod dici potest de tàm sancta & admirabili vnione; quod, nimirum, sit quasi secunda quædam vnio personalis: vndè, qui digne eadem se communione reficit, in secundum quasi euadit Christum.

Ratio

Rationes deindè, ob quas Diuinæ complacuit Bonitati extollere ad præcelsam hanc vnionem, tres sunt. Prima, vt satisfaceret naturæ nostræ nobilitati; secunda, vt correspondaret status nostri dignitati: tertia, vt immensum Diuinæ suæ Charitatis exhiberet incendium.

Ad primam quod attinet, dico, capacitatem nostræ naturæ esse infinitam; quia est Deificabilis, & capax naturalis filiationis Dei, eò quod Deus humanam nostram naturam propria valeat exuere personalitate, exutamq; induere Diuina. Undè quò ad hoc natura nostra capacitatem habet non duntaxat similem; verùm etiam eandem cum natura humana Christi. Ex qua consideratione in nobis ipsis formare debemus spiritum quendam generosum, generosum & magnanimum, *non deijciendo se de altitudine generositatis nostræ*, non affectu subijciendo nos ipsis creaturis; sed conseruando nos è terra sublimiatos, vt satiati contentique simus altitudine & capacitate finis nostri. *S. Cyprianus lib. de spectac.*

Quæri hoc loco posset, nùm licitum sit desiderare vltimum finem? Respondeo, desiderare eum absolutè, minimè licitum esse; benè tamen conditionatè, in hunc modum: Si placeret Domino Deo, sanctissimæque eius voluntati, desiderarem me coniungere & vnire Deo; maxima, quæ possibilis foret, vnione, qualis est vnio personalis: idque non propter proprium emolumentum & commodum, veluti appetiit Lucifer; sed purè, vt eò plùs diligerem Deum meum, nè ipsum offenderem, aut amplius offendere possem. Et hic actus non solùm licitus; sed etiam bonus, sanctus & meritorius est. Igitur, vt concludatur hæc prima ratio, Cùm Deus Opt. Max. infinitæ suæ pietatis ac misericordiæ contemplaretur oculo dignitatem naturæ nostræ, adeò aptę & capacis, vt, iuxta superius dicta, propinquitatis coniunctionisque vinculo posset coniungi Deo, non per gratiam duntaxat, sed etiam per naturam, nec tamen correspondere posset huiusmodi celsitudini & capacitati vnione personali seu hypostatica: siquidem iam determinauerat, vt vnio hæc Christi tanquam Vnigeniti & naturalis æterni Patris Filii propria esset, aliam ei eligit communicare vnionem, illi tamen admodùm similem;

Sacramentalem, videlicet: quà, si non in vnitatem personæ, quemadmodum Humanitas sanctissima Christi se vniuit Verbo Diuino, saltem in vnionem personæ non coniungamus Deo mediãte carne & Corpore Christi, cibis in cibum dato, vti mox dicetur. Hic ergò finis & scopus Dei fuit in communicatione Sacramentalis huius vnionis: vt, nimirùm, suppleret defectum personalis & hypostaticæ vnionis, & non explendo capacitatem nostram per primam vnionem, adimpleret eandem per secundam. Et hæc sufficiant de prima ratione.

Quò ad secundam rationem dico, statum vitamque nostram ope inhærentis gratiæ esse Diuinam, igitur Deo incumbebat, vt nobis de conuenienti prouideret cibo Diuino. Etenim, vt est commune Sapientum axioma: vita & victus debent esse proportionati, *& iisdem nutrimur, quibus constamus*: nec conuenit, vt, qui vitam ducit regiam, vilibus pascatur cibis, neque, qui vilis abiectæque conditionis, status & vitæ est, cibis nutriatur regiis. Ast quomodo Deus parauit hunc cibum Diuinum? Sola Diuinitas cibus noster esse non poterat; impalpabilis enim est, ac proinde, vt ita loquar, neque est manducabilis. Multò minus sola caro poterat esse cibus noster: quia ex seipsa nullam habet virtutem, quâ animæ appetitum explere vel satiare possit. Ut igitur paretur cibus, qui manducati, simulque possit satiare animam, vniatur Diuinitas carni, caro fiat Diuina, sicque apparetur cibus noster Diuinus. Conceptus est Theophilacti. *In hoc cibo non consideratur puram Diuinitatem, quia impalpabilis & incorporea: nec puram carnem, quia nihil potest proficere: sed Carnem Dei, Carnem Verbi, Carnem viuificatam & Deificam.* Nam, vt exponit D. Cyrillus, *Deificatio Dei Verbum vniens seipsum propriæ Carni, facit illam viuificatricem.*

Theophil. in cat. D. Th.

S. Cyrill. in Cat. D. Th.

Reuertere igitur in teipsam, anima mea, & considera qualis sit vita tua, vt cognoscas, qualis cibus & victus tibi competat & conueniat. Quod si deprehendens vitam tuam humanam & terrenam, hoc D. Augustini cape & sequere consilium, *muta vitam, si vis accipere vitam: si non mutas vitam, ad iudicium accipis vitam.*

Aug. serm. 1 de temp.

Tertia

Tertia ratio, ob quam Christus seipsum dat in cibum est, vt infiniti amoris sui satisfaceret ardori, nimirùm nos in seipsum conuerteret, veluti facit cibus in re, quæ cibatur. Ita sentit Nyssenus, cùm ait: *Ob hanc causam escam se nobis proponit is, qui semper est, vt accipientes illum in nobis, id efficiamur, quod ipse est.* Vnà positâ hac Christi voluntate, admirabilique illo Diuini sui amoris effectu, non sufficit dicere cum S. Paulo: *Viuit in me Christus*; sed dicendum cum D. Augustino *Viuo Christus*: eâdem namque Christi vitâ viuo, viuo totus transformatus & conuersus in Christum, viuo Christus. Neque hoc sufficit, necesse est progrediatur vlteriùs & dicas: *Viuo Christus, & hic crucifixus*: & non solùm dic cũ Apostolo: *Christo confixus sum cruci*; sed, *sum Christus confixus in cruce*: etenim Christus in hoc sacramentum venit in figura & memoria Crucis, cùm sit Passionis eius memoriale.

Nyssen. in Eccles. c. 3.

S. Aug. ser. 2. de Verb. Dom.

Neque hic subsistit amor Diuinus; sed altiùs accedit, optatque & vult, vt in eandem Christi Diuinitatem nos conuertamus, ac proindè non solùm dixerit cum August. *Viuo Christus*; sed cum Cypriano: *Viuo Deus.* Hic enim Venerabilis huius Sacramenti vltimus finis est, quemadmodum ipsemet Christus ait: *Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Nimirum, mediante cibo Carnis meæ, ego, qui sum Persona Diuina, ero in ipso Diuinitate mea, & ipse in me perfecta quadam vnione & transformatione. Et cum hoc amori Diuino statuitur meta & terminus: totus cum homo, quantum possibile est, mutatur in Christum, & omnes partes hominis in partes Christi: corpus in corpus: anima in animam: & spiritus, superior pars animæ mutatur in Diuinitatem Christi. Et si *S. Cyprian. lib. de cœna Domini. Ioan. c. 6.*

Gallium Eliæ, veluti notat Sanct. Chrysostomus, hanc *S. Chrysost. 4. Reg. c. 2.* sic continebat virtutem, vt Eliseo communicaret spiritum Eliæ, tali modo, vt Eliseus non iam amplius Eliseus; sed alter quidam appareret Elias, *& Elias non sursùm, & Elias deorsùm*; quantò magis sanctissima ac Diuinissima Caro Christi habebit istam

vim ac virtutem transformatiuam, vt, qui dignè sacram accedit communionem, in alium mutetur & conuertatur Christum, ita, vt deinceps non duæ distinctæ videantur esse personæ; sed veluti vna & eadem appareat persona, tanquam Christus replicatus: *Idem Christus sit rursùm, & idem deorsùm.*

CAPUT II.

De natura & essentia sanctissimi ac Diuinissimi Sacramenti huius.

VEnerabile Altaris Sacramentum ex duabus partibus, videlicet, ex speciebus panis, & ex Corpore Christi compositum est, *ex visibili Sacramento, & ex Sacramenti.* Quemadmodum Christus D.N. (& est exemplum D. Augustini) in mundo comparuit *cum Humanitate visibili & Diuinitate inuisibili.* Et quia *Corpus venit, secundùm quod est,* puta, vnitum Diuinitati ideò tres partes principales considerari possunt in hoc Sacramento: primò, species Sacramentales: Secundò Corpus Christi, quo etiam comprehenditur Sanguis & Anima: tertiò Diuinitas Christi: siquidem iuxta S. Bernardum Verbum Diuinum tribus modis in considerationem nostram cadere potest: *vt est in se, Vt est in Carne, & vt est in Sacramento.* Juxta singularum harum partium proprietatem propriè habet rationem cibi; sed respectu diuersorum: *vt est in se,* Angelorum cibus est; *vt est in Carne,* hominum comprehensorum existit cibus: *& vt est in Sacramento,* cibus est hominum viatorum. Idque valdè conforme est suauitati Diuinæ Prouidentiæ, nimirùm, vt Angelus, purus spiritus, fruatur, tanquàm proprio cibo, visione beatifica solius Diuinitatis, quamuis etiam ex alia parte non desit ei gaudium ex beata Humanitatis Christi contemplatione resultans (*in quem desiderant Angeli prospicere*) & homo, vt potè ex anima & corpore compositus habeat pro cibo Christum ex Diuinitate & Humanitate compositum. Et

1. *Pet.* 1.

quem-

quemadmodum homo duplicem assequitur statum, comprehensoris vnum in futura vita, viatoris alterum in præsenti; ita duobus modis Christus instar cibi se communicat: & manifestum atque detectum in propria forma, modo statui comprehensoris conuenienti: & velatum rectumque sub speciebus panis & vini, modo statui Viatoris proportionato. Idem ergò Sacramentum secundum diuersas partes simul Angelorum, Beatorum, Hominumque viatorum cibus est

Et si considerationis nostræ vela altiùs extollere, amplìusque expandere velimus in Diuinissimum hoc Sacramentum, ipsam Diuinitatem non Angelorum duntaxat, sed etiam ipsius Dei cibum esse reperiemus. Siquidem in seipso, tanquàm in proprio cibo, reperit Deus voluptatem suam & gaudium: quâ de causa ab oraculo Diuino appellatur *Panis Dei*, cibus oris Dei: & quidem respectu Dei est cibus per essentiam: respectu Angelorum est cibus per participationem. Undè latissimus hìc aperitur nobis campus ad laudandam deprædicandamque magnificentiam & liberalitatem Dei, quod ad propriam nos dignetur inuitare mensam, proprium suum nobis dando cibum. Quapropter parùm est dicere: *Panem Angelorum manducauit homo*, cùm simul verum sit, *Panem Dei manducat homo*. Cesset admiratio, quod *aliundè viuunt homines & viuunt Angeli; sed idem vtriusque cibus*: cùm alia infinitiès maior adsit admiratio, quod *non aliundè viuit homo, & viuit Deus, & vnus est vtriusq; cibus*. Ergò in teipsam, O anima mea, reuertere, & considera, quâ ratione pro tanti doni susceptione sis deposita, correspondeasque infinitæ huic beneuolentiæ ac liberalitati. Ecce, quanti Deus hunc cibum æstimet, quantoque in eundem feratur amore & gaudio: tali ac tanto, nimirùm, vt quemcunque alium nec æstimet, ametque, nec alio fruatur & gaudeat. Hoc solo exsatiatur & contentus est: alium non curat, propter alium non mouetur: & amando extra seipsum alium cibum, amat quoque seipsum, quia non-nisi propter seipsum amat illum.

Ioan. 6.

Psal. 77.

Hugo.

Psal. 30.

Considera igitur, quali modo hoc cibo fruatur Deus, in duratione æternitatis, ante omnia tempore, in statu

solitudines, quando Deus solus erat sine vlla creatura, solus cum Patre, Filo & Spiritu Sancto, cum infinito lumine cognitionis, cum infinito incendio amoris cum infinito gaudio fruitionis. Similis huic deberet esse dispositio tua, cùm accedis sanctissimum Sacramentum quasi superior tempore, ingressus Nunc æternitatis, collocatus in statu solitudinis, & effectu semotus ab omnibus creaturis; nulli daturus locum in corde tuo, nisi soli Deo, vt de te hoc cibo Diuino planè saturato verificetur illud Isaiæ dictum: *Tantùm in te est Deus, & nullus alius, Deus solus in intellectu, Deus solus in voluntate, Deus solus in sermonibus & colloquiis, Deus solus in operibus:* ac Denique nihil prorsus in te sit, quod sapiat mundum, aut habeat rationem humani, totum sit Diuinum, *nullâ interueniente creaturâ, solo bono Deo.* Verùm interrogabit quispiam; quodnam sit discrimen inter Deum, Beatos, & nos in ordine ad gaudium & fruitionem huius Diuini cibi? Respondeo breuiter cum Carthusiano: conuenimus *in cibo & comestione*: differimus verò *in modo comedendi*: conuenimus in cibo & comestione, quia *prima veritas & summa bonitas* sunt cibi conuenientes & communes Deo, Beatis & nobis. Prima veritas est cibus satians intellectum, summa bonitas satiat voluntatem. *Et cognitio & fruitio prima causæ, vt est prima veritas, & summa bonitas, comestiones etiam sunt conuenientes omnibus:* at differimus *in modo manducandi in Sacramento, vel extra Sacramentum: per comprehensionem, vel sine comprehensione,* veluti dictum est supra.

Isa. c. 45.

S. Bern. de consid. lib. 5

Carthus. de SS. Sacram. art. 5

Caput III.

De proprietatibus sanctissimi Sacramenti.

Proprietas I.

Cibus animæ.

QUia nutrit ad vitam æternam, quemadmodum petit & orat S. M. Ecclesia: *Cœlestibus, Domine pasti deliciis, ad vitam, quæ sumus, nutriamur æternam.* Et nutrit absque imperfectione cibi materialis: recipitur tamque in corpore nostro, *non vt contentum, sed vt continens*, veluti anima spiritualis in materia: ac propterea *vt dirigens, gubernans & regens*: ad eũ modum, quo Diuinitas gubernabat & regebat Humanitatem Christi. Et conueniens erat, vt *Christus, qui nos creauit, etiam lactaret*: quia *Mater, quæ parit, & non lactat, non integra, sed dimidiata Mater est.*

In Missa

S Tho. in 4 dist. 9. q. 1. art. 1.

Clem. Alex. Pædag. c. 6.

Proprietas II.

Cibus verus.

CAro mea verè est cibus. Quod intelligitur, *non quantùm ad naturam*; sed *quantùm ad effectum & virtutem*, in qua superat quemcunque alium cibum materialem: etenim hic solùm nutrit vitam corporalem & temporalem; at cibus Sanctissimi Sacramenti nutrit etiam vitam spiritualem animæ, ac tribuit vitam quandam Diuinam & æternam.

Ioan. 6.

Proprietas III.

Cibus ſpiritualis.

Ioan. 6. *Spiritus eſt, qui viuificat.* Nam Caro Chriſti cibus eſt, non tanquàm ſola caro, ſed veluti caro vitalis ritui Diuinitatis Chriſti: quapropter eſt cibus, qui *ordinatur ad refectionem mentis*, vbi *per gratiã recipitur Diuinitas* Et hic eſt principalis ac vltimus ſanctiſſimi ſacramenti effectus: ſanctificare & quaſi Deificare animam Diuinitate.

S. T. in 4. diſt. 9. q. 1. a. 1.

S. T. loc. cit Proponit S. Thomas dubium aliquod huic propoſito valdè accommodum, & eſt: *Refectio mentis in patria eſt per viſionem*: ergò Corpus Chriſti *debet dari videndum & non manducandum*, vt ſic figura correſpondeat ſuo figurato. Reſpondet, viſionem beatam non tantùm eſſe intentionalem; ſed etiam realem, *quia res viſa intra videntem vnitur*, & hæc vnio realis ſignificatur repræſentaturq; per vnionem Sacramentalem.

Proprietas IV.

Cibus neceſſarius.

PRimò, quia ſicut cibus corporalis eſt neceſſarius ad vitam corporalem, nec vllus vitam deſiderare poteſt, abſque eo quod conueniens deſideret nutrimentum; ita nec ſpiritualis vita gratiæ obtineri poteſt, abſque eo quod deſideretur cibus ſpiritualis ſanctiſſimi ſacramenti. *Et ſicut anima vita eſt corporis, ſed non manet ſine cibo corporali; ita Deus vita eſt animæ, ſed non Deificat ſine cibo ſpirituali*, ait Auguſtinus.

S. Aug. apud D. Tho. opuſc. 58. c. 6.

S. Tho. 3. p. q. 13. art. 3. Dion. de cœleſt. Hierar. c. 4. Secundò, quia reliqua omnia Sacramenta ordinantur ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum tanquàm media ad finẽ, & *omnium Sacramentorum perfectiuum*; ergò in omnibus Sacramentis implicitè includitur

votum, scilicet, desiderium & ordo ad Eucharistiam, ac proindè infantes, quemadmodum in voto Ecclesiæ recipiunt Baptismum; ita etiam in voto eiusdem Ecclesiæ recipiunt sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum: veluti expressè quoque vult S. Augustinus.

Tertiò, *Quod est per participationem tale, per se ordinatur ad id, quod est per essentiam tale*; Sanctissimum Sacramentum continet Christum per essentiam, cætera Sacramenta per participationem, cùm contineant gratiam Christi. Ergò cùm suscipitur Baptismus, suscipitur quoque voluntas & desiderium Sacramenti: & hoc votum seu desiderium iuxta S. Thomam non est *per accidens ad supplendam rem*; sed *per se*: quia concurrit tanquàm finis: ergò debet *per se appeti, & cætera propter ipsum*. Igitur secundùm S. Augustinum & S. Thomam sanctissimum Sacramentum necessarium est, non tantùm *necessitate præcepti*, sed etiam *necessitate medii, in re, vel in voto*, modo iam explicato: & quia necessarium est in voto, nonnunquam etiam necessarium est in re pro temporis opportunitate. Quod hucusque dictum est de spirituali hoc cibo sanctissimi Sacramenti, non inuenitur in aliis cibis materialibus seu corporalibus, qui conuertuntur, at non conuertunt, *non nutriunt, nisi in re*: ast cibus Eucharistiæ, quia conuertit, & non conuertitur, concurritque tanquàm finis; nutrit solo voto aut desiderio: solo namque desiderio possumus nos vnire Christo, & in eundem possumus conuerti, facti concorporei & consanguinei Christi.

Lib 4. de Pelag c. 22.
S Tho. q. 16. art. 3.
S. Thom. vt sup.

Neque dici potest, orationem, cæterosque virtutum actus esse quoque cibos animæ: quia non sunt cibi ex institutione Christi, veluti sanctissimum Sacramentum, suntque cibi solùm per participationem, qui non causant nisi cum ordine & dependentia à cibo per essentiam, qui est sanctissimum Sacramentum, modo supra declarato.

Proprietas V.

Panis Vitæ.

Ioan. 6. EGo *sum Panis viuus.* Quod intelligitur duobus modis: primò, intransitiuè, veluti loquuntur Theologi, uidelicet. *Ego sum panis vita, ego sum via, veritas & uita.* Secundò transitiuè, quia est causa veræ vitæ gratiæ & gloriæ. Ad eundem modum intelligitur illud, quod ait Christus: *Ego sum panis viuus, id est, substantialiter & causaliter.* Et huius exemplum subdit S. Cyrillus: quemadmodum frustulum panis alicui liquori intinctum, totum imbibit naturam & qualitatem talis liquoris; *Sic Verbum Dei vniens se propriæ carni, facit illam viuificatricem.*

S. Cyrill. Luc. 22. in Cat. D.T.

Proprietas VI.

Cibus permanens.

Ioan. 6. OPeramini *non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Quod pariter intelligi potest de cibo hoc Eucharistico, in quantum est Sacramentum, sed secundùm effectum principalem communicationis Diuinitatis: nam consumptis speciebus Sacramentalibus recedit Humanitas, at remanet Diuinitas in animam communicatur. Vnde post sacram communionem magna deuotione & reuerentia te semper conseruesse cesse est: non enim elabitur sanctissimum Sacramentum; sed permanet quantum ad vltimatum effectum dictum est. Et si *non continuè* mediante communione posſidemus Corpus Christi; tamen *continuè* possidemus *Verbum* Dei, vt inquit Irenæus.

Iren. lib. 4. cap. 74.

Pre-

Proprietas VII.

Memoriale Passionis.

NIlla tametsi *in re* in sanctissimo Sacramento sit Christus gloriosus, sicut est gloriosus in cælo; nihilominus *in memoria* continet *ipsum Christum passum* Et hæc fuit principalis causa institutionis sanctissimi Sacramenti: etenim absque fide Passionis nunquam potuisset salus. *Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in Sanguine ipsius.* Quolibet igitur tempore conseruanda erat hæc memoria, & tempore legis antiquæ in Agno Paschali, & tempore nouæ legis in sanctissimo Sacramento. S. *Tho.* q 73 *art.* 5. *Rom.* 3.

Proprietas VIII.

Panis B. Virginis.

IN Prouerbiis ait sanctissima Virgo: *Venite, comedite panem meum.* Suus est sub triplici titulo. *Prou.* 9.

Primò, quia est effectus suorum viscerum, suæ carnis, & sanguinis sui. *De carne Maria carnem accepit, & ipsam carnem nobis manducandum dedit.* S. *Aug. Psal.* 98.

Secundò, quia, vt asserunt SS. Doctores, finis Principalis, quem habuit Christus in institutione sanctissimi Sacramenti, fuit, vt posset se communicare Matri, ac illum intrare sacra Virginis viscera: & magis propter solam Virginem, quàm propter alios omnes venerabile instituit Sacramentum Totus namque thesaurus Virginis, quamdiu vixit in terris, erat sanctissimum Sacramentum, vtque sacrâ se reficeret quasi, sæpè Sacramentali, semper spirituali. Et, vt affirmat Gerson, ipsa prima omnium extitit, quæ, sublato sanctissimo Sacrmento in cœnaculo instituto, spiritualiter domi suæ se communicauit. Quamuis alii asserant, quod eo tempore Christo adfuerint in cœnaculo, & in loco separato simul cum

Gerson tr. 9 sup. Magnif.

Barrad. Tom. 4. lib. 1. c. 17.

aliis mulieribus sacram susceperit communionem per manus S. Petri Apostoli. In tribus actionibus Virgo collocarat totum suum bonum, ibidemque eundem reperiebat consolationem: in exercitio Diuinæ contemplationis, in conuersatione cum Christo habitâ, & in frequentanda sanctissimi Sacramenti communione.

Caput IV.

De effectibus Venerabilis Sacramenti.

S. T. in 4. Dist. 12. q. 2. art. 1.

TRes, iuxta S. Thomam, dantur cibi corporalis effectus. Primus & principalis est conuersio: vel actiua, si superat virtutem personæ, quæ cibatur; aut passiua, si superatur. Ex huiusmodi effectu pulluant duo alii, & sunt: reparatio & augmentatio; siquidem vnitre caloris naturalis exercitioque operationum corporalium restaurat totum id, quod de humido radicali consumptum est, nec non viuens ipsum crescere facit ad debitam vsque magnitudinem suam, quantitatem que naturalem. Eosdem prorsus effectus habet sanctissimum Sacramentum in spirituali vita animæ. Primus est, vt conuertat, & non conuertatur in manducantem, infinitæ quippè virtutis & valoris est; vnde secundum dictum D. Augustini, *non mutatur, sed mutat.* Primum hunc effectum principalem sequuntur duo alii minorum, quod reparet, resarciatque totum id quod feruore charitatis assumptum est per fomitem concupiscentiæ externasque occupationes; & adaugeat, auegatque vitam gratiæ augmento nouæ gratiæ ad nouam perfectionem & quantitatem gratiæ sine termino.

Ut primus, à quo cæteri dependent, declaretur effectus, considerandum est, quod media Sacramentali vnione sacratissimum Christi Corpus verè & realiter vniatur corpori nostro per species Sacramentales; & hic contactus physicus & corporalis, quia efficax est & operationes, est causa & principium omnis nostræ

etiam

rimin anima, nisi peccati ponatur obstaculum, gratiæ fructumque producit augmentum, eidemque ipsam Christi communicat Diuinitatem, vti ipsemet Christus Ioan. 17. Cyrill. lib. 11. c. 26. Hilarius lib 8. de Trinit. nuit his verbis: *Pater sancte, charitatem (id est, Diuinitatem) quam dedisti mihi, dedi eis.* Et subiungit dum: *Ego in eis, & tu in me*; ego enim in eis, medie Corpore meo eis in cibum dato, & tu in me per Diuinitatem tuam.

Præterea Diuinus hic contactus mirabiles & stupendas in anima operatur effectus.

Primò, quia est contactus corporis nostri consecrati mediis Sacramentalibus speciebus, eo modo, quo pyxis aliqua ex contactu sacræ hostiæ consecrata, remanet, consecrata, & ad visum sacrum deputata, nec non ab omni alio vsu prophano sequestrata. Nunc, si Balthasar Dan. 5. non exigua fuit mulctatus pœnâ, eò quod prophanauerit sacra Templi vasa: maiorem is promerebitur & consequenter pœnam, qui corpus suum ex contactu Christi consecratum, ac vsui facto deputatum peccatis prophanabit.

Secundò, est contactus mediante gratiâ sanctificatiua animæ.

Tertiò, est contactus Deificatiuus, quo communicatur Diuinitas.

Quartò, est contactus ordinatiuus; ordinat enim nos, subordinat Verbo Diuino *per modum mouentis & mo-* S. Thom. *tus*: etenim Verbum Diuinum, tanquàm primum motum & Diuina forma, non informans; sed assistens per corpus suum & species Sacramentales, veluti per bina instrumenta sua, vnum substantialiter vnitum, alterum spiritualiter vnitum, seu accidentaliter solùm vnitum, *effectiuè* vificat animas, quas mouet & dirigit ad actus supernaturales, gubernando ac protegendo eas, veluti rem suam propriam: ad eum modum, quo Persona Diuina mouebat regebatque naturam humanam in Christo tanquàm rem & naturam suam propriam.

Quintò, est contactus vnitiuus & conuersiuus, cùm S. Aug. ser. 9. de diuers. nos transformet, & eandem quasi rem cum Christo efficiat, vti asserunt & probant sacri Doctores. Et quidem Augustinus ait: *virtus Eucharistiæ est vnitas*, q. d. vis & vir-

& virtus sanctissimi Sacramenti non est, vt duorum combinet & vniat; sed vt ex duabus rebus vnam efficiat: *quia effecti membra Christi sumus, quem accipimus.* Et nota illud (sumus) quod non vnionem, sed vnitatem significat. Ad idem alludit Tertullianus dicens, quod vis sanctissimi Sacramenti *est individuitas*, nempe, vt è duobus corporibus individuis conficiat vnum individuum. Idem confirmat S. Leo: *Finis huius Sacramenti, vt in Carnem Christi transeamus.* S. Paschasius, *vt in Christum transformemur.* S. Gregorius Nazianzenus: *Vt Christus simus, quoniam Christus quoque pro nos: efficiamur Dei propter ipsum, quoniam ipse quoque propter nos homo factus est.* Denique S. Chrysostomus vult in communione corpus nostrum & Corpus Christi vnam & eandem quasi vniti massam; *nec in fide solum, sed re vera nos Corpus suum efficit.* Unde concludit Cyrillus Hierosolymitanus, quod per sanctissimum Sacramentum non tantùm Christiferi, sed concorporei & consanguinei Christi facti simus, &, vt subdit S. Thomas, Deiformes. Nec desunt similitudines & analogiæ, quibus Doctores sacri hanc declarant vnionem. S. Cyrillus vnionem hanc transformatiuam sanctissimi Sacramenti comparat vnioni continuationis: *Sicut ex duabus aquis, vel duabus ceris liquefactis fit vna.* Eusebius vnioni mutationis: *Sicut aqua vino permista.* Irenæus vnioni connexionis, quæ est inter cibum & personam cibatam. A D. Chrysostomo assimilatur vnio illa vnioni appositionis, qualis reperitur inter caput & membra. A S. Dionysio Areopagita comparatur vnioni insitionis, cùm vocat eam *spiritualem insitionem.* Ab Innocentio comparatur vnioni matrimoniali, per quam *erunt duo in carne vna.* Denique Hilarius hanc vnionem exprimit & declarat per vnionem sanctissimæ Triadis, quæ est inter tres Personas Diuinas: inter quas *est vnitas, non solùm secundùm voluntatem; sed etiam secundùm naturam.* Verùm omnium optima est analogia illa, quam iidem Sancti Doctores apportant de ferro igneo. Ignis primò disponit ferrum per calorem, deinde informat illud per propriam substantiam, ac denique totum transformat in seipsum, communicando ei proprium

Tertull. lib de orat. c. 6
S. Leo epist. 25.
S. Pasch. lib de Corp. & Sang. Christi.
Nazianz. orat. 1. in Nat.
S. Chrysost. Hom. 40. ad pop. & 83. in Matt.
Cyrill. Hieros. Cat. 4.
S. Th. opusc. 58. c. 5.
S. Cyrill. lib. 10 in Ioan. c. 17.
Euseb. hom 1. de Pasch
Iren. lib. 4. c. 34.
S. Chrysost. hom. 26. in Ioan.
S. Dion. Areop. de Eccl. Hier. c. 3.
Innocent. 3.
S. Hilar. lib 8. de Trin.

virtutem & operationem. Eodem modo Corpus Christi in sanctissimo Sacramento, primò mediante contactu suo disponit animam producendo gratiam: secundò communicat propriam Diuinitatem: demum totam transformat in seipsum conferendo ei propriam virtutem Diuinarum operationum. Undè sicut ferrum remanens ferrum, retinensque naturam ferri, totum comparet ignis, totum in seipso penetratum à natura ignis; ita creatura propriam in se retinens naturam, ac intra se per gratiam & *per intimum illapsum*, veluti loquuntur Theologi, recipens Naturam Diuinam, non comparet amplius veluti creatura; sed tanquam Deus aliquis demonstrando & exhibendo gressus & mores Diuinos.

Totum id, quod hucusque diximus de Diuina hac transformatione multùm illustrat cœlestis apparitio facta Ruperto Abbati, veluti de seipso refert, dicens, quod post susceptum Sacerdotium sibi diebus aliquot in lecto constituto apparuerit persona quædam veneranda facie cooperta, ac si desideraret manere incognita, & propius accedens Rupertum, totam se ei impressit, *& citius, & profundiùs, quàm mollissimæ ceræ sigillum*, quando caput capiti, manus manibus, & sic de aliis corporis membris, penetrando etiam eodem modo totam animæ suæ substantiam. Hanc ob vnionem tanto Diuini gaudii torrente perfusus fuit, vt, *nisi voluptatis illius inundatio citò se continuisset, animam de corpore abstraxisset, & secum detulisset.* Hoc est, quod de se recenset S. Abbas. Quod verò visibili modo ei euenit, modo inuisibili nobis accidit, quotiescunque digne sacrâ reficimur synaxi. Totus namque Christus aliter sese nobis vnit & imprimit, vt per amorosam transformationem videatur nos trahere & conuertere in seipsum. Hoc totum est, quod Sacri adferunt Doctores pro declaranda vnionis Sacramentalis inter corpus nostrum & Corpus Christi intercedentis efficacia. Verùm vt illustriorem reddamus eorum mentem & sententiam, & ne per verba verus alteretur sensus, aduertendum, sacros hos Doctores isto loquendi modo non aliud, nisi tres veritates certissimas tradere & docere velle.

Ruper. Abbas lib. 12. in Matth.

Pri-

Prima, Christum D. N. in Sacramento Eucharistiæ non se venire nobis duntaxat *secundùm virtutem*, aut *secundùm Gratiam*, quemadmodùm contingit in aliis Sacramentis; sed etiam verè ac realiter *secundùm substantiam* sui sanctissimi Corporis.

Secunda, Diuinam hanc substantiam Carnis Christi non esse distantem à nobis eam sumentibus; verùmetiam præsentem *per physicum & immediatum contactum* inter corpus nostrum & Corpus Christi.

Tertia: hunc contactum physicum non esse causam transformationis & conuersionis realis, vnitatisque physicæ corpus nostrum inter & Corpus Christi; quia non veniunt simul in compositionem, neque vnius naturæ, neque vnius suppositi: sed est fundamentum duntaxat transformationis, conuersionis, vnitatisque moralis inter Christum & nos. Quoniam ex mutua cõmunicatione in ratione cibi & cibati, & ex mutuo amore mediante Charitate & Gratia, moraliter consentur esse vna & eadem res, nimirùm, corpus nostrum, anima nostra ac Spiritus noster moraliter cẽsetur esse Corp⁹ Christi, Anima Christi & Spiritus ac Diuinitas Christi. Quãdo igitur SS. Patres dicunt, quod per communionem factam in Gratia *transformamur in Christum, conuertimur in Christum, sumus Christus*, loquuntur in sensu morali, nobis simul ob oculos ponentes obligationem, quâ obstricti sumus vt post sacram communionem sanctâ ac Diuinâ quadam conuersatione ambulemus: quia voluntas nostra debet, ac si esset voluntas Christi, lingua & manus nostra censetur esse lingua & manus Christi, & idem dicendum de cæteris animæ potentiis, sensibus & membris corporis.

Magna & eximia fuit gratia, quem Christus D. N. exhibuit S. Catherinæ Senensi, quando propriis manibus viscera bus cor euulsit, & in locum cordis euulsi substituit proprium, adeò, vt ab illo tempore commendans se Christo Domino, non dixerit ei deinceps: Tibi, Domine, commendo cor meum; sed commendo tibi cor tuum. Simili quodam modo agit nobiscum Christus in sacra communione, in qua non cor duntaxat, sed & corpus & animam nostram cum reliquis sensibus & potentiis

mtiis suis permutat: ac dicere possumus, cor nostrum & veluti cor Christi, corpus tanquàm Corpus Christi, trorum; quod sumus in esse & operari est veluti esse & perari Christi. Tanta est vis & potentia huius cæles Panis, tanta est virtus Diuini huius Cibi, Carnis vificatricis Christi; quæ vilissimum nostræ naturæ ombum conuertit in purissimum aurum Naturæ Christi modo suprà expositi.

CAPUT V.

De reliquis effectibus sanctissimi Sacramenti.

SEptem sunt principales effectus, quos profert sandissimum Sacramentum dignè ab anima nostra sueptum. Primus est Gratia habitualis: secundus, ratia actualis; tertius, remissio peccatorum venialium: quatus, præseruatio à lethalibus: quintus, vnio cum Christo & proximo: sextus, ius ad essentialem animæ Gloriam: septimus, ius ad Gloriam accidentalem corporis. *S. Thom. 3. p. q. 79. Catech. Rom.*

Quantùm ad primum effectum sanctissimi Sacramenti, is non est prima Gratia; sed Gratiæ augmentum: tum quia *est Sacramentum viuorum, non mortuorum*; tum quia datur *per modum cibi*, & cibus non capitur à mortuis, sed à viuis: tùm denique, quia Sacramentum hoc per se institutum est ad nutritionem spiritualem, quæ supponit vitam, & per consequens neque per se tollit peccatum mortale, neque illud remittit; sed solum per accidens, idque in duobus casibus: primus est, quandò quis sacram sumit synaxin cum ignorantia inuincibili & inculpabili, quod sit constitutus in peccato mortali: secundus, si quispiam solâ instructus attritione confiteretur peccata sua Sacerdoti non habenti facultatem absoluendi; nihilominùs eo ipso, quò hic se sacrâ efficeret communione, consequeretur Gratiam virtutè Eucharistiæ. Neque solùm augmentum Gratiæ, verùm

etiam perseuerantia in Gratia sanctissimi Sacramenti huius effectus est. Siquidem datur *per modũ cibi*; quemadmodum igitur ope cibi corporalis perseueramus in vita corporali: ita cibi spiritualis sanctissimi Sacramenti subsidio perseueramus in vita spirituali Gratiæ. Et hic est sensus illorum verborum Christi: *nisi manducaueritis Carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis*: nimirùm, vitam Gratiæ cum perseuerantia ad mortem vsque. *Ioan. 6.*

Secundus effectus est Gratia actualis, continens actualem dulcedinem tempore Communionis, & auxilia supernaturalia post Communionem ad euincendas tentationes, exercendosque virtutum actus. Primus effectus spiritualis dulcedinis non semper datur, vel vt non probemur, vel quia sumus indispositi; aut enim animæ nostræ palatum minùs benè affectum est, aut non sufficienti meditatione, quâ quasi manducatur hic cibus, priùs ruminatum fuit, quod sumitur: at secundus effectus auxiliorum supernaturalium siue sufficientium, siue efficacium semper confertur virtute sanctissimi Sacramenti.

Ex dictis tria sequuntur puncta. Primum, Gratiam Sacramentalem huius Sacramenti propriam esse augmentum Gratiæ habitualis, in quantum confert Gratiam actualem ad finem Sacramenti necessariam, qui est nutrire & conseruare Charitatem, vitam spiritualem animæ. Secundum, Diuinas inspirationes quas de die experimur & persentimus, esse effectus diuinissimi Sacramenti iuxta dictum Areopagitæ: *Non contingit aliquem perfici perfectione Hierarchica, nisi per Diuinissimam Eucharistiam.* Vnde consulit Bernardus: quando cœlesti aliquâ visitatione dignus factus es; *gratias age Corpori & Sanguini Domini, quia per ipsum virtus Sacramenti operatur in te.* Tertium, sicut ad vitam corporalem necessarii sunt spiritus vitales causati ex cibo materiali, ita in vita spirituali dantur spiritus vitales supernaturales (quales sunt illustrationes & inspirationes Diuinæ in intellectu & voluntate) procreati ex Sanctissimo Sacramento. Hi non animæ duntaxat; sed & corpori communicantur, sunique cor-

S. Dion. de cœlest. Hier. c. 3.

S. Bern. ser. in Cœna Domini.

nuenientes repræsentationes in phantasia, ac boni
orus in appetitu sensitiuo.

Tertius effectus est remissio peccatorum venialium:
enim reparando feruorem Charitatis, destruit pec-
ta venialia eidem contraria: & concilians perfectam
micitiam inter animam & Christum tollit peccata ve-
lia perfectæ amicitiæ repugnantia. Idque duobus
odis: primò, *immediatè & per se*, suppositâ solâ at-
tione ex parte suscipientis, vel, vt alii volunt, sup-
sitâ solâ non complacentiâ peccatorum venialium:
cundò, *mediatè*, excitando aliquem Contritionis
Charitatis actum *per se* remissiuum peccati venialis
eluti etiam remittit pœnam peccatorum venialium)
d tanquàm sacrificium remittit immediatè.

Quartus effectus est præseruatio à peccatis lethali-
, conformiter ait Sanct. Bernardus: *Minuit* hoc Sa- S. Bern. ser.
mentum *sensum in leuioribus, & tollit consensum in* in Cœna
uioribus. Quod præstat duobus modis: primò *per* Dom.
cialia auxilia, quibus anima fortificatur aduersus
tationes: secundò, *vt signum Passionis Christi*, S. T. art. 6.
victi & confusi Dæmones in fugam conuertuntur:
dè ait Sanct. Chrysostomus: *Tanquàm Leones ignem* S. Chrysost.
rantes ab illa mensa recedamus, terribiles Dæmonibus in Ioan.
festi.

Quintus effectus est vnio. Primò inter nos & Chri-
m: & hæc non est solummodo affectiua, se vera,
alis & corporalis inter corpus nostrum & Cor-
Christi, non tamen physica, sed moralis, veluti
ra explicuimus. Secundò vnio socialis inter nos in-
em in virtute huius Diuinissimi Sacramenti: nam
uniuntur in vno tertio, vniuntur & inter se: qui- S. Cypr. de
vnus est panis, vnum est corpus, & omnium vnum Cœna
, & anima vna, iuxta dictum Apostoli, *Vnum cor-* Dom.
sumus, quia de vno corpore & de vno pane man- 1. Cor. c. 10.
amus. Ubi vult Apostolus, quod, sicut in-
nos & Christum non solum est vnio spiritualis medi-
e Gratiâ, verùm etiam corporalis mediis speciebus
ramentalibus; ita Christiani in virtute huius Sacra-

menti inter se non tantùm vnione spirituali mediante Gratiâ, in quantum hoc Sacramentum nutrit Gratiam habitualem, vt excitat ad Amorem actualem & cum Christo & inter nos; sed etiam vniti sint vnione corporali, in sensu tamen morali, vti supra dictum fuit. Et hæc est perfecta illa vnio, quam Christus pro nobis postulabat à Patre suo, dicens *Ego in eis, & tu in me,* Ioan. 17. *sint consummati in vnum*: ego in eis per carnem meam, & tu in me per Diuinitatem, & ipsi inter se perfectè vniti, non vnione duntaxat Gratiæ, quæ est effectus Spiritus sancti; sed etiam vnione corporali, quæ est effectus huius Diuinissimi Sacramenti.

Sextus effectus est ius ad essentialem animæ Gloriam, non tantùm *mediatè*, mediante Gratiâ, *quæ est semen Gloriæ*; verùm etiam *immediatè*, in quantum continet vitam Gratiæ per seipsam æternam, & in quantum communicat participationem vitæ Gloriæ: *Qui manducat hunc panem, habet vitam æternam: & participium fieri mensæ huius, ipsum est incipere habere vitam æternam.* S. Aug. de Ciuit Dei lib. 19. c. 20.

Septimus & vltimus effectus est Gloria corporis vitæ promissionem Christi D N.: *Qui manducat meam Carnem, &c. ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Primò propter contactum corporis nostri cum Corpore Christi glorioſus & immortalis erit dignè communicans. Secundò, propter conditionem cibi, qui qualitates suæ personæ, qui cibatur, communicat, adeoque cibus sanctissimi Sacramenti glorioſus & immortalis talia quæque efficiet corpora nostra sacro hoc cibo refecta, & quàm cibus superans in virtute personam, quæ cibatur, non conuertitur in illam; sed eam conuertit in propriam naturam. Hic modus resurgendi in virtute Sacramenti est perfectissimus, quia *est ab intrinseco*, cùm sit per modum cibi: & sicut secundùm Bellarminum, *qui cibum præbet, seipsum nutrit, ita seipsum suscitat*: vbi alii modi resurgendi *per modum sufficientis*, Diuinitatis Christi; *per modum instrumenti*, Humanitatis: *per modum meriti*, Sanguinis: *per modum exemplaris*, Resurrectionis Christi, qui est modus resuscitandi *ab extrinseco* ad minus moralis, eò quod nulla ibi adsit exigentia intrinseca, vel est Ioan. 6. Bellar. lib. 1. c. 7. Cyrill in Ioan. lib. 4. c. 14.

sit in resurrectione *per modum cibi* modo iam explicato, sunt *ab extrinseco*; quemadmodum granum frumenti tam corruptum & mortuum per virtutem regenerationem, quam retinet, resurgit; ita corpus nostrum etiam corruptum per vitutem illam moralem, quâ cibatur Carne Christi immortali, resurgit velut *ab intrinseco* immortale. Et secundùm Cyrillum resurrectio, Sacramenti huius effectus, non est quæuis resurrectio; sed *resurrectio ad Gloriam*: & altera resurrectio, *qua est ad mortem*, non est effectus huius Sacramenti.

Caput VI.

De dispositione ad dignè recipiendum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum.

Dispositio debet esse homogenea & eiusdem rationis cum forma, ad quam disponit, sicut est calor respectu ignis. Vt igitur recipiatur cibus quidam Diuinus, dispositio sit Diuina, necesse est. Ita sentit S. Bona ventura, dicens: *Cùm fueris totus alteratus & Diuinus effectus* in cogitationibus, affectibus & desideriis Diuinis, *ita vt nihil sentias, nihil videas nisi Deum, tunc accedas*, sic enim benè dispositus & paratus eris. Et optima est dispositio Amoris (hoc enim Sacramentum est *Sacramentum Amoris*) satagendo & desiderando recipere Christum sub speciebus Sacramentalibus. Desiderium hoc primò solitarium & purum sit, oportet, vt dicas: *Nihil præter te, Domine*, nil aliud, nisi te, Domine, sub hac sacrata specie desidero: secundò, vehemens & auidum, quale habet famelicus ad cibos, & sitibundus ad aquas. *Et esus huius Sacramenti quædam auiditas est.* Cuius rationem reddit D. Augustinus, quia si hoc Sacramentum est *omne bonum* (*aurum est tantùm aurum, argentum tantùm argentum; Christus in Sacramento est mihi omnia*) iustum & æquum est, vt omnis cogitationis, affectus & desiderii terminus, meta, & scopus existat, ac per consequens sit desiderium quoddam vehemens &

S. Bona de Instruct. Sacerdotu tom. 4.

S. Cyprian. de Cœna Dom.

auidum, necesse est. Quapropter panis azymus, in quantum sanctissimi Sacramenti figura, vocabatur *panis desiderabilis, panis desideriorum*: panis, quæsitissimus terminus, & finis nostrorum desideriorum: & *memoriale tuum in desiderio animæ*: panis vitæ, quem nobis Christus reliquit in sui memoriam, vnicum & totale animæ desiderium est. Hæc dispositio debeat confirmatur exemplo Christi de seipso ita loquentis: *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum.* Ut hoc desiderium sit perfectum, non est sistendum in Sacramento, sed vlterius procedendum ad finem Sacramenti, qui est fruitio Christi vt in cœlo conspicua visibilis. *Sumptio Sacramenti*, docet Angelicus, *ordinatur ad fruitionem Patriæ, tanquàm ad finem.* Ratio est, quia Sacramentum Altaris *est simul veritas & figura*: veritas, respectu Sacramentorum veteris legis: est figura, respectu visionis beatæ futuræ in cœlesti Patria, ad quam ordinatur tanquàm medium ad finem: eo ipso enim, quo suscipitur & gustatur Christus sub specie & formâ panis, disponitur anima ad eundem suscipiendum & gustandum in propria forma Gloriæ. Hoc igitur vltimatum erit desiderium tuum, vt cum Sponsa suspires & ores: *Quis mihi det, vt inveniam te foris, & iam me nemo despiciet.* Quis mihi concedet, O dulcissime Jesu, vt intuitiuè te videam extra has cortinas Sacramentales, & in propria tua decore & pulchritudine te conspiciam? *O Diuinissimum & sacrosanctum Sacramentum, obducta tibi velamenta dignanter aperi, & perspicuè nobis fac apparere.*

Hæc de dispositione, agamus nunc de medijs illam assequendam. Certum est, hanc dispositionem, quia Diuina est, recedere vires nostras. Unde petenda, speranda & exspectanda est a Deo, præsertim a Spiritu sancto, idque ob triplicem rationem. Prima, quia sanctissimum Sacramentum est opus Spiritus sancti: tum quia est opus Amoris, & opera Charitatis & Amoris attribuuntur Spiritui sancto, qui est Amor per excellentiam: tum etiam, quia, vt ait D. Augustinus, *Sumitur per Spiritum sanctum vera Caro Christi creatur, ita & per eundem substantia panis & vini in Corpus & Sanguinem*

Ps. 10.
Isa. 26.
Luc. 22.
3. p. q. 80. art. 2.
S. Alg. de SS. Sacramento. c. 28 ex Tom. 6. Bibl. PP.
Cant. 8.
S. Dionys. de Eccles. Hierar. c. 3. p. 3.
S. Aug. de verb. Domini in Catena Matt. 25.

um Christi consecratur. Et Sanct. Basilius: *Spiritus* S. Basil. in
vnum & sanctus de cœlestibus sedibus descendens, super sua Liturg.
hanc Eucharistiam propositam manet & incumbat. *In-*
cubare propriè, vti notat Sanct. Augustinus, idem so-
nat, quod viuificare & animare: ergò Spiritui sancto
conuenit quoque præparare sibi dignum habitacu-
lum. Secunda ratio est, quia, iuxta sententiam Di-
ui Chrysostomi, Diuinum Sacramentum continet in S. Chrysost.
ineffabilem quandam flammam Spiritus sancti: vndè sup. Ioan.
consulit: *Caue, accedas cum stipula, lignis & fœno.* Igi-
tur eidem Spiritui competet nos disponere ad partici-
pationem ignis illius Diuini. Hinc asseruit Sanct. Epi-
phanius, quod Saluator noster dando nobis Corpus su- De Nat.
um in cibum, & Sanguinem suum in potum, *ignem no-* Dei scrutã-
bis ad manducandum & bibendum præstitit. Tertia ra- da.
tio est, quia principalis pars Diuini huius Cibi non est
Corpus & Anima Christi; sed Spiritus Christi, qui est Ioan. 6.
Diuinitas. *Spiritus est, qui viuificat.* Unde Tertul- Tertull. lib
lianus: *Caro Corpore & Sanguine Christi vescitur; sed* 1. de resurr.
anima de Deo saginatur. Alius ergò quidam Spiritus, carnis.
qui est tertia Persona in sanctissima Trinitate, dignè
nos præparare debet ad recipiendum Diuinum illum
Spiritum. Hæc est causa, vt opinatur Sanct. Thomas, S. T. opus. 53
cur post aduentum Spiritus sancti primi Christi fideles Actor. 2.
inceperint frequentare hunc cœlestem cibum: *Erant*
perseuerantes in communicatione fractionis panis. Etc-
nim Spiritus sanctus promouebat opus suum, mouebat,
disponebatque corda fidelium ad frequentem dignam-
que illius susceptionem. Quare & tu tua esset, si ante
Communionem gratiam Spiritus sancti inuocares, di-
cendo: *Veni sancte Spiritus, & tui amoris in nobis ignem*
accende: vt, quemadmodùm suprà diximus, dispositio
sit homogenea, seu eiusdem rationis cum forma,
simulque dispositione apparatuque amoris correspon-
deamus Sacramento Amoris.

Ad hæc nobis recurrendum est ad Beatissimam Vir-
ginem, Spiritus sancti Sponsam, Diuinarumque gratia-
rum, ac Diuini præsertim Amoris dispensatricem: vt
quemadmodùm Spiritus S. vterum eius virginalem dis-

osuit, vt dignum fieret Verbi Diuini habitaculum; ita nobis impetret, quatenùs idem Diuinus Spiritus animam nostram ad dignam sanctissimi Sacramenti receptionem præparet, eleuando eam ad actus feruentissimos Fidei, Spei & Charitatis. *Exere* igitur, priusquam Diuinum hunc recipias Cibum, *palatum Fidei, dilata fauces Spei, viscera Charitatis extende.* Et quò intensiores, feruentioresque elicueris actus, eò maius obtinebit incrementum dispositio illa, quâ ad Diuinissimum accedes Sacramentum.

Fulbertus Epis. de Corp. Christi.

Huic quoque dispotioni seu apparatui multum proderit, si imiteris abnegationem & exproprationem specierum Sacramentalium: siquidem species Sacramentales non continent simul substantiam panis & Corporis Christi substantiam; sed, vt approprient sibi substantiam Christi, exuunt se proprietate panis: vt enim inquit Alensis: *Refectio nostra debet esse pura spiritualis, & non spiritualis & carnalis simul.* Tali modo constituta quoque debet esse oblatio, quam exhibemus Deo, pure inquirendo & respiciendo Deum, semoto quocunque proprio commodo. Porrò consideremus, quàm largam cumulatamque Deus persoluat mercedem his speciebus seu accidentibus propriam panis substantiam abnegantibus: dat eis quoddam esse supernaturale proprii sui Corporis, adeò, vt de accidentibus illis amplius verificari nequeat: *Hic est panis;* sed dicatur: *Hoc est corpus meum,* nimirùm, Christi: insuper communicat eis operationem quandam supernaturalem: etenim tanquàm Verbi instrumentum concurrunt ad productionem Gratiæ: denique donat eis aliquam adorationis speciem, etiam supernaturalem, & omnium excellentissimam, quam Teologi vocant Latriam. Sicut enim vestis eâdem adoratur adoratione, quâ & adoratur ipse Rex; ita quoque ipsa accidentia, quæ sunt veluti Christi vestimenta: vndè definit Concilium Tridentinum Sacramentum *esse adorandum sub nomine Christi.* Quapropter cantat S. M. Ecclesia: *Tantum ergò Sacramentum veneremur cernui.* Quo accidentium, specierumque exemplo meritò nos confundendi sumus, vt etiam notat S. Thomas, dicens: *Irrationalis creatura [scilicet panis]*

Alens. 9. 19. art. 2.

Conc. Trid.

Opusc. 58.

panis) per Verbum Dei conuertitur in Corpus Christi: & peccatorum duritia, & iusti frigiditas, nec multis verbis & Spiritus sancti operationibus perducitur ad conuersionem. Omni igitur conatu satagamus hęc sacra accidentia imitari in totali nostri abnegatione & conuersione in Christum: neque contenti sumus, vt tanquàm panis duntaxat benedictus, qui cum benedictione externa externa proptiam etiam retineat substantiam, appareamus & existamus; sed simus, veluti verus panis consecratus, nè minimam quidem propriæ substantiæ, proprijque amoris nostri partem in nobis retinentes.

CAP. VII.

De gratiarum actionem post Communionem.

TOto hoc temporis spatio, quod pretiosissimum est ob realem Christi præsentiam, omni efficaciâ ac feruore pertractare debes salutis tuæ negotium, quod in duobus consistit punctis. Primum est, vt de cunctis peccatis toto vitæ tuæ decursu ad præsens instans vsque commissis remissionem petas & veniam, simulque remedium & medicinam pro curandis scelerum plagis præsentibus. Secundum, vt postules adimpletionem Gloriæ Dei in acquisitione Gloriæ tuæ in cœlesti & æterna Beatitudine. Quantùm ad primum, dices cum leproso illo Evangelico: *Domine, si vis, potes me mundare,* à lepra peccatorum meorum: & *si vis, potes me sanare* à plagis inordinatarum mearum passionum: idque præstare potes in virtute Sanguinis tui, Passionis tuæ, tuorumque meritorum, per merita sanctissimæ Matris tuæ. Ac pro cooperatione tua veros in hunc finem elicies actus doloris contritionisque. Quarum ad secundum, postulabis æternam salutem ad eundem modum: *Domine, si vis, potes me salvare in Sanguine tuo. Si salvus, sis benedictus: si non saluas, sis iterum benedictus: & semper, & in omni statu benedicam nomen tuum in æternum.* Præterea, pro gratiarum actione, iuxta men-

tem S. Bonauenturæ, duo considerationes valdè vtiles & necessariæ sunt: prima est consideratio annihilationis suiipsius: secunda est compassionis Christi, deuotam gerendo memoriam Passionis eius.

In prima, quinque illa ventilabis puncta Primum, *Quid ex te es?* Nihil. Secundum, *Quid ex te factus?* Peccator. Tertium, *Quid esses*, nisi Gratia Dei te preueniisset? Peior ipso Dœmonio. Quartum, *Quid in genere Naturæ?* Concupiscentiâ & inclinatione ad omne malum præditus es. Quintum, *Quid in genere Gratiæ?* Parùm aut nihil prorsus, comparatione sanctitatis Sanctorum & Dei.

Ex Carthus. lib. de de B.V.

In secunda, non solùm piam deuotamque excitabis memoriam Passionis Christi, habendo reflectionem ad omnia & singula Christi passi membra, ac duos illos, quos etiam suggerit S. Bernardus, eliciendo actus gratiarum actionis, videlicet, & contritionis, simul decendo: gratias tibi ago, Domine, ac peto veniam & misericordiam; verùm etiam finem fructumque Passionis, qui est ipsa Resurrectio & Ascensio Christi, sedulò pensuoluesanimo: Undè Alensis in hunc sensum exponit verba illa Saluatoris: *Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis*, videlicet, *in memoriam mei patientis, resurgentis & ascendentis*; seu in memoriam mei Passionis, Resurrectionis & Ascensionis. Quæ Alensis expositio confirmatur per vsum Ecclesiæ, quæ duobus locis Sacrificii missæ simul meminit trium horum mysteriorum: primò ante consecrationem, dicens: *Suscipe sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam Passionis, Resurrectionis & Ascensionis Domini nostri Iesu Christi.* Secundo post consecrationem dicens: *Vnde & memores, Domine, non solùm nostri, sed & plebis tuæ sanctæ eiusdem Christi Filii tui Domini nostri, tàm beatæ Passionis, nec non & ab inferis Resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ Ascensionis.* Et per hanc considerationem, ait Sanct. Vincentius Ferrerius, similes nos reddimus Christo, qui in terris adhuc viuus *habuit duplicem saporem: & amarum*, ratione Passionis suæ: *& dulcem*, ratione fruitionis & Gloriæ. Ita nos verumque participabimus affectum: & compa-

S. Vincent. serm. 2. de Corp. Chr.

patiendo Christo in Passione sua, & congratulando nobis in Resurrectione & Ascensione sua. Insuper aduertendum est, quod etiam optimè notat S. Cyprianus, quò ad memoriam Passionis, non sufficere eam esse speculatiuam, sed necesse est, sit practica & imitatiua. Et ad hunc sensum explicat verba illa: *Hoc facite in meam commemorationem, id est, imitationem: vt scilicet, Christianus seipsum offerat Christo sicut videt Christum seipsum suo Patri obtulisse.* Confirmat hoc idem Spiritus sanctus verbis illis. Quando fueris inuitatus ad conuiuium Principis, in sanctissimo, nimirùm, Sacramento, *statue cultrum in gutture tuo.* Firmiter statues mori pro Christo, quemadmodùm Christum conspicis pro te mortuum, dicendo ei: *Amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori.* In hoc sensu D. Augustinus intelligit versiculum illum Psalmi 21.: *Edent pauperes, & saturabuntur*, legitque, *Imitabuntur, scilicet, imitando Passionem Christi.* Et in quadam sua epistola asserit, non omnes quotquot cœlesti hoc vescuntur pane, saturari: *saturantur qui imitantur* Passionem & mortem Saluatoris nostri. Idq; sufficiat pro gratiarum actione in memoriam Christi, & mortui & resuscitati, & dolorosi & glorioси: *vt ipsi quoque mente, & in Cruce, & in cœlestibus habitemus.*

S. Cypriani

Prouerb. 23

S. Aug. in Psal. 21. v. 27. 48.

Idem epist. 120.

Cap. VIII.

De Communione Spirituali.

EX dictis superiori capite sequitur, quale Communionis spiritualis debeat esse exercitium erga sanctissimum Altaris Sacramentum. Verùm priusquam ad hanc tam sanctæ deuotionis descendamus praxin, operæ pretium erit pro maiori claritatis notitia nonnullas supponere veritates.

1. Tres dantur Communionis species: sola, nimirum, Sacramentalis, sola Spiritualis, & deniq; Sacramentalis & Spiritualis simul. In prima communicans *manducat, & non manducat*: quia recipiendo Sacramentũ, non recipit effectum Sacramenti, nempè, Gratiam. In secunda communi-

Trident. Sess. 13 Can. 8.

S. Tho. opusc. 1. 58. c. 19. c. 20. 3. p. q. 80.

municans *non manducat*, *& manducat*: esto enimuero recipiat Sacramentum, Sacramenti tamen recipit Gratiam. In tertia communicans *manducat & manducatur*: manducat, in quantum recipit Sacramentum cum Gratia; & manducatur, in quantum eadem mediante Gratia conuertitur & mutatur in Christum, qui est in Sacramento.

S. T. opus. 1. cit. & lect. 1 in 1. Cor. c. 10,

2. Communio Spiritualis semper fuit necessaria in Ecclesia Dei; sed vario ac diuerso modo iuxta varios status: aut cum fide & desiderio implicito Christi: aut cum fide ac desiderio Christi explicito.

Trid. sess. 19. c. 8.

3. Certum quoque & indubitatum est, quod Diuinum hoc Spiritualis Communionis exercitium, quantùm in se est dignissimum, tantùm etiam respectu eius qui eo vtitur, sit vtilissimum. Et tametsi Communio Sacramentalis facta in Gratia ex natura sua longè vtilior sit, cùm conferat Gratiam *ex opere operato* (vnde docet

S. Tho. q. 89. art. 1. ad 3.

Angelicus: *Sacramentalis manducatio plenius inducit Sacramenti effectum*) nihilominùs, si Communio Spiritualis fiat maiori cum affectu Charitatis, & cum intensiori desiderio; Gratia, in Communione Spirituali recipienda, poterit esse maior.

Hisce suppositis principiis, duo breuiter discutiamus puncta: primò, in quo consistat Communio spiritualis? Secundò, declaremus modum, quo exerceri debeat. Quantùm ad primum, Communio spiritualis non consistit in actuali Corporis Christi receptione sub accidentibus panis, veluti Sacramentalis; sed in voluntate

S. Tho. 3 p. q. 81. art. 1. Trid. sess. 13 c. 8.

& desiderio recipiendi illud: *Sicut aliqui baptizantur Baptismo flaminis propter desiderium baptismi.* Vnde Concilium Tridentinum definit, Communionem spiritualem consistere *in voto Sacramenti*, videlicet, in desiderio recipiendi Christum in Sacramento: etenim secundùm doctrinam D. Augustini, quemadmodùm nos hominis corporei; ita sub speciebus corporeis nobis proponendus est cibus Diuinus.

Verùm, vt hoc desiderium sit vtile & fructuosum, nonnullis constare debet conditionibus.

1. Debet esse desiderium viuum personæ Gratia diuitis; sicut enim Sacramentalis Communio *est viuorum*

in quoque Spiritualis: & sicuti peccaret Sacramentalem sumens communionem peccato obnoxius; ita quoque, qui desideraret recipere communionem peccato contaminatus: siquidem in lege Dei non prohibetur duntaxat malum operatum; sed etiam malum desideratum.

2. Debet esse desiderium, quantum ex se est, efficax, adeò, vt, si posset, eique permitteretur, non solo desiderio contentus esset verus Seruus Dei; sed actualiter cœlesti hoc pane sese cibaret: vsque priuatio illius Diuinæ mensæ desideranti superaddat dolorem, & dicat cum S. Chrysostomo: *Vnus mihi sit tantùm dolor, hac mensa priuari.* S. Chrysost.

3. Debet esse desiderium valdè ardens & intensum, planè illi desiderio simile, quo ambitiosus mundanam concupiscit gloriam: quo auarus auidè fertur in aurum: quo siubundus ad fontem viuæ anhelat aquæ: quo famelicus inuolat in mensam cibis lautissimis opiparisque instructam. Vndè S. Cyprianus conformiter dixit, quod *esus huius Sacramenti est quædam auiditas*: desiderium quoddam est, non tepidum, non remissum, sed vehemens & auidum; S. Cyprian.

4. Denique debet esse desiderium continuum, quia est desiderium Beatitudinis. Beatitudo Iustorum in cœlis est Christus reuelatus, seu intuitiuè visus: Beatitudo Christianorum in terris est Christus velatus. Quemadmodum igitur Beatus lumine dotatus Gloriæ non patitur separationem à Deo; ita Seruus Dei lumine illustratus fidei semper deberet viuere vnitus sanctissimo Sacramento. Et quia hoc non permittitur per Communionem Sacramentalem, suppletur id Communione spirituali. Insuper continuum hoc sit desiderium, necesse est ex alia parte, quia est desiderium vitæ. Anima nostra, iuxta dictum D. Augustini, viuit Spiritu Christi, qui est Diuinitas, vita Dei continua & perennis: vt ergo hanc participet vitam, oportet, stet semper vnita cum Carne Christi viuificata Spiritu Dei. Cuius idem S. Doctor rationem reddit: quia corpus & spiritus habent inter se proportionem & ordinem, non enim omne corpus omni viuit spiritu, nec omnis spiritus viuificat omne *Tract. 26. in Ioan.*

omne corpus, neque corpus meum viuit spiritu, nec corpus tuum spiritu meo, sed corpus meum viuit spiritu meo, & corpus tuum spiritu tuo. Igitur Corpus Christi nonnisi Spiritu Christi viuit, & Spiritus Christi nonnisi Corpus Christi viuificat; quod intelligendum est *per se & immediatè*. Vndè idem Sanctus concludit: si vis viuere Spiritu Christi, necesse est te vnias cum Carne Christi: *Si vis viuere de Spiritu Christi, esto in Corpore Christi. Qui vult viuere, habet, vbi viuat: habet, vnde viuat: accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur.* q. d. Qui desiderat viuere, cupitque scire, vbi repetat vitam, approximet se Christo, viuâ desideret Fide per cõmunionem vnire Carni Christi, incorporari Christo & viuet de Spiritu Christi, qui est Diuinitas. Quamobrẽ S. Ambrosius Corpus Christi appellat *Corpus spirituale, quia Corpus Christi Corpus est Diuini Spiritus.* Eodem sensu, eâdemque mentis intentione impensè rogat & postulat S. M. Ecclesia continuum affectum & desiderium versus sanctissimum Sacramentum. Vndè in quadam Collecta hanc deprecatur gratiam hisce verbis: *Cœlestibus, Domine, pasti deliciis, quæsimus, vt semper eadem, per quæ veraciter viuimus, appetamus.* Et vult dicere: Magna gratia est, quod Dominus dignetur nos pascere Cœli deliciis; at ista non sufficit, petimus vlterius, vt in cordibus viuum quendam accendat affectum & amorem, quatenus semper & auidâ cupiditate feramur impellamurque in vnicum illum & solum cibum, qui solus est causa veræ vitæ. Et hæc de primo puncto, in quo nimirùm, consistat Communio spiritualis, dixisse sufficiant: veniamus ad secundum, de modo exercendi illam.

S. Aug. loc. cit.

S. Ambr. lib. de Sacr. c. 9.

Dominica 6. post Epip.

Pro illius praxi & exercitio admodùm hîc mihi placent verba illa, quibus vti solebat S. Martyr Ignatius: *Non voluptates huius Mundi desiderio; sed Panem Dei, Panem cœlestem, Panem vitæ, qui est Caro Iesu Christi, Filii Dei viui: & potum volo Sanguinem eius, qui est dilectio incorruptibilis, & vita æterna.* Horum ac similium affectuum exercitio reducetur ad praxin spiritualis Communio, ac multiplicatis de die centiès & millièsque hisce actibus, totiès etiam ingenti eum

S. Ignat. Mart. Epist. 12. Ad Rom.

tum animæ fructu spirituales multiplicabuntur Communiones. O Cibum Diuinum! O Cibum vitæ æternæ! quàm magna & admirabilis est virtutis tuæ efficacia? Cæteri cibi corporales nonnisi stomacho ingesti & comesti prosunt; at tu vitam tribuis solo desiderio. Neque id mirum, alii namque cibi conuertuntur in comedentem: Tu manducatem te conuertis in te- *S. Th. 3. p. q. 73. art. 3.*
ipsum. Conuersio hæc solo tui desiderio & affectu fieri potest: etenim amor *est vis conuersiua* amantis in rem a- *S. Dionys.*
matam. Prodeant nun Amatores Mundi terrenorum auri & ciborum, desiderent purè totum Mundi honorem: *ego Carnem Christi desidero.* Sitiant, appetantque cunctas, quæ vnquàm in creaturis sunt & fuêre, delicias, *ego Carnem Christi desidero.* Abeant post autum, gemmasque terræ pretiosas in perditionem; & ego non aliud, quàm quod dicebat Magnus Martyr Ignatius, dicam: *Carnem Christi desidero.* Illam Carnem viuentem desidero, quæ me viuificat, & ad veram vitam resuscitat; Carnem illam Deificam totis medullis appeto, quæ mihi communicat proprium suum Diuinitatis Spiritum: illam concupisco Carnem, in quâ exstitit plenitudo Gratiæ, torrens consolationum, cunctus thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Igitur, anima mea, & corde, & ore, & omnibus corporis & animæ potentiis, & ex intimis præcordiis, ac tota in cor, tota in affectum, tota etiam in desiderium conuersa, *Bernard in Cant. serm. 71.*
dices: *Cibus meus Christus est, & ego eius.* Hoc ipsum est, quod dicebat Sponsa: *Dilectus meus mihi, & ego illi*: quia est cibus, nutriens & cibans actibus in- *Cant. 2.*
tensis amoris, actibus desiderii. Beata anima illa, quæ verè dicere potest: *Memoriale tuum, Domine,* *Isa. 26.*
in desiderio anima. Totum desiderium meum est in desiderio cœlestis Panis, memoria viua Christi, memoriale & compendium est miraculorum Omnipotentis Dei. Caput hoc concludo Sanctissimæ Matris Dei exemplo, cui valdè familiare ac continuum erat exercitium hoc spiritualis Communionis: imò, vt notat Gerson, ipsa prima omnium extitit, quæ dedit *Gerson.*
totum sanctæ Communioni spirituali: etenim subitò post institutionem Sanctissimi Sacramenti,

inge-

incepit, totoque deinceps vitæ suæ decursu, summo affectu & desiderio illud appetere, ardenterque exoptare & desiderare continuauit. Neque in hoc Sanctissimam Virginem superarunt Sancti Patres antiquæ legis: nam, vt docet S. Thomas, Communio spiritualis, quæ nihil aliud est, quàm recipiendi Sacramenti desiderium, ante-

S. T. 3. p. q. 81. art. 1.

ponit institutionem & consecrationem Sacramenti, quæ adhuc nondum extitit in veteri lege tàm naturali, quàm scripta; sed solùm in lege Gratiæ. Quapropter propriè desiderabant sanctissimum Sacramentum in figura duntaxat, in quantùm accipiebant Manna sanctissimi Sacramenti figuram.

Cap. IX.

De quodam alio, ac perfectiori modo spiritualis Communionis.

S. Aug. To. 2. de Symb. lib. 4. c. 2. Ioan. 4.

COmmunio spiritualis, veluti supra diximus, illa est, quæ fit *in spiritu & veritate*, veris ac spiritualibus internis actibus Fidei, Spei, Charitatis, & Desiderii. Et hi *sunt veri adoratores, qui adorant*, & manducant Christum *in spiritu & veritate*: qui, quod frequenter cum effectu recipiant Christum in sanctissimo Sacramento, haud contenti sunt; sed semper ac continuò, hiante cordis ore, vehementique animi ardore & affectu eundem recipiunt.

S. Aug. To. 9 de Symb. lib. 4. c. 2.

Potrò hoc desiderium, vt vltimam suam attingat perfectionem, extendi debet non ad esum duntaxat, verùm etiam ad visum: *Sic crede* (inquit S. Augustinus) *vt desideres videre, quod credis*: credere, simulac desiderare debes, vt videas, quod credis: desidera manducare; sed etiam desiderare oportet, vt videas, quod manducas. Sufficit Fides viua, in spiritu sumas, & manduces sanctissimum Sacramentum, iuxta eiusdem S. Augustini dictum: *Crede, & manducasti.* Fides hæc non sola; sed videndi stipata desiderio prodire debet: quia est Fides viua, Fides amorosa, Fides cum desiderio videndi id quod

bood amatur. Quare Communio spiritualis iure appellare potest Communio Beatifica ; non enim in credendo gradum sistit, sed progreditur ad videndum, non quidem actu Fidei cõtrario, sed affectu & desiderio, quod ipsam perficit Fidem. Vocatur etiam Beatifica, quia similis est Communioni Beatificæ Sanctorum in Cœlo, & solum differunt in modo communicandi: etenim *Sanctorum substantia ibi est, vbi nostra desideria*: Sancti sunt in Gloria per propriam substantiam, nos per desideria. Deinde satietas Beatorum est vera & perfecta satietas: nostra verò imperfecta quæ, vt asserit S. Augustinus, fames potiùs, quàm satietas Dei dici potest: tametsi comparatione bonorum temporalium, quod cuncta eorum desideria & sitim extinguat, perfecta vocari possit satietas. *Aug. l. citè*

S. Bern. in festo omnium Sanct. serm. 5.

S. Aug. Ps. 32.

Verùm hanc veritatàm, quod, nimirum, Communio spiritualis, vt sit perfecta, credenda sit cum desiderio videndi, ratione suadeamus & probemus. Perfectus animæ cibus & Diuinitas in seipsa, in propria Gloria clarè visa: quia est cibus satietatis cuncta animæ desideria perfectè adæquatèque explens & satians : ergò persistere non debet in desiderando solam Carnem Christi ; sed multò magis desiderare debet Spiritum & Diuinitatem Christi, sicut in seipsa est in Gloria: *quia Spiritus est, qui vivificat, caro autem non prodest quidquam.* Ergò in Communione spirituali, vt sit perfecta, credendum est, & credendo desiderare debet, vt videat. Hæc illa satietatis Communio est, de qua loquebatur Dauid: *Edent pauperes, & saturabuntur.* Quia *desiderant & gustant bonum, quod est super omne bonum*, quod est summum bonum Diuinitatis in seipso visum, aut *in spe*, aut *in re*, aut in actu, aut in desiderio. Non omnes tamen perfectam hanc attingunt Communionem; sed tantùm pauperes: *Edent pauperes, & saturabuntur: qui nec copiam concupiscunt huius sæculi, nec timent inopiam*; illi, inquam, qui non sperant huius vitæ abundare diuitiis, nec illis priuari pertimescunt. Huic etiam proposito inseruiunt verba illa Saluatoris: *Qui manducat hunc Panem, habet vitam æternam*; in cogitatu & desiderio habet vitam æternam, vitam beatam, Gloriam æternam: affixus *Ioan. 6.*

Psal. 21. Bellarmin.

S. Aug. in Psal. cit.

Ioan. 6.

terræ manere non debet, sed necesse est, transitum faciat à mensa Altaris ad mensam Cœli, intersit Diuinæ illi Cœnæ, & Angelorum vescatur fruaturque Pane, & ad modum eorundem Angelorum, *sine Sacramenti corone nugo saturari grano* studeat.

S. Bern. in in Cant. 33.

Ad hanc cordis satietatem aspirare & anhelare debet anima Christiana, ac proindè ad Deum, & non ad Dei dona: *Omninò me non satiaret Deus*, ait S. Augustinus, *nisi promitteret mihi seipsum Deum. Ejuriat, igitur, & sitiat peregrinatio mea, vt satietur præsentia sua.* Hoc sit igitur vnicum desiderium meum, quiescere in præsentia clara Dei. Quamobrem Communio spiritualis, veluti supra dictum est, non consistit in quocunque Dei desiderio, sed in desiderio quodam ardente, quod nec te viuere, neque quiescere permittit, & quasi sanctam quandam participat impatientiam: *& quanto impatientiùs desideramus ipsam* (cœlestem, videlicet Jerusalem) *tantò patientiùs sustinemus omnia propter ipsam.* Neque perfectio hæc defuit Matri Dei sanctissimæ, imò in gradu & modo eminentissimo eius particeps fuit, appetendò namque & desiderando Filio suo vniri in sanctissimo Sacramento, eò maiori ardebat desiderio videndi ipsum facie ad faciem discooperto Sacramenti velamine: Quare ad imitationem Beatissimæ Genitricis Dei, excita, anima mea, totum affectum tuum ad desiderium Dei, dicendo: *O fons vitæ, vena aquarum viuentium, quando veniam ad aquas dulcedinis tuæ de terra deserta, inuia, & inaquosa. vt videam virtutem tuam, & gloriam tuam, & satiem ex aquis misericordiæ tuæ sitim meam? Sitio, Domine, fons vitæ es, sana me. Sitio te Deum viuum; ô quando veniam, & apparebo, Domine, ante faciem tuam! Putasnè videbo diem illam, diem, in quam, iucunditatis & lætitiæ, diem, quam fecit Dominus, vt exultemus & lætemur in eâ.*

S. Aug. To. 10. de Verb. Apo. serm. 16.

S. Greg. apud D. Bon. tom 4. lib 4. phar.

S. Aug. Soliloq. cap.

(o)

CAP.

CAPUT X.

De tertio spiritualis Communionis modo perfectissimo.

HAud dubium est, praxin præcedentis Communionis spiritualis omnem in se continere perfectionē, & vix scio, num alia perfectior dari posset. Nihilominùs Sanctorum inhærentes opinioni, alium adhuc Communionis modum fideliorem, efficaciorem, & ab omni proprii commodi suspicione liberiorem, nec non similitudini imitationique Christi proximiorem intimioremque, dari reperiemus. Hæc illa Communio est, quam docet S. Apostolus Petrus (*communicare Christi Passionibus*) communicare & participare de cunctis doloribus, de cunctis opprobriis & ignominiis Christi, de Cruce, Passione & Morte eius, si non cum effectu, saltèm cum affectu, amore & desiderio. 1. Petr. 4.

Vt hanc tanti momenti emolumentique veritatem à principio & origine declaramus & exponamus, considerandum est, qua ratione Christus D. N. non solùm sit via nostra, sed etiā vita nostra: *Ego sum via, & veritas, & vita*: ego sum vera via, & vera vita: vera via in Cruce & Passione: & vera vita in Gloria & Resurrectione. Vtrumque exemplum in Christo imitari debemus, est via Crucis, & vita Gloriæ. Siquidem, vt optimè docet S. Augustinus: *Docuit nos exemplo Passionis, cum quanta pati contia in illo ambulemus: firmauit nos exemplo sua Resurrectionis, quid ab illo patienter sperare debemus.* Ioan. 14. S. Aug. ser. de Verb. Dom. 26.

Supposito hoc principio, perspicuè hinc cognoscitur, quanta sit necessitas & perfectio spiritualis huius Communionis, qualisque modus sit, quo exerceri debeat. Sanctum hoc exercitium consistit in ardenti & efficaci quodam desiderio recipiendi Christum in Sacramento, & tanquàm viam, & tanquàm vitam, & tanquàm flagellatum, & tanquàm glorificatum: in desiderio

communicandi & participandi & de Cruce Christi, & de Gloria Christi. Hæc sanctæ illius Sponsæ mens et
Cant. 1. rat & sententia, quando dicebat: *Fasciculus myrrhæ, Dilectus meus mihi: botrus Cypri, Dilectus meus mihi.* Desidero Dilectum meum in Sacramento absconditum: communicando & participando de amaritudine myrrhæ Passionis suæ, & de dulcedine vuæ Resurrectionis suæ. Similis quoque affectus erat perdilecti illius Discipuli S. Joannis, dicentis: *Ego Ioannes, frater vester par-*
Apoc. c. 1. *ticeps in Tribulatione & Regno.* Particeps esse desidero vtriusque conditionis Christi, & Passionis & Regni sui. Huic proposito pariter congruunt hæc alia eiusdem verba: *Omnis spiritus, qui soluit Iesum, à Deo non*
1. Ioan. c. 4. *est.* Quicunque hæc duo in Christo separare satagit, non habet spiritum Dei. Huiusmodi spiritum se habere monstrarunt Filii Zebedæi, vndè & reprehensi ac
Matth. 26. correpti fuêre à Christo: quod separare volebant vam à termino, Passionem à Gloria: cùm peterent regnare, minimè verò cogitarent de transitu per viam Passionis. Denique confirmata fuit hæc doctrina ipsâmet Christi authoritate: Undè verba illa: *Qui manducat meam*
Ioan. 6. *Carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam:* exponuntur à D. Bernardo in hunc sensum: *Qui*
S. Bern. de dilig. Deo. *recolit mortem meam, & exemplo meo mortificat membra*
Psal. 71. *sua, quæ sunt super terram: habet vitam æternam.* Et
S. Bern. in Psal. Qui habit. serm. 3. alibi: *Quid est manducare eius Carnem, & bibere eius Sanguinem, nisi communicare Passionibus eius, eam conuersationem imitari, quam gessit in terra.* Qui ergo ad perfectam Communionem Saluatoris in sanctissimo Sacramento peruenire desiderat, necesse est, se præmunire ardentissimo quodam desiderio communicandi omnibus doloribus, tormentis, ignominiis, & opprobriis Passionis & Mortis Christi: appetat coronari spinis, dilaniari flagellis, clauis crucifigi, felle & aceto potari. Summa, ad hoc aspirare, hoc vnicum cunctorum desideriorum finis, meta & scopus esse debet, vt sit, meditum, quasi alius Crucifixus in terra, totus afflictus, omnium dolorum, flagellorum, tormentorumque omnium quasi receptaculum, totus, inquam, mortuus. Talis
Galat. c. 6. erat Apostolus, quando dicebat: *De cætero nemo mihi*

molestus sit; *ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Cæterum nullus mihi creet molestiam satagens me seiungere à cogitatu & desiderio meo: quo per viam Crucis & Passionis penitùs me in Christum transformari eique incorporari concupisco: propter quod in corpore meo, tanquàm seruitutis meæ signa, gesto plagas & vulnera pro amore eius tolerata. Talis erat discipulus S. Ignatius Martyr, dilacerari exoptans à bestiis, ac si anhelasset ad delicias: *Vtinam fruar bestiis, quæ mihi parata sunt.* Insuper ad subeunda quæuis Inferni tormenta promptum se offerebat, vt mereretur vniri & coniungi Iesu Christo: *Et flagella Diaboli omnia in me veniant, vt Iesum Christum merear adipisci. Et desidero mori pro Christo, amor enim meus crucifixus est.* Idem planè reliquis Sanctis affectus fuit, ad Diuinitatem Christi transirent per viam Humanitatis, intrarent Gloriam per angustas portas plagarum & tribulationum, Agni desiderarent cibum, at simul cum lactucis amaris. Et vt descendamus ad praxin, hos, aliosue similes iste, O anima mea, concitabis affectus, centiès milliesque de die desiderando in sanctissimo Sacramento communicare doloribus & opprobriis Christi, Cruci, Passioni & Morti eius: O quando dignabitur Dominus *suis vulneribus mentem meam vulnerare! Redde nobis, Domine, vulnera nostra, quia innocens es: aut saltem tecum vulnera corda nostra. Nolo Domine, sine vulnera viuere, quia te video vulneratum.* Rogo te, Domine, nè differas gratiam instanter adeò à me petitam. *Quando, Domine Iesu? quando hoc erit? Differre, Domine, mors mihi est; & si magis expectauero, fortè desiderio liquefiam, & postea in liquido vulnera permanentia imprimi non valebunt.* Hanc præstitisti gratiam durissimam ferreisque instrumentis, clauis, lanceæ, instrumentis mortis, quæ *voluisti tuum corpus vulnerando intrare*; & non concedes mihi, creaturæ tuæ rationali, eandem gratiam? *& me, tuam creaturam rationalem, intrare per iam facta vulnera non permittes?* Sed nunc experior, mi dulcissime Jesu, quod peccatorum meorum multitudo me reddat prorsus indignum tali gratiâ. Ad minus, Domine, si mihi denegetur pati, augeatur in me,

S. Ignat. Mart. Ep. 12. ad Rom

S. Bonav. Stim. c. 2.

ac crescat saltem eò magis desiderium illius; vt non pati maiori me afficiat tormento, quàm ipsum pati, & non mori sit mihi mors dura & crudelis. Protestor nihilominùs, dulcissime Iesu, quod nec velim, nec appetam, neque alium desiderē amorem, quàm tuum: neque alias diuitias, quàm paupertatem tuam: nec alios honores, quàm ignominias & opprobria tua: neque consolationes alias, quàm pœnas & dolores tuos. Caput meum, veluti tuum, spinis coronatum desidero, oculos velatos, faciem sputis & alapis oppletam, os felle & aceto potatum: desidero manus pedesque clauis confixos, totum corpus flagellatum, excruciatum, duro Crucis ligno affixum: animam meam ad imitationem tuæ sepelionis mari quodam amarissimo omnis tædii, timoris, doloris & tristitiæ: & denique, *si nunc satiabor, cùm afflictus fuero ad similitudinem tuam*; tùm in altera vita contentus ero gaudendo ac fruendo Diuinitate tuâ: at nunc in hac vita patiendo & compatiendo cum Humanitate tua. Et hæc sufficiant de praxi Communionis spiritualis.

Cap. XI.

De Præsentia sanctissimi Sacramenti per diem habenda.

PAnis vitæ, Christus duobus modis, secundùm D. Augustinum, præsens obtineri potest: in throno Gloriæ & in throno Sacramenti. Prima præsentia perfectissima est, & Angelis propria: secunda est imperfecta, & propria nobis. Nostra igitur, tanquam imperfecta, quantùm fieri potest, imitari debet illam Angelorum perfectissimam: & de hac imitatione, vti & de modo eam exercendi agemus in præsenti.

Rupert. 12. Exod. c. 3. lib. 10.

Prima conditio præsentiæ Angelorum est, quod sit continua: siquidem omne bonum in Deo reperiunt, & nullum extra ipsum. Undè benè dixit Rupertus Abbas: *Hic Panis* (Diuinæ Essentiæ) *victus & vita est substan-*

ria Angelica, & omne bonum est, & pulchrum Angelorũ, quemadmodum *est omne bonum & pulchrum Dei.* Si- *Zach. c. 9.*
ministratione oportet, continua sit in nobis, quantùm possibile est, præsentia sanctissimi Sacramenti, habendo illud semper præsens aut *in re*, aut *in voto*, mediante Cõmunione Sacramentali, vel spirituali: enimuerò totũ bonum tuum, anima mea, est in hoc Diuinissimo Sacramẽto, & extra illud nullum aliud reperis bonum: quia in Corpore suo Deus confarcinauit omnes Diuinitatis suę thesauros, adeò, vt aliud non supersit medium, nec sit aditus, inquit S. Augustin. participandi gratias Dei, nisi mediante Carne & Corpore ipsiusmet Dei. Quapropter consulit: *Si vis viuere de Spiritu Christi, esto in tract 26. in Corpore Christi.* Vadè de sanctissimo Sacramento veri- *Ioan.*
cari potest illud Isaiæ: *Non est absque te Deus.* Quia *Isa. c. 45.*
nonnisi in sanctissimo Sacramento Deus reperitur per participationem donorum suorum Diuinorum. *Non* *S. Dionys.*
contingit aliquem perfici perfectione Hierarchica nisi per sanctissimum Sacramentum.

Secunda conditio est, quod sit præsentia intima; enim *scrutatur Angelus etiam profunda Dei*, in perfecta & clara visione Essentiæ Dei, attributorum eius intrinsecorum, Diuinarumque Personarum. Ad eundem modum intima ac profunda esse debet præsentia sanctissimi Sacramenti: vt non persistas in visione specierum Sacramentalium, sed ab hisce transeas ad Corpus Christi, à Corpore ad Animam, ab Anima ad Diuinitatem, & à Diuinitate ad Trinitatem Personarum, quæ ibidem existunt *per naturalem sequelam*, tametsi diuerso modo: Persona Verbi immediatè, tanquàm suppositũ Corporis & Sanguinis Christi: aliæ verò Personæ mediante Diuinitate. Præterea in Corpore, purgabis, ac mundabis te in mari pretiosissimi sui Sanguinis: in Anima, te illuminabis in Lumine cœlestiũ suarum virtutũ (& in particulari in virtute Patientiæ). In Diuinitate, te perficies, in igne Charitatis & Amoris Dei, sanctissimæque Trinitatis. Quapropter contemplaberis Christum in sanctissimo Sacramento, veluti Templum cœleste, vbi Corpus *Exod. c. 25.*

Exod. c. 30. sanctissimum est Atrium, in quo est *labrum aeneum*, videlicet, concha Sanguinis, *ad lauandum*: Anima est Sanctuarium, in quo est *candelabrum* cum septem Lucernis septem Donorum Spiritus sancti *ad illuminandum*: & Diuinitas est *Sancta Sanctorum*, vbi asseruatur manna cœlestis dulcedinis & consolationis *ad Deificandum*. Hisce in locis, anima mea, tibi commorandum est: in Atrio, in Sanctuario, in Sanctis Sanctorum: nimirùm, in Corpore, in Anima, & in Diuinitate Christi, vti ita ignè Diuinitatis: ibique exercebis te in contritione peccatorum tuorum; in Patientia Christi, & in Charitate Dei. Verùm principalis habitatio tua statuenda est in Diuinitate; vt enim rectè asserit Carthusianus, *Incorporatio est propter incordationem*: nimirùm in sanctissimo Sacramento, vnio corporalis est propter vnionem spiritualem inter Diuinitatem & animam, consistentem mediante gratiâ: vbi intellectus cibatur primâ veritate, voluntas summa bonitate, tanquàm proprio cibo.

Carthus. tom. de sanctiss. Sacram. art. 7

Tertia conditio præsentiæ Dei in Angelis est, quòd sit præsentia amorosa seu affectuosa: sicut enim sunt substantiæ puræ intellectiuæ; ita purè affectiuæ, vnius affectus, vnius amoris ergà Deum Deum solum.

Eo modo debet esse constituta præsentia sanctissimi Sacramenti. E duobus amor vnus, aut Christi, aut peccati tibi eligendus est, anima mea. Pondera aquâ rationis lance, quis è duobus saluti tuæ magis conducat, expediat. Quid est Deus? Est quoddam infinitum & æternum gaudium per essentiam. Ergò amando Deum, eris aliquod infinitum & æternum gaudium participationem. Quod est peccatum? Est infinita quædam, æternaque tristitia: ergò &c. Amor hic ergà sanctissimum Sacramentum non debet esse affectiuus tantùm taxat; verùm etiam effectiuus & efficax, nō tantùm cor, sed etiam linguam & manum conferendo in seruitium, obsequium, ac debitam sanctissimi Sacramenti veneration, linguâ illud semper laudando ac benedicendo, bus variis orationibus iaculatoriis sequentibus similibusque: Laudetur semper sanctissimum Sacramentum: Benedictum sit semper sanctissimum Sacramentum, & laudabile & glorioſum in sæcula. Credo,

spes

Credo, spero, & amo sanctissimum Sacramentum. *Panis vita vinifica me. Pignus æterne Gloriæ salua me. Omne bonum, absorbe me. Fac me verè credere in te, vt in alia vita videam te in sæcula sæculorum Amen.* Et tempore tentationis vtilissima & præsens oratio, quâ vtitur S.M. Ecclesia in officio: *O salutaris hostia, Quæ cœli pandis ostium, Bella premunt hostilia, Da robur, fer auxilium.* Et hæc pro imitatione præsentiæ Angelorum in Deo dicta sufficiant.

Pro coronide exercitii huius, compositionem loci præsentiæ istius hâc conficies norma. Sanctissimam imaginaberis tibi Virginem, cœlesti vndique Gloriâ adornatam, quæ sacratis manibus suis sacram teneat sphæram, sanctissimum Sacramentum comprehendentem: & suprà hanc sanctissimam Trinitatem Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum infinitâ quâdam Angelorum caterua circumdatos. Auscultabis verba Virginis nos inuitantis ac dicentis: *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.* Suauem audies musicam Angelorum concinnentium: *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator.* Inclinabis te ad vocem Patris: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Reuereberis præsentiam Spiritus sancti, qui Gratiæ suæ plenitudine residet in sanctissimo Sacramento, veluti in proprio virtutis suæ opere. Admiraberis Cœlum, Terram, & creaturas omnes, singulas in propria lingua iubilantes & exultantes in præsentia sanctissimi Sacramẽti, Diuinam deprædicando Maiestatem in hoc opere, tanquam in vltimo infinitæ Potentiæ, Sapientiæ, & Bonitatis in termino constitutam. Solus Dæmon cum suis affectis excluſus remanet ab hoc debito seruitutis & laudationis officio, *quod quia facere contempsit Angelus; cecidit & factus est Diabolus, qui & huius Banus sempiternam patitur inediam. Abscedat vanitas, accedat Diuinitas, transformet Charitas, & fiam totus Diuinus.* Glorificando illud etiam opera manuum, omnia faciendo ad honorem & gloriam sanctissimi Sacramenti.

Isa. 45.

Rupertus Abbas Exod. 10 13. S. Bonau.

Cap. XII.

De duodecim fructibus sanctissimi Sacramenti.

S. Joannes in Apocalypsi ingentem vidit fluuium à ipsa sede Dei & Agni originem ortumque suum ducentem: *Vidi fluuium procedentem de sede Dei & Agni.* Et in medio fluminis huius magna exurgebat arbor, quæ duodecim producebat fructus. *Et ex vtraq; parte lignum vitæ afferens fructus duodecim.* Per fluuium, iuxta Ruperti aliorumque expositionem, intelligitur Spiritus sanctus procedens à Patre & Filio: & per arborem vitæ è fluuio hoc pullulantem alii intelligunt Christum: at nostro conformiter proposito nos capiemus sanctissimum Altaris Sacramentum, in quantum effectus est, & opus Spiritus sancti, vti supra insinuauimus. Ex hac arbore duodecim pullulant fructus, qui sunt duodecim gratiæ & dona, quæ caulat in nobis sanctissimum Sacramentum: quorum etiam mentionem facit Propheta Ezechiel, & singula nunc ordine recensebimus, assistente nobis eâdem Spiritus sancti gratiâ.

Apoc. c. 22.

Rupertus in hunc locum.

Ezech. c. 16

I.

Laui te.

Hic est primus fructus sanctissimi Sacramenti: lauare & expurgare animam à peccatis, remittendo venialia, & præseruando à mortalibus, veluti supra explicatum est.

S. Th. q. 79 art. 4.

II.

Unxi te.

Et est secundus fructus, vnctio Gratiæ Sacramentalis, quæ

is, quæ est Gratia habitualis, in quantum connotat actualem ad finem Sacramenti necessariam. Idque significat nomen Eucharistiæ, id est, bona gratia: quia continet Gratiam increatam Christi, & confert Gratiam creatam.

III.

Vestiuite.

Christo, tanquàm veste, quod contingit transformando se in Christum. *Induit me vestimentis salutis, Induit me Christo & Saluatore.* Et hoc, quod quis vestiatur Christo, ac transformetur in Christum, mirabili modo fit in sanctissimo Sacramento. *Isa. 61. Ex Hieron.*

IV.

Calceauite ianthino.

Calceamenta coloris violacei & cerulæi symbolum sunt affectuum cælestium. Sanctissimo mediante Sacramento tota cœlestis euadit anima, ad modum panis, quem manducat, *de Cœlo cœlestis.* Propterea, quamdiu adhuc præsentem agit vitam, duplex ei conceditius ad Gloriam animæ simul & corporis, vti supra dixi. Unde sanctissimum Sacramentum meritò appellatur *Symbolum Resurrectionis, Pharmacum immortalitatis.* Imò piè credunt nonnulli, corpora gloriosa, in signum contactus Carnis Christi, & quod in præsenti vita dignè sacram sumpserint synaxin, splendore quodam particulari, tanquam Aureola, foredotanda, in signum Communionis & vnionis corporalis cum Christo in terris habitæ. *Ioan. 6.*

V.

Dedi circulos auribus tuis.

Circuli, id est, Inaures significant virtutem Fidei, quæ *est ex auditu*, & specialis sanctissimi Sacramenti fructus est. Vt propterea nuncupetur *Mysterium Fidei*, quia tribuit vim & virtutē credendi supra omnem sensum & supra omnē rationē; at nō contrà rationē Siquidem, vt docet S. Thom. *In Sacramento veritas, & nulla falsitas, vel deceptio debet includi.* Neque sensus decipiuntur, cùm nonnisi de accedentibus solùm iudicent, quæ, sicuti à parte rei existunt, ita quoque videntur; at intellectus lumine Fidei illustratus iudicat, non adesse ibi substantiam panis, sed Corpus Christi. Insuper dicitur *Mysterium & Sacramentum Fidei*, quia est mysterium occultissimum, *Vbi est Deus absconditus*, Diuinitas in Humanitate, & Humanitas in speciebus Sacramentalibus: & vtraque est inuisibilis & obiectum Fidei, quæ est *de inuisibilibus.*

In 4. dist. 11 q. 1.

S. Th. q. 75. art. 1.

VI.

Armillas in manibus.

Armilla ornans manum significat spem, quæ roborat vires que suppeditat ad benè operandum. Et hæc quoque sanctissimi Sacramenti effectus est, ac propterea nuncupatur Viaticum, *quia in via nos reficiens, vsque ad Patriam deducit. Quid desperas?* ait S. Augustinus *spera in sanctissimo Sacramento, in quo habes & Patriam, habes & Patrem, habes & patrimonium.* Præterea *est sublimentum Spei nostræ* sanctissimum Sacramentum, quia mox dicetur, perfectè nos vnit Christo, obiecto primario Spei nostræ.

Mag. in 4. dist. 8.

S. Th. 3 p. q 79. art.

S. Aug. Ps. 84.

S. Th. q. 75. art. 1.

VM.

VII.

Et torquem circa collum tuum.

Torques, cingens collum tuum, & ad pectus vsque propendens Charitatem, Charitatisque perfectionem, fructum sanctissimo Sacramento valdè proprium, indigitat. Vndè vocatur *Synaxis*, id est, *Communio:* qui per illam in vnione perfectæ Charitatis adunamus & coniungimus nos Deo & Proximo nostro. Qua de causa nuncupatur etiam *Sacramentum Charitatis*, *Sacramentum Amoris*. Et tametsi Sacramentum Confirmationis sit etiam *Sacramentum perfectiuum*, quia confirmat & perficit Charitatem: attamen non est *perfectiuum in ordine ad coniunctionem cum Christo*, veluti est Sacramentum Altaris, sed est in ordine ad oppugnandas externas inimicorum tentationes. *S. Tho. 3. p. q. 79. art. 1.*

VIII.

Cinxi te byſſo.

Byſſus est cingulum vel fascia ex candidissimo lino, symbolum Puritatis, quam confert sanctissimum Sacramentum. Et quænam maior dari potest puritas, quàm cùm quis assumitur ad vnionem propriæ Diuinitatis Filii Dei. Vndè sanctissimum Sacramentum appellatur *Metalepsis, id est, Assumptio, quia per illud ad summam Puritatem Diuinitatis assumitur.*

IX.

Facta es mihi.

Sponsa, vt exponit S. Hieronymus, quia in hoc Sacramento anima nostra desponsatur Christo media corporum vnione, & multò magis vnione voluntatum. Hæc conformitas nostrarum voluntatum cum voluntate Christi, inquit S. Bernardus, *maritat animam Verbo.* Vndè consulit Tertullianus: *Nupsisti Christo? incede secundùm Sponsi tui voluntatem.* Etenim Sponsa fidelis Sponso tuo, vt notat S. Basilius, *contemnit, quidquid oculo apparet & nudâ mente amore Sponsi satiatur.* Et tanquàm propriæ Sponsæ, dicit ipsemet Propheta Ezechiel

S. Hier. S. Bern. ser. 38. in Cant. Tertull. de velandis Virg. c. 16. S. Basil. lib. de vera Virginit.

chiel: *Coronam decoris posuit super caput eius*, tanquam Reginæ Regis Sponsæ: *Veni de Libano, Sponsa mea, veni, coronaberis.* Verum, si in particulari loquamur de Sponsa nostri intellectus, & de Sponsa voluntatis nostræ; respondet Carthusianus: *Veritas increata*, intellectus nostri cibus, est propria Sponsa intellectus creati; & *Bonitas increata*, cibus voluntatis est Sponsa voluntatis.

Cant. 4.

Carth. a. 8.

X.

Expandi amictum meum super te.

Amictum, vel, vt alii legunt, *alam meam* Diuinæ protectionis, quâ Christus tutatur animam veluti propriam Sponsam. Undè, quamuis consumptis speciebus Sacramentalibus Corpore discedat; nihilominùs manet per auxilium Diuinæ protectionis, ipsam ab omni specie mali defendendo, & ad bonum promouendo.

XI.

Ecce tempus tuum, tempus amantium.

Christus fungitur officio Sponsi, præscribendo Sponsæ modum viuendi, quem obseruare, qualique exercitio se occupare debeat. *Tempus tuum erit tempus amantium.* Seu, vt legunt alii, *tempus nuptiarum, tempus amorum.* Unica sola erit occupatio tua, vt te exerceas in amore mei, veluti ego me occupabo in amore tui: vocat *tempus tuum*, tempus totũ vitæ tuæ, erit tempus amantis, tempus sponsalitii, tempus amoris. Talis erat modus viuendi istius sanctæ animæ, veræ Christi Sponsæ, quæ de seipsa dicebat: *Hæc est anima mea assidua exercitatione totis viribus semper intendere in Deum, summum amorem, & summum bonum.* In quo etiam sensu Carthusianus accipit illa verba Christi: *Hoc facite in meam commemorationem, id est, in commemorationem amoris mei*, exercendo actus amoris, & contemplando Charitatem meam erga vos. Sed aduertendum est, quod dicatur in numero

S. Bern. de natura Diuini Amoris. c. 2. Carthus. de Sacram. art. 17.

numero plurali, *tempus amorum*: etenim cum exercitio Amoris Dei combinandus quoque est Amor proximi: amando perfectè Deum, non solùm *intensivè* in seipso verùm etiam *extensivè* in creaturis.

XII.

Similam, mel, & oleum comedisti.

Hic est duodecimus fructus, fundamentum & radix aliorum. Cunctis ditatus es bonis, donis & gratiis, ex eo, quod in sanctissimi Sacramenti sumptione cibatus fueris de flore farinæ, de Corpore Christi, gustaueris mel Sanguinis, & oleum Diuinitatis. Cum hoc enim eorum dedi, quod dare potui, nec quidquam mihi superest, quod dare valeo, inquit Christus. Ac propterea, iuxta mentem D. Augustini, Eucharistia *per Antonomasiam* dicitur *Gratiarum actio: quia cùm omnia in illo donauerit; non restat aliquid aliud petere, sed tantùm gratias agere.* Beati igitur, *qui vt catelli edunt de micis cœlestis Panis Sacramenti. O vberes micæ, quæ repellitis iciunium sempiternum, quæ colligentem pauperem æternis expletis epulis!* Et cum hoc praxi deuotionis erga sanctissimum Sacramentum imponitur finis.

S. Aug. S. Ambros. in Luc. 1. lib. 17.

EXER-

EXERCITIVM TERTIUM.

DE SACRIFICIO MISSAE.

EXercitium hoc in tres secabitur partes. In primâ de eo, quod ante Missam. In secundâ de eo, quod in Missa. In tertiâ de eo, quod post Missam peragendum est, tractabitur.

Dispositio & Praeparatio remota ante Missam.

TAnquam certissimum primò supponendum est, meliori vtilioriquè haud esse quempiam vti praxi sanctum celebrandi Missæ Sacrificium, quàm quod omni cum deuotione, curâ, & diligentiâ attendat ad dicenda & peragenda quæ in eodem ritu & officio Missæ præscribuntur: distinctè, nimirùm, proferendo verba, penetrando sensum, ac pios ex eodem eliciendo affectus. Hic est modus celebrandi decentissimus ac fructuosus, quem & S. Bernardus vsurpauit & consuluit hisce verbis: *Frangam mei, immolantes hostiam laudis, iungamus verbum verbis, sensum sensui, affectum affectui.* Præterea moneri

Apud Dur. lib. 4. c. 1.

cordis & vocis coniungendus est actus corporis, eâ maturitate ac deuotione, quam eædem ceremoniæ & rubricæ Missæ postulant. Nihilominus ad primam hanc praxin, seu exercitium, quod supponitur vt principale & essentiale, seu basis & fundamentum, necessaria sunt, & conducunt nonnulla alia, ad hoc, vt illud primum maioti cum deuotione peragatur. Et quamuis sacrosancto mysterio Missæ, vt etiam benè aduertit S. Bonauentura, *nihil addendum, nec minuendum sit*, hoc tamen, vt idem innuit, intelligendum est vocaliter: nam eodem tempore Missæ mentaliter, idque magnâ cum laude & fructu, exerceri possunt varii actus interni, voluntatisque affectus, iuxta varietatem mysteriorum & Sacramentorum, quæ in ea pertractantur. Supposito hoc principio, tanquàm certissimo; è re erit exercitium aliquod mentale, vt, nempè, ante Missam nonnullas nobis efformemus considerationes. *S. Bona. in expos. Miss.*

Consideratio I.

PRiusquàm des initium venerando Mysterio Missæ, attentè & profundè considera, *quò vocaris?* vt agas cum Deo, cum sanctissima Trinitate; in nomine Christi, sanctissimæ eiusdem Matris, totius Ecclesiæ Triumphantis, simul & Militantis: de negotio quodam grauissimo & summi momenti: de gloria Dei: de salute Mundi: & nonnisi sub titulo Legati Christi D.N. Undè dicere poteris cum Apostolo: *Pro Christo legatione fungor in catena*; nimirùm, Crucis instructus armis. *Considerátio Finis.* *Ephes. 6.*

Consideratio II.

ALtaris locum, in quo celebrandum est, compones, imaginando tibi, altare esse montem Caluariæ, in medio illius plantatam Crucem cum Christo crucifixo, & pedi Crucis astantem Beatissimam Matrem eius Virginem Mariam. Ulteriùs repræsentabis tibi cœlum seu Paradisum apertum, nec non Sanctum, aut Sanctam illam, de qua isto die celebratur Missa, speciali gloriâ & splendore coruscantem. In gradibus supra altare situm

erit Purgatorium. In cornu Evangelii astabit Summus Pontifex cum toto Statu Ecclesiastico, & in cornu Epistolæ Imperator cum toto Statu sæculari. Retrò Sacerdotem propè pedem altaris stabunt omnes peccato mortali obnoxij, Gentiles, Hæretici, mali Christiani. Sub altari constituetur Infernus patens, cunctos peccatores, quotquot Sacrificij nõ sunt facti participes, absorpturus. Et in profundiori Inferni loco cõtemplabere ipsum, ob peccata tua illùc condemnatum. Adhæc in superficie sacratissima quinque vulnera Crucifixi in medio altaris positi, veluti quinque fontes ad irrigandam fœcundandamq; pretiosissimo suo Sanguine vtramq; Ecclesiam mortalium simul & viuentium. E sinistro pede spectabis fluuiũ quendam Sanguinis promanantem, in salutem peccatorum: è dextero alterum, in salutem gloriam animarum purgatorii: è manu dextera alium, in salutem Summi Pontificis & Ecclesiasticorum: è manu sinistra alium, in saluationem Imperatoris, aliorumq; Dominorũ temporalium. Ac denique Sanguine è latere Christi profluentem in cœlum vsque suspicies salientem, ad gloriam sanctiss. Trinitatis, Humanitatis eiusdem Christi, Sanctiss. Matris Virginis Mariæ, cunctorumque Sanctorum & Angelorum cœlestium. Undequaque Sacramentum hoc virtutem suam diffundere conspicies: nullùm ad ima Inferni nõ descendit vlla vis Sacramentalis eius in salutem istarum infœlicium & miserarum animarum. Cum hoc igitur ordine rogabis in duobus illis *Memento* Missæ, pro peccatoribus, pro iustis, pro animabus Purgatorii, pro Gloria Dei & Sanctorum, dicendo: Gratiam, Domine, Sanctitatem, & Gloriam humillimè etiam igitò: Gratiam peto concedi constitutis in peccato mortali: Sanctitatem Statui Ecclesiastico & sæculari: Gloriã essentialem animabus Purgatorii (& hoc fiet in Memento pro mortuis) & accidentalem toti cœlesti Curiæ.

CONSIDERATIO III.

Consideratio Circũstant.

COnsiderabis insuper ante Missam hęc quinq; puncta. Quis offerat, Cui, Quid, In quẽ finem, ac Quomodò offeratur sacrosanctum Missæ Sacrificium.

Quis offerat? Principalis offerens est Christus, & non solùm

solùm ratione rei oblatæ Sacrificium Missæ est infiniti valoris, sed semper est acceptissimum Patri æterno: Offerens secundarius & instrumentalis est Sacerdos, qui non in propria persona, sed in persona Christi offert, in quantum repræsentat Christum, seu tanquàm Vice Christus. Undè in Consecratione non dicit: *Hoc est Corpus Christi*; sed: *Hoc est Corpus meum*. Et sicuti, quod me concernit, *responsum mortis habui*; ita, in quantùm repræsento, spectare debeo, *vt dignetur Pater hoc holocaustum in odorem suauitatis accipere*. 2. Cor. 1.

Cui offeratur? Deo, recognoscendo eum vt rerum omnium primum principium & vltimum finem. Undè non offertur ipsis Sanctis; sed propter Sanctos: Deo, videlicet, in gratiarum actionem, propter gratias Sanctis concessas.

Quid offeratur? Totus Christus, Corpus, Sanguis, Anima, Persona, Diuinitas, Virtus, Merita Christi.

In quem finem? Triplex illius finis est, juxta S. Bonaventuram: Deus, Christus, Proximus. Ad gloriam Dei, in memoriam Passionis Christi, vtilitatem Proximi.

Quomodo offeratur? Sub forma panis & vini, vt hoc idem, quod offertur tanquam Sacrificium ad gloriam Dei, sit Sacramentum in vtilitatem hominis.

Consideratio IV.

TOtus de propriis diffidens viribus pro huius rei executione, omni cum fiducia recurres ad sanctissimã Virginem Deiparam, planè confidens in potentissimo auxilio ac patrocinio huius virginis, tanquàm Matris Christi, veri, vtpotè, Sacrificii & Hostiæ Altissimi. Quapropter pluribus in locis Canonis Missæ mentio fit sanctiss. Matris Dei: in *Communicantes*, in *Suscipe sancta Trinitas*, in *Libera nos* &c. & antiquitùs celebrabatur etiam memoria eius in *Gloria in excelsis Deo*, in istis versibus: *Tu solus Sanctus, Tu solus Dominus, Tu solus Altissimus, Iesu Christe*, & dicebatur: *Tu solus Sanctus Mariam sanctificans; Tu solus Dominus Mariam gubernans: Tu solus Altissimus Mariam coronans*. Deindè in festo sanctiss. & immaculatæ Conceptionis eius iidem versus variabantur hoc modo: *Tu solus Sanctus Mariam præseruasti: Tu solus Dominus Mariam fabricasti: Tu solus Altissimus Mariam sublimasti*. *Inuocatio B. Virg. Mariæ.* *In Missali Romano Anni 1515.*

Rogabibis igitur præcelsam hanc Dominam & Reginam, vt suscipiat te in seruum tuum, & in perpetuum mancipium suum, & dignum te faciat ministrum altaris Filii sui.

Consideratio V. & Ultima.

Legatus, priusquàm legationis suæ exordiatur negotia, sistere sese debet suo Principi, vt ab eodem plenam commissionis suæ instructionem recipiat, & vltimam voluntatē intelligat: Sacerdos pariter, antequàm Missam inchoet, corde & animo in Paradisum cœlestem sese transferat, oportet, vt benedictionem, & vltimam instructionem expediendorum recipiat à sanctissima Trinitate, ab Humanitate Christi, & sanctissima Matre. Mente igitur in cœlum subleuatus humillimè procides in genua, teque prosternes ante thronum sanctissimæ Trinitatis, sanctam postulando benedictionem, & dicendo: *Iube Domine benedicere.* Respondebit Pater æternus: *Benedicaris in virtute potentiæ meæ.* Respondebit Filius: *Benedicaris in lumine Sapientiæ meæ.* Respondebit Spiritus Sanct. *Benedicaris in gaudio Bonitatis meæ.* Eandem postulabis benedictionem ab Humanitate Christi, & respondebit: *Benedicaris in efficacia Sanguinis vulnerum meorum.* Eandem benedictionem petes à Beatissima Virgine, & similè tibi dabit responsum: *Benedicaris in abundantia vberum meorum.* Hisce roboratus & confisus benedictionibus descendes in terram, non tamen solus, sed Angelorum stipatus comitatu, qui lætissimè te comitabuntur ministraturi tibi in sacrosancto Sacrificio. Hæc de præparatione remotâ: sequitur nunc proxima consistens in lotione manuum, sacrarum vestium indumento, & processu ad altare.

Præparatio proxima ante Missam.

In prima actione, considerans verba illa, quæ Sacerdos dicit lauando manus (*omnem maculam*) te totum expurgare debes ab omni specie maculæ, & corporis & animæ; adeò, vt nihil planè in te reperiatur, quod sapiat terre-

terrenum & humanum, sed totum sit Diuinum: *Sis totus alteratus, & Diuinus effectus, vt nihil respicias, nisi solum Deum.* In secunda actione, quâ sacris indueris vestibus, considera, quâ ratione Sacerdos vestibus sacris indutus repræsentet Christum cum instrumentis & mysteriis Passionis suæ. Amictus significat velamen, quo obuelatus fuit in domo Caiphæ: Alba vestem albam induit iussu Herodis ei impositam: Cingulum indigitat funem, quo ligatus fuit in horto: Manipulus illum indicat funem, quo columnæ alligatus fuit: Stola vltimum funem denotat, quo colligatus fuit deferens Crucem ad montem Caluariæ: & Planeta seu Casula ipsam designat Crucem. S. Bona in Expos. Miss.

Præterea hæ sacræ vestes varias consignificant virtutes, quibus Sacerdos ornatus esse debet: *Diligenter aduertat Sacerdos, vt signum sine significato non ferat, ut vestem sine virtute non portet.* Amictus, significat Fidem: Alba induit candorem Innocentiæ, Cingulũ indigitat Castitatem: Manipulus indicat Patientiam: Stola denotat Obedientiam: Planeta seu Casula designat Charitatem. Vestito ergò Sacerdote. Durand. lib. 3 c 1.

Sequitur tertia actio, quâ procedit versùs altare, veluti alter Christus, in humeris portans Crucem versùs Montem Caluariæ. Ubi considera, quomodo *Angeli pacùa amarè flentes*, deferant in processione instrumenta Passionis, Sacerdotem altare versùs comitantes: ac sancta Dei Mater, aliæque Mulieres *plorantes & plangentes* proximè subsequantur.

In Missa.

Quinque sunt principaliores Missæ partes: Præparatiua, Instructiua, Celebratiua, Perceptiua, & gratiarum Actiua. 3. p. q 83.

PRIMA PARS.

IN prima parte Missæ, quæ est Præparatiua, continetur *Introitus, Kyrieeleison, & Gloria.* *Prima pars Missæ præparatiua.*

In principio Missæ, cùm te primò commendas Angelo tuo Custodi tibi assistenti, veluti solet assistere Sacerdoti primitias celebranti.

1. Considera, quâ ratione Psalmus, Judica me Deus, *Iudica me Deus.*

sit quasi brevis quædam formula & compendium materiæ & finis cœlestis legationis, quâ fungitur Sacerdos, quia in nomine Christi orat pro Ecclesia, *deduci & adduci: deduci in via bona* huius vitæ, *& adduci in terminum beatum* alterius vitæ. Idque per duo media: per hoc, nimirùm, quod liberemus ac defendamur ab omni tentatione Dæmonum, nec non à gente non sancta peruersa: & per illud, quod Diuina luce illuminemur.

Confiteor. 2. Considera sub *Confiteor*, quod, vt aduertit S. Bonauentura, tametsi Sacerdos, tanquàm Christi Legatus, repræsentet Christum; non tamen desinit esse, qualis in se est, peccator. Quapropter profundissima humilitate confiteri debes culpas & peccata tua, intimo ac cordiali dolore ea deplorando ante conspectum Dei. Et in actu illo, quo stas ita profundè inclinatus, conijce oculos in Infernum & pœnam æternam, quam ibidem ob peccata tua promereris: exorando cum hoc dolore sanctissimam Dei Matrem, vt veram tui ipsius cognitionem, veramque obtineat humilitatem, propter suam suique Filii humilitatem, quæ per eandem Sacerdotis inclinationem repræsentatur. Et propter eundem finem, veræ, videlicet, humilitatis, puritatisque cordis consecutionem, magno cum affectu ac deuotione recitabis duas alias orationes immediatè subsequentes: *Aufer à nobis, quæsumus Domine, &c. Oramus te Domine, &c.* Hæc est optima, imò, *lib. 1. Ep. 24.* opinione Gregorii, vnica & sola dispositio pro ingressu Sacerdotis ad altare: *Sola humilitas est officii Sacerdotalis erectio.*

Kyrie eleison. 3. Sub *Kyrie eleison & Gloria in excelsis*, considera præsentis vitæ miseriam, & fœlicitatem alterius. Kyrie dicitur nouies: tria *Kyrie eleison* Patri, tria *Christe eleison* Filio, & tria alia *Kyrie eleison* Spiritui sancto dicuntur; cum intentione orandi pro tribus humanis miseriis ignorantiæ, culpæ & pœnæ. Et sub *Gloria in excelsis* corde saltem mentio fieri potest Beatæ Virginis, veluti supra dictum est Consideratione quarta Præparationis remotæ.

SECVNDA PARS.

Secunda Pars Missæ Instructiua.

SEcunda pars, quæ est instructiua populi, continet tria: Epistolam, Euangelium, & Credo. Et enim officium Sacerdotis non solùm est orare pro populo; verùm etiam prædi-

prædicare & instruere *de faciendis & credendis*: neq; sudore duntaxat, sed proprio etiam sanguine sigillare prædicationem Evãgelii. Quocirca Deus in Exodo præcipiebat, vt vestis Summi Sacerdotis tota esset repleta tintinnabilis: *Et cum ingreditur, & egreditur Sanctuarium, in conspectu Domini audiatur sonitus & non moriatur.* Hic sonus denotat prædicationem Evangelicam. *Et sonul cum tintinnabilis erant mala punica*, coronam, symbolium, vtpotè, Martyrii, significantia; prædicatio namque Fidei proprii sanguinis effusione confirmanda est, vt suprà dictum est.

Prædicatio Exod. 28.

Martyriũ.

TERTIA PARS.

Tertia Pars Missæ Celebratiua.

IN tertia Missæ parte, quæ est Celebratiua, continetur Offertorium vsque ad Communionem exclusiuè.

Offertoriũ.

1. Considera, quomodò in Offertorio quatuor veniant sub consideratione. Quis offert? *Ego indignus famulus tuus.* Cui offert? *Deo meo viuo & vero.* Quid offert? *Hanc immaculatam hostiam.* Pro quibus? *Pro omnibus fidelibus Christianis, viuis atq; defunctis.* Vltra hoc, tria corda offeres Patri æterno in hoc actu. Primum erit cor Christi lanceâ transuerberatum: secundùm erit cor B. Virginis doloris gladio sauciatum: tertium erit tuum cunctorumque peccatorum cor scelerum vlceribus respectum.

Mixtio aquæ S. Tho.

2. Considera, mixtionem aquæ cum vino in calice tria habent significata. Primò significat Sanguinem & aquam è latere Christi profluxam. Secundò, vnionem animæ cum Christo med â Fide in præsenti vita. Tertiò, eandem & maiorem vnionem mediâ æternâ Gloria in futura vita: *Redundat Aqua in calicem, & salit in vitam æternam.*

S. Ambros.

Offertoriũ. Calicis.

3. Sub Offertorio Calicis considera illa verba: *Calicem salutaris.* Principium enim salutis est solus Sanguis Christi. Rogabis Sanctissimam Virginem, vt efficaciter illum applicet *pro nostra & totius Mundi salute.*

Humilitas.

4. Sub Orationibus: *In spiritu humilitatis*, & *Veni Sanctificator*, considera, qua ratione, vt hæc oblatio sit accepta & grata Deo, ex parte nostra requiratur humilitas quædam profundissima: ex parte Dei gratia, ignisque Spiritus sancti.

S. Tho. 3. p. q. 83. Lotio manuum.

5. Ablutio manuum fit *& propter decentiam, & propter significationem; quia, secundùm Dionysium, extremitatum ablutio significat emundationem etiam à minutis peccatis.* Similem puritatem & munditiem Christus quadam vice monstrauit S. Francisco in specie cuiusdam purissimæ ac limpidissimæ aquæ.

Oratio ad SS. Trinit.

6. In Oratione, *Suscipe sancta Trinitas*, recordabetis primò Sanctissimæ Trinitatis. Secundò Passionis Christi: hæc enim, quæ celebratur in Missa realis non est, sed Sacramentalis. Tertiò memoreris Sanctissimi Sacramenti. Quartò, Beatissimæ Mariæ Virginis. Quintò reliquorum Sanctorum, & in specie Angeli Custodis tui. Et hos deuotionis actus ordine isto petes à B. Virgine propter merita sui Filii, exercendo & conuersando illos in corde tuo.

Orate fratres.

7. Sub *Orate fratres*. Sacerdos non Sanctorum duntaxat; sed etiam hominum se commendet precibus, necesse est.

Præfatio.

8. Acclamatio in Præfatione facta Christo in ingressu vrbis Hierosolymitanæ, & *Sursum corda* designans & innuit, *vt nihil cogitetur à Sacerdote, & populo, nisi Deum.*

S. Thom. Durand. lib. 4. c. 36. Innoc. expos. 3 p. S. Th. 3 p. q. 38. art. 7. ad 3.

9. Deindè incipit sacer Canon, nempè Regula, qui vitam nostram conformare debemus Passioni Christi. Et dicitur etiam *Actio*, quia in Missa *agitur causa nostræ salutis cum Deo. Secreta*, quia in secreto cordis, in quo tota Christi Passio repræsentatur, conseruari debet. Quapropter Prouidentiâ Diuinâ ita disponente tum initium à litteræ T Crucis, vtpotè, figurâ & symbolo. Ob eundem finem, vt notat & obseruat S. Thomas, tantæque diuersæ Cruces formantur à Sacerdote; idcirco nim, quod fit in Missa, *est ex Passione, & ad Passionem*; quia quod impetrat, ex merito Sacrificii Crucis est, ideoque ordinatur ad repræsentandum hoc idem Passionis Sacrificium. Qua de causa cum Canonis sit emendium, cogita, te non amplius huius Mundi incolam, sed totum esse veluti immersum & absorptum in vastissimo pelago Sanguinis Christi, adeòque cõmendabis te Angelo tuo Custodi, sanctissimæ Virgini, vt specialem & particularem, qualem istud mysterium, de quo agitur, exigit, obtineas deuotionem. In prima Canonis parte re-

gatur

gatur Pater æternus *per Iesum Christum*, per Passionem eius & meritum, quod veluti quendam gratiosissimæ myrrhæ fasciculum repræsentabis Patri æterno in odorem suauitatis, & in signum, quod recognoscas omne bonum pullulare ex meritis Passionis & Crucis, osculaberis altare, & pro Ecclesia orabis. Huius figura extitit summus Sacerdos, qui non intrabat *Sancta Sanctorum*, nisi simul cum sanguine victimæ: & Christus summus Sacerdos *per proprium Sanguinem introiuit in Sancta, æternâ redemptione inuentâ.* Hebr. 9. In sexta parte Canonis, *Qui pridiè &c.* finita consecratione meditaberis quinque vulnera, tanquam quinque abundantissima flumina vndequaque sese diffundentia modo suprà dicto: & pro applicatione exorabis sanctissimam Virginem Sanguinis illius dispensatricem. Post consecrationem subitò tres formabis actus: primum adorationis *Adoramus te Christe* &c. secundum petitionis, petendo tria suprà etiam memorata, dicendo: Gratia, Domine, Sanctitas & Gloria: tertiò postulabis gratiam Martyrii dicendo: *Amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori. Largire, amantissime Iesu, vt quem à te hausimus spiritum, pro tua gloria, te adiuuante, reddamus.* S. Greg. 21. In septima parte, videlicet, in consecratione Calicis idem facies, mutando solùm orationem, *Adoramus te Christe*, cum illa, *Te ergò, quæsumus, tuis famulis subueni, quos pretioso Sanguine redemisti.* Et hæc non ore, sed corde dicenda sunt.

QVARTA PARS.

Quarta pars Missæ est perceptiua, & continet *Agnus Dei* cum orationibus subsequentibus, nec non Communionem ipsam. Ubi considera, quod illud, quod primò *offerebatur, vt Sacrificium, in salutẽ aliorum*, modò sumatur tanquam Sacramentũ. Ac primò sumit ipse Sacerdos, postea distribuit aliis: quia *qui alijs Diuina tradit, primò debet ipse particeps esse.*

Quarta Pars Perceptiua. S. Tho. q. 83 a. 4. S. Dionys. S. Tho. loc. cit.

QVINTA & VLTIMA PARS.

Quinta pars est gratiarum actiua. Quia *tota Missæ celebratio*, vt docet S. Thomas, *in gratiarum actione termi-*

Quinta Pars. Gratiarũ actio.

terminatur, populo exultante prosumptione Mysterii, & Mysterii, & Sacerdote per orationem gratias offerente: Sic-
Matth. 26. *ut & Christus, celebratâ cœnâ cum discipulis, hymnum dixit.* Et hæc est vltima pars & finis Missæ.

Post Missam.

Consideratio I.

IN gratiarum actione post Missam immediatè rogabis Christum D N intrate præsentem, vt tanquàm Sacrificium cedat in gloriam Dei, totiusque Mundi salutem, frequenter replicando tria hæc verba: Gratia, Domine, Sanctitas & Gloria, modo supra dicto; & tanquàm Sacramentum cedat in vtilitatem tuam, eliciendo actus Fidei, Spei, & Charitatis in Christum, & sanctissimam eius Matrem, dicendo: Credo, Spero, Amo te, Jesu dulcissime: Credo, Spero Amo te, Maria dulcissima. Undè & precaberis sanctissimam Virginem, vt tibi efficacitèr applicet pretiosum sui Diuini Filij Sanguinem. Recolendo etiam memoria effusiones Sanguinis Christi deprecaberis eundem, vt septem virtutes eis correlpondentes tibi elargiatur. Simulque vota tua renouabis.

Consideratio II.

STatio seu domicilium, in quo die isto tibi commorandum est, erit altare, vbi manè celebrasti: *Altaria tua, Domine, virtutum, Rex meus, & Deus meus.* Undè præcipuè te occupabis in sacrificando & communicando, nimirùm, spirituali modo, in cooperando effectibus Sacrificii & Sacramenti, in præstando opem, tàm spirtualem, quàm temporalem proximo tuo. Quare frequenter dices: *Immolo Deo sacrificium laudis, pro nostra & totius Mundi salute, in odorem suauitatis, Amen. Panem cœlestem accipiam, & nomen Domini inuocabo. Diuinissimum cooperari* Diuinissimo Sacramento *in salutem animarum.* Et præterea sæpè repetes verba ista: Gratia, Domine, Sanctitas, & Gloria: oratio, ac imaginando tibi, ac si stares ante altare modo supra dicto.

CON-

Consideratio III.

INstar legalis Sacerdotis, qui fuit figura Sacerdotis Evangelici te geres. Primò debes esse purissimus, totus Cœlestis & Crucifixus. Has virtutes indicatoria illa Sacerdotis vestimenta, vestis alba sine ruga Hyacinthina coloris cœlestis, & superhumerale, quod vocant *Ephod*, & dicitur Crux. Et tintinnabula cum malis punicis extis secundæ vestis propendentia significant, quod alios concionibus & exhortationibus proprio etiam sanguine sigillatis & confirmatis ad patriam cœlestem pertrahere debeas. Secundò magnam ergà proximum exhibebis charitatem, illuminando cum doctrinâ & exemplo tuo, Idque significabat vestimenti illius gestatio, quod gestabat Sacerdos in humeris & ante pectus suum, cui inscriptacrant nomina filiorum Israel, & verba illa *Doctrina & Veritas*, Rationali iudicii apposita. Ultimò tribus, iisque continuis occupaberis exercitiis: Passionis Christi, orationis, & mortificationis significatis nomine *Iehoua*, quod in fronte ferebat summus Sacerdos, idemque sonat, quod *Ipse principium Passionis vitæ*, & incenso, quod vnâ manu gestabat, & sanguine Agni, quem alterâ tenebat manu. *Exod. 28.*

Consideratio IV.

SEmper oculis mentis tuæ quinque ista obuersabuntur exercitia deuotionis: ergà sanctissimam Trinitatem: Passionem Christi: sanctissimum Sacramentum: Beatissimam Virginem, & Angelum Custodem tuum, dicendo continuò: Laudata & benedicta sit semper sanctissima Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus sanctus: sanctissima Passio Domini mei Jesu Christ: sanctissimum Sacramentum: sanctissima Mater Dei: Angelus meus Custos cum tota cœlesti Curia per omnia sæcula sæculorum Amen. Agendo simul gratias pro Sacrificio Missæ peracto, & petendo gratiam pro futuro celebrando.

CON-

Consideratio V.

Considerabis, Missam die sequenti celebrandam fore vltimam totius vitæ tuæ, istaque celebrata subitò tibi ex hac vita migrandum esse. Quare instantibus precibus sollicitabis sanctissimam Virginē, vt impetret tibi gratiam, qua dignè feruenterque ad eandem te præpares ac disponas. Et, vt paucis plura complectar, & concludam, veluti etiam bene aduertit Carthusianus: *Tota conuersatio Sacerdotis & continua debet esse in præparatione, & gratiarum actione*: voluendo semper animo vnum ex his vocabulis, *Celebrasti*, vel *Celebrabo*, eorundem ponderando & penetrando significata.

Carthus. de Sacram. Altar. a. 9.

PRÆROGATIVÆ SACROSANCTI SACRIFICII MISSÆ.

Prærogativa I.

Christus Institutor.

Institutum fuit immediatè à Christo D. N. in vltima Cœna proferente verba illa consecrationis efficacia & plena mysteriis: *Hoc est Corpus meum, Hic est Sanguis &c.* Et hæc fuit prima Missa, quæ celebrata fuit in Ecclesia Dei, cui S. Petrus adiunxit Orationē Dominicam. Deinde ab aliis Pontificibus, veluti à Gelasio, Celestino, Gregorio aucta fuit Missa eo modo, quo iam celebratur. Cōsidera finem, quem habuit Christus in hac institutione, & fuit iste, vt cum suis viueret, moreretur semper pro nobis, quod, cùm in effectū modo cruento deducere non posset, executus est modo incruento & Sacramentali; tùm etiam vt nos ditaret pretiosis thesauris meritorum Passionis suæ. Gratias refer tanto tamque eximio Benefactori, tantumque Amorem viuo semper & efficaci affectu imitari procura.

1. Cor. 11. Dur. lib. 4. c. 1.

Prærogativa II.

Idem est cum Sacrificio Cœnæ.

Sacrificium Missæ non discrepat nec differt à Sacrificio Cœnæ. Etenim conueniunt in principali Offerente qui

te qui est Christus; in re oblata, quæ est Corpus Christi: & in modo offerendi, qui est incruentus. Differunt solum modò in nonnullis accidentalibus circumstantiis. Christus namque in Cœna solus sacrificauit: in altari simul sacrificat cum Sacerdote, tanquam cum ministro suo. Christus in Cœna consecrauit in memoriam Passionis futuræ: in altari consecrat in memoriam Passionis præteritæ. Christus in cœna fecit actum non impetratorium duntaxat; verùm etiàm satisfactorium & meritorium; in altari solùm impetratorium. Considera Sanctorum Apostolorum affectum in participatione Sacrificii Cœnæ, eundem affectum imitare in participando, spirituali & sacramentali modo, Sacrificio Missæ.

Prærogativa III.

Idem est cum Sacrificio Crucis.

Sacrificium Missæ & Crucis vnum & idem Sacrificium est: enimuerò conueniunt in principali Offerente, & in re oblata. Differunt in modo offerendi: quia Sacrificium Crucis fuit cruentum, Altaris est incruentum: Quapropter Sacrificium Missæ plus differt à Sacrificio Crucis, quàm à Sacrificio Cœnæ. Vndè affirmari potest, Sacrificium Crucis inter & Altaris non solam intercedere differentiam accidentalem, neq; essentialem, sed substantialem, iuxta diuersum modum offerendi, uti dictum est.

Prærogativa IV.

Dat efficaciam Passioni Christi.

Sacrificium Missæ est applicatiuũ virtutis Sanguinis & Passionis Christi: vndè concurrit ad omnes effectus Gratiæ; at modis diuersis. Est satisfactiuum *immediatè, per modum immediatæ solutionis*, applicando satisfactionem Christi, veluti contingit in Missa pro Defunctis, verùm ad alios effectus meriti, contritionis & huiusmodi similes concurrit *mediatè*: enimuerò infallibiliter impetrat auxilia supernaturalia, aut sufficientia, aut efficacia, ad for-

ad formandos actus contritionis, ad opera meritoria & satisfactoria. Ratio est, quia Sacrificium Missæ offertur in persona & nomine Christi, qui pro statu præsenti nec promereri, neque de nouo satisfacere; sed tolùm orare & impetrare potest hoc, quod promeruit, & pro quo satisfecit in Cruce. Igitur virtus Sacrificii Missæ solùm impetratoria est, sed gratiarum omnium, & pro omnibus necessitatibus tàm spiritualibus, quàm temporalibus; est satisfactoria, non de nouo, sed soluendo & applicando satisfactionem Christi. Considera igitur, quâ ratione in hoc Missæ Sacrificio consistat tota virtus & efficacia, vti & fructus Sacrificii Crucis. *Perhanc in-*

Trid. sess. 22 c. 2. *cruentam oblationem vberrimè increunt & oblationis fructus percipiuntur.* Jam verò, si tempore crucifixionis Christi præsens simul fuisses in monte Caluariæ; quanto cum desiderio, quantâ etiam reuerentiâ vnius saltem stillæ pretiosi illius Sanguinis particeps fieri studuisses! Eodem affectu nunc assistere debetes Sacrificio Missæ, vbi non vnica duntaxat guttula, sed totus Christi Sanguis cum Corpore, cum Anima, cum Diuinitate Christi participatur.

PRÆROGATIVA V.

Operatur infallibiliter.

MOdus concurrendi Sacrificii Missæ *est ex operato.* Duobus siquidem modis Sacerdos cōsiderari potest. Primò, ratione personæ, & si est in statu Gratiæ, in actu sacrificandi meretur, satisfacit, & impetrat *opere operantis*: quod si non est in statu Gratiæ, nullum horum effectuum assequitur. Secundò, ratione officii, in quantum sacrificat in persona & nomine Christi, & tanquàm eius Legatus: & vt talis, independenter a propria sanctitate, infallibiliter confert remissionem pœnæ *non ponenti obicem.* Ratio est, quia offert in persona Christi, principalis Offerentis, cui nullam rem Pater æternus denegare potest: quemadmodum, si quidam inimicus & hostis Principis rogaret nomine alicu-

ius per-

iuspersonæ, cui Princeps haud posset deesse, aut quidquam denegare; infallibiliter impetraret etiam vt inimicus. Præterea fundatur hic modus operandi *ex opere operato*, in promissione Christi, quæ habetur per traditionem Ecclesiæ, in quantum admittit opus operatum in Sacrificio Missæ, sicuti etiam in Sacramentis: secus Sacrificium Ecclesiæ non esset ita perfectum veluti Sacramenta: Probatur quoque ex Tridentino: *Instituit Christus hoc Sacrificium, vt per illud applicaretur nobis virtus suæ Passionis, ergò ex opere operato.* *Trid. Sess. 22.* Quam ob causam semper in Missa exorabis Patrem æternum, *vt respiciat in faciem Christi sui*, qui est principalis Offerens, & non respiciat peccata offerentium minùs Principalium, Sacerdotis, videlicet, & populi.

PRÆROGATIVA VI.

Est tessera, seu symbolum Fidei.

SAcrificium Missæ tessera est, & signum Religionis Christianæ. Quemadmodum Christi Ecclesia vna est, ita vnum est Sacrificium, per quod cognoscitur Deus, eique debitus exhibetur cultus Latriæ. Etenim non solùm diligendus est, vt supremus Princeps; verùm etiam tanquàm primum principium, & finis vltimus à quo omnia dependent, adorandus est. Hic cultus fundatus est in tribus actibus: primus est actus intellectus, quo cognoscimus Diuinam Excellentiam in ratione primi principii & vltimi finis, à quo cuncta dependent, & propriam vtilitatem, propriamque subiectionem & seruiturem. Secundus est actus voluntatis quæ vult, & acceptat talem seruiturem & submissionem. Tertius est actio externa sacrificandi ad indicandam Diuinam Maiestatem, humanamque subiectionem ordinata.

PRÆ-

PRÆROGATIVA VII.

Est Signum mysticum Passionis Christi.

QUia Sacrificium Missæ non moralem duntaxat habet significationem, in quantum internum animæ actum Diuinæ excellentiæ humanæq; subiectionis protestatiuum significat; sed etiam mystica occulti cuiusdam mysterii supernaturalis gaudet significatione: quia per institutionem Christi ordinatum fuit ad significandam ac repræsentandam sanctissimam Passionem suam. Propterea de essentia Sacrificii est consecratio sub vtraque specie, cùm non habeatur expressa Passionis Christi repræsentatio, nisi per vtramque consecrationem & panis in Corpus Christi, & vini in Sanguinem. Quamobrem considera, cum quanta reuerentia & deuotione tibi assistendum sit venerando Missæ Sacrificio: profundè excitando memoriam Passionis & Mortis Saluatoris: desiderando fieri particeps meritorum fructusque pretiosissimi sui Sanguinis.

PRÆROGATIVA VIII.

Est Sacrificium Sacrificiorum.

Eâ de causa tali illud compello nomine, quia cunctis primitiuæ Ecclesiæ Sacrificia eminenter continet. In quantum est Honorarium, continet Holocaustum: in quantum Eucharisticum, continet *Hostiam* pacificam, quæ erat pro beneficiis datis, vel dandis: in quantum est *Propitiatorium pro peccatis*, quia remittit culpam & pœnam (sed culpam *mediatè*, impetrando quendam contritionis actum, & pœnam *immediatè per modum solutionis* applicando satisfactionem Christi) continet *Hostiam pro peccatis*. Quod si igitur Patres antiquæ legis summâ deuotione & reuerentiâ sua operati fuêre Sacrificia, quæ illa continet; infiniteque superat, peragere debemus?

CON-

PRÆROGATIVA IX.

Christus Sacerdos per seipsum.

CHristus non tantùm ad Sacrificium Missæ concurrit per Sacerdotem, tanquàm per Legatum suum; verùm etiam per seipsum : totum namque illud agit, quod à vero quodam Sacerdote requiritur. Primò, intellectu recognoscit Excellentiam Naturæ Diuinæ, & subiectionem suæ Naturæ Humanæ. Secundò, voluntate vult & acceptat huiusmodi subiectionem. Tertiò Humanitate suâ, veluti suo Instrumento actualiter cõcurrit ad consecrationem, ordinando actionem illam & Corpus suum sanctissimum ad gloriam Dei, repræsentando ad eundem finem Passionem suam. Et hoc modo melius saluatur, quomodo nunc etiam Christus sit verus Sacerdos: vt enim mediante Legato suo sacrificaret, satis esset, quod in cœna ipse egisset Sacerdotem, & modò Sacerdos consecraret in persona eius. Secundò, sacrificium Missæ redditur magis honoratiuum Patris; quemadmodum longè maior accresceret honor Pontifici, si non solùm ab illo Legato; sed etiam immediatè ab ipsamet Regis persona honoraretur. Tertiò, Christus proprium efficitur exemplar ab aliis Sacerdotibus imitandum. Rogabis igitur, vt tanquàm summus Sacerdos, & *Sacerdos in æternum* efficaciter tibi applicet sanctissimum Corporis & Sanguinis sui Sacrificium : cum hac namque applicatione omnem obtinebis gratiam & salutem.

PRÆROGATIVA X.

Offertur ab omnibus.

IN cuius rei signum Sacerdos in Canone vtitur numero plurali, dicens: *Hanc igitur oblationem, quàm tibi offerimus.* Primò, quia *omnes fideles faciunt vnum corpus.* Et quamuis *in toto naturali* denominatio partis attribuatur etiam toto; at non comparti (sic videre attribuitur oculo, & homini; sed non pedi) nihilominùs in hoc toto mystico & morali, quia omnes partes sunt suppositæ eiusdem denominationis capacia, actus offerendi & sacrificandi attribui potest omnibus partibus. Secun-

dò, *per quandam voluntatem, licet non actualem, virtualem tamen & interpretatiuam*, fundatam in esse Christiano; enimuero omninò censendum est, quemlibet Christianorum velle ac optare, vt Sacrificium Missæ offeratur etiam nomine suo. Sed magis propriè & specialiter illi dicuntur offerentes, qui aliquo modo, & quâdam æternâ actione Sacerdoti cooperantur: Cùm enim hoc Sacrificium sit *in genere signi sensibilis*, non sufficit actio interna, sed insuper requiritur actio externa. In quo sensu cum Sacerdote offerre dicuntur, *dantes stipendium, ministrantes, assistentes*, & omnes illi, quotquot student, & procurant celebrationem Missæ.

PRÆROGATIVA XI.

Offertur pro omnibus.

QUia est Sacrificium publicum & vniuersale, offeturque à Sacerdote, *vt est medium inter Deum & Ecclesiam.* Qua propter dicitur in Canone: *Quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua Sancta Catholica, & omnibus orthodoxis atq; Catholicæ & Apostolicæ Fidei cultoribus.* Neque Sacerdos aliam intentionem habere potest, quia in celebratione tenetur obseruare ritum Ecclesiæ. Et hoc intelligitur de Sacrificio, *vt est Propitiatorium, seu Satisfactorium, & Impetratorium*: quia, *vt est Honorarium & Eucharisticum* Deo duntaxat offertur.

PRÆROGATIVA XII.

Fructus & effectus Sacramenti Vniuersalis.

QUanquàm valor Sacrificii Missæ sit infinitus, ab infinitâ Personæ Christi dignitate fundatus; fructus tamen & effectus finitus est: quia finito modo applicatur, & promittitur à Christo. Ac propterea, quando offertur pro multis, diuiditur, & *eò minor est in singulis*; at, quandò à multis offertur, non diuiditur; sed multiplicatur, quemadmodùm multiplicantur actiones offerentium; alioquin minùs participaret de fructu Missæ, qui aliis sociis præsentibus eam audiret, quàm is, qui solus eandem auscultaret.

Perso-

Personæ, quæ fructus Missæ particeps fieri possunt, sunt in triplici ordine. In primo est Sacerdos. In secundo ii, qui actu aliquo Sacrificio Missæ cooperantur. In tertio cæteri omnes Christiani.

Sacerdos tribus modis participat de fructu Missæ. Primò, *ratione officii*, & tanquàm minister publicus: & hunc fructum, quem vocant specialem, tenetur Sacerdos applicare ei, pro quo celebrat, & à quo recipit stipendium: quia, cùm tanquàm publicus minister hunc recipiat fructum, debet eum dare communitati: &, quia est indifferens, applicare debet eundem vel huic, vel isti in particulari: & deficiente hac applicatione *ex intentione virtuali*, remanet applicatus sibiipsi, vel thesauro Ecclesiæ. Secundò, *ratione personæ*, & tanquam persona priuata: & hunc fructum, quem vocant Specialissimum, nõ tenetur, imò (vt alii volunt) non potest applicare aliis, quia est effectus *ex opere operato* personalis, sicut est satisfactio Indulgentiæ, Absolutionis Sacramentalis, & Cõmunionis Eucharistiæ. Tertiò, *ratione personæ ex opere operantis*, & hanc satisfactionem applicare potest.

Secundò, fructus ex opere operato fiunt quoquè participes, qui aliquo modo cooperantur Missæ: & qui plùs cooperatur, plùs etiã participat. Sicq; plùs lucratur ministrans Sacrificio Missæ, quam qui solùm eidem assistit.

Tertiò, participant etiam de fructu *ex opere operato* omnes fideles, viui & defuncti iuxta propriam eorum capacitatem: quia pro omnibus offertur, pro omnibus infallibiliter impetratur, *nisi ponant obicem*. Qui in peccato mortali constitutus est, recipit *ex opere operato* Gratiam sufficientem, aut efficacem, vt eliciat actus contritionis. Qui est in statu Gratiæ, recipit pariter Gratiam actualem, aut sufficientem, aut efficacem ad faciendos actus meritorios, satisfactorios & impetratorios. Satisfactionem duobus recipit modis: *& immediatè per modum solutionis*, ex satisfactionibus Christi in thesauro Ecclesiæ repositis: *& mediatè* operando actus satisfactorios Gratiam quoque, aut sufficientem, aut efficacẽ recipit ad detestanda peccata venialia. Postremò animæ existentes in Purgatorio recipiunt etiam fructum ex opere operato remissionis pœnæ, *per modum solutionis & immediatè*, absque vllo proprio earundem actu. In quo

differt defunctus à viuente, quod hic recipiat remissionem pœnæ, *non solùm per modum absolutionis*, sed etiam *per modum impetrationis*, impetrando vires, quibus satisfaciat: quamuis, si impetratio intelligatur in ordine ad satisfactionem Christi; cùm illa applicatur, possit quoque effectus esse communis omnibus, & viuentibus, & animabus defunctorum. Et in hoc sensu viuens satisfactionem recipit tribus modis: nempè, *immediatè* per satisfactionem Christi: mediatè, operando actus satisfactorios: & *impetrativè*, impetrando vires, quibus satisfaciat: defunctus duobus modis: videlicet, per modum absolutionis, & per modum impetrationis, applicando sibi satisfactionem Christi.

Petet aliquis; quis fructus correspondeat Christo tanquàm Sacerdoti? Cui respondeo, Christum D.N. duobus modis considerari posse; primò consideratur, tanquàm Offerens principalis, & tunc sicut est vna oblatio Sacerdotis & Christi: ita quoque vnus est fructus, cuius applicationem Christus remisit Sacerdotis intentioni. Secundò potest considerari, veluti Offerens particularis, *secundùm oblationem personalem per proprium actum internum*: & in hoc sensu proprium distinctumque recipit impetrationis fructum: & quandò voluntas absoluta est, infallibiliter impetrat, pro quo vult.

Addunt nonnulli (veluti Scotus) quod habeat quoq; fructum satisfactionis non quidem de nouo, sed applicando antiquam Crucis satisfactionem, cui vult, & pro quo vult. Cuius ratio esse potest, quia, sicut est proprius Sacerdos, non solùm tanquàm Offerens Vniuersalis; verùm etiam tanquàm particularis & personalis: ita quoque proprium habere debet fructum personalem, distinctum à fructu Sacerdotis, & ille est fructus remissionis pœnæ, vt eam applicet cui vult. Neque dicas: applicatio satisfactionis thesauri Ecclesiæ de lege ordinaria non fit, nisi per signa sensibilia Sacrificii, & Sacramentorum: neque, inquam, id dicas: quia ad consecrationem externam sensibilem per species & verba Sacerdotis concurrit etiam Christus cum instrumento Humanitatis suæ: & illud signum sensibile, quod sufficit, vt Christus sit rerus Sacerdos, tanquàm persona particularis; sufficiet quoque, vt recipiat proprium ac distinctum Missæ fructum.

PRÆ-

PRÆROGATIVA XIII.

Est Sacrificium infinitum intensiuè, & extensiuè.

HOc Sacrificium tale est, vbi proposui: quia, cùm offeratur à Christo, tanquàm à Causa & Offerente principali, vel à Sacerdote in persona Christi, quod idem est; ideò propter infinitam dignitatem personæ offerentis Sacrificium habet infinitam intensionem in actu primo, & quantùm ad valorem: tametsi in actu secundo, & in effectu finitum sit, propter finitam Sacerdotis applicationem. Pater æternus respiciendo Sacerdotem, non sistit in illius persona; sed transit ad Personam Christi infinitè dignam. Propter eandem rationem est infinitum *extensiuè*, sicut & in actu secundo respectu Offerentium. Undè, si in infinitum hi multiplicarentur; in infinitum etiam cuilibet accresceret fructus finitus *intensiuè* Sacrificii. Et ratio est, quia, vt suprà insinuaui, quemadmodùm multiplicantur offerentes, ita quoque actiones, quæ sunt rationes proximæ applicatiuæ satisfactionum, multiplicantur cæteroquin, qui in comitatu plurium personarum audiret Missam, minorem illius perciperet fructum, contrà vsum & sensum Ecclesiæ. Sacerdos deindè, esto realiter non sit Christus, nihilominùs est Christus *mysticè & repræsentatiuè* quare eundem habet effectum, eâdemque gaudet dignitate Christi. Undè hæc ei incumbit cura, vt Christum non repræsentet duntaxat in potestate consecratiuâ; verùm etiam in vita & moribus.

PRÆROGATIVA XIV.

Est Sacrificium, & Sacramentum.

QUemadmodùm eadem Sacerdotis actio simul est *Sacrificatio & Sacramentatio*; ita est simul Sacrificium, *in quantùm offertur in Dei gloriam*, & est Sacramentum, *in quantùm sumitur in nostram vtilitatem.* Necessariamque connectionem habent Sacrificium & Sacramentum: non quod Sacramentum sit pars essentialis Sacrificii, siquidem hoc *perficitur in consecratione* *solâ vtriusq; speciei* (tùm quia Christus est principalis

Offerens, & Sacerdos solùm verba consecrationis dicit in persona Christi; tùm etiam, quia sola consecratio continet tàm moralem, quàm mysticam significationem, vti supra dictum est) sed quia Sacramentum connexum est cum Sacrificio veluti terminus, Sacerdos enim obligatus est, teneturq; *per Communionem* seipsum reddere participem fructus Sacrificii. Et hic est ordo Diuinæ Prouidentiæ, perfectæque Charitatis: primò, vt quæratur & promoueatur gloria Dei: secundò vtilitas spiritualis propria; tertiò vtilitas spiritualis Proximi: *Priùs debet ipse sumere, deindè cæteris dispensare: vt sit Diuinorum dispensator, quorum priùs ipse debet esse particeps.* Præterea quantùm ad essentiam, primum est Sacramentum, quia in qualibet specie saluatur Sacramenti essentia, quæ cõsistit *in refectione, & in ratione cibi*: ast essentia Sacrificii postulat consecrationem vtiusque simul speciei, propter expressam Passionis Christi repræsentationem. Secundò, quantum ad integritatem, simul sunt, quia *refectio, vt sit completa & integra*, requirit panem & vinum simul, nempè, Corpus & Sanguinem. Tertiò, quantum ad effectum, præcedit effectus Sacrificii, qui consistit *in fieri*: quia consistit *in actione*, & effectus Sacramenti consistit *in vsu*: tametsi effectus Sacramenti etiam præcedere possit, esto non licitè, si quis sumeret Hostiam consecratam ante vini consecrationem.

S. Dionys. c. 4.
S. T. 3. p. q. 82.

PRÆROGATIVA XV.

Est Sacrificium Figuratiuum.

SIcut Sacrificium Missæ est secundùm cultum internum, qui consistit in illa recognitione Diuinæ Excellentiæ, propriæque subiectionis, vti supra diximus; & secundùm cultum externum, qui consistit in ritu Ecclesiastico, & aliud non est, quàm *vsus cæremoniarum ad cultum Dei spectantium, & secundùm Fidem*: ita quoque *in genere signi* est figura Sacrificii futuri in Patria. Cultui interiori succedet visio clara, Amor, & Gaudium Beatificum Dei: & Cultui exteriori succedet Laus Dei:

S. Th. 1. 2. q. 101.

Gau-

Gaudium & lætitia inueniuntur in ea: gratiarum actio, & vox laudis. Adhæc, cæremoniæ Ecclesiasticæ tres habere possunt significationes: moralem, allegoricam, anagogicam: veluti cæremonia illa, quâ aqua misceatur vino, primò, significat vnionem animæ cum Christo: secundò, emanationem Sanguinis & Aquæ ex latere Christi; tertiò, introductionem in Gloriam, quæ Sacrificii finis est. Redundat aqua in Calicem, & salit in vitam æternam. *Isa. 51.* *S. Ambros.*

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX

Capitum & Materiarum, quæ hac quarta parte itineris cœlestis comprehenduntur.

Pag.

EXercitium primum de Devotione erga passionem Christi D. N. 2

Cap. 1.

In quo consistat hæc devotio. ibid.

Cap. 2.

De Necessitate huius Imitationis 4

Cap. 3.

De effectu huius imitationis quæ est beatitudo nostra in terris, securaque arrha, & participatio beatitudinis futuræ 6

Cap. 4.

Compendium Dominicæ passionis

In Cœna 9
In Via 10
In Horto 11
In domo Annæ 12
In domo Caiphæ ibid.
In domo Pilati ibid.
In domo Herodis 13
In domo Pilati 13
In Monte. 13

Cap. 5.

De Meditatione passionis Christi

pro Die Dominica 14
pro Die Lunæ ibid.
pro Die Martis 15
pro Die Mercurii ibid.

INDEX

pro D. e Iovis pag. 16
pro Die Veneris ibid.
pro Die Sabb. thi ibid.
De modo meditandi ex D. Bonaventura
Cap. 6.
De prærogativis passionis Christi 18. & seq.
Cap. 7.
Quod verum gaudium reperiatur in imitatione passionis Christi 23
Cap. 8.
De præsentia Christi Crucifixi 27
Cap. 9.
De Exercitio pro memoria Passionis Christi per diem excitanda 31
In cœnaculo, hora 1. 2. 3. ibid.
In Horto, hora 4. 5 6. 32
In Domo Annæ, hora 7. 8. 9. 32. & 33
In Domo Caiphæ, hora 10. 11. 12. 33
In Domo Pilati, hora 13. 14. 15. 33. & 34
In Domo Herodis, hora 16. 17 18. 34
In Domo Pilati, hora 19 20. 21. 34. & 35
In Monte Calvariæ, hora 22. 23. 24. 35
Memoria Passionis Christi
Pro tempore matutino.
In Cœnaculo 37
In Horto ibid.
Pro tempore diurno.
In domo Annæ ibid.
In domo Caiphæ. 38
Pro tempore Vespertino.
In domo Pilati. ibid.
In domo Herodis. ibid.
Pro tempore nocturno vel ante somnum.
In domo Pilati 39
In Monte Calvariæ. ibid.
Formula offerendi se in mancipium & servum Iesu Crucifixi, & Mariæ Cruci astantis. ibid.
Cap. 10.
De beneficiis & fructibus Passionis Christi, & de modo quo Christus eosdem operatus est. 40

De

INDEX.

De primo beneficio, quod est liberatio à peccato 41
De secundo beneficio, quod est liberatio à pœna peccati, tàm æterna, quàm corporali 43
De tertio beneficio, quod, videlicet, nos liberet à potestate Dæmonis 45
De quarto beneficio, quod nos Deo reconciliavit 46
De primo modo, quo Passio Christi nostram operata fuerit salutem
per modum meriti 47
De secundo modo
per modum satisfactionis 50
De tertio modo
per modum sacrificii 51
De quarto modo
per modum Redemptionis 52
De quinto & ultimo modo
per modum efficientiæ 53
Cap. 11.
De inæstimabili thesauro meritorum Passionis Christi 54
De conditionibus thesauri meritorum, & satisfactionis Passionis, & Sanguinis Christi 5
De effectibus meritorum Passionis Christi D N 62
De modo Applicationis meritorum Christi D.N. 64
Cap. 12
De gratitudine beneficio Passionis Christi D.N. debitâ (67
Cap. 13.
De 3. Excellentiis Sanguinis Christi D.N. 69
Cap. 14.
De nonnullis dubiis circa Passionem Christi occurrentibus 74
Dubium 1.
Vtrùm sanctissima Christi anima fuerit capax passionum ibid.
Dubium 2.
Vtrùm in anima Christi fuerit passio tristitiæ 75
Dubium 3.
An in Christo fuerit verus timor mortis 76
Dubium 4
Vtrùm dolor Christi tàm internus, quàm externus fuerit

rit ſummus ac omnium vitæ huius dolorum maximus 77

Dubium 5.

Vtrùm dolor Chriſti extiterit quoque in ſuperiori parte animæ 78

Dubium 6.

An Chriſtus in horto ſudaverit verum & proprium ſanguinem naturalem 79

Dubium 7.

Quomodo Angelus confortârit Chriſtum in agonia poſitum ibid.

Dubium 8.

De miraculis in captivitate Chriſti occurrentibus 81

Dubium 9.

An Iudæis Chriſtum capientibus peccarint Apoſtoli fugiendo ibid.

Dubium 10.

Cur Chriſtus in ædibus Annæ alapa cæſus, non obſervaverit conſilium Evangelicum: *Præbe ei alteram* ſcilicet maxillam 82

Dubium 11.

Quomodo Chriſtus fuerit flagellatus 83

Dubium 12.

Quibus ſpinis corona Chriſti contexta, cuiusque formæ extiterit? 84

Dubium 13

Qua forma, quibusve verbis Pilatus mortis pronunciarit ſententiam contra Chriſtum 85

Dubium 14

Cur Chriſtus D. N. ſolùm guſtarit, non biberit vinum myrrhatum 86

Dubium 15.

Quis fuerit dolorum maximus, quem Chriſtus Salvator noſter in Cruce ſuſtinuit 87

Dubium 16.

Quot fuerint clavi, quibus Chriſtus Cruci affixus fuit 88

Dubium 17. 89

De cauſa converſionis boni latronis

Dubium 18.

An Chriſtus in Cruce condiderit teſtamentum ſuum 90

Dubi-

Dubium 19.
An Christi latus dextrum lancea perforatum fuerit 91
Dubium 20.
De Itinere quod Christus in passione sua pedes confecit è cœnaculo eundo ad montem Calvariæ 92
Exercitium 2. De Devotione erga sanctissimum Altaris Sacramentum 95
Cap. 1.
De excellentia sanctissimi sacramenti in unione sacramentali 96
Cap. 2.
De natura, & essentia sanctissimi ac Divinissimi sacramenti huius 100
Cap. 3.
De octo proprietatibus sanctissimi sacramenti 103
Cap. 4.
De effectibus Venerabilis sacramenti 108
Cap. 5.
De reliquis effectibus sanctissimi sacramenti 113
Cap. 6.
De dispositione ad dignè recipiendum sanctissimum Eucharistiæ sacramentum 117
Cap. 7.
De gratiarum actione post communionem 121
Cap. 8.
De communione spirituali 123
Cap. 9.
De quodam alio ac perfectiori modo spiritualis communionis 128
Cap. 10.
De tertio spiritualis communionis modo perfectissimo 131
Cap. 11.
De præsentia sanctissimi sacramenti per diem habenda 134
Cap. 12.
De duodecim fructibus sanctissimi sacramenti 138. & seq.
Exercitium 3. De sacrificio Missæ.
De Dispotione & præparatione remota ante Missam 144.

INDEX.

Considerationes quinque
Circa celebrationem Sacrificii Missæ
1. Consideratio finis 145
2. Consideratio loci ibid.
3. Consideratio circumstant. 146
4. Consideratio de Invocatione B. V. Mariæ 147
5. Consideratio de petitione benedictionis 148
De præparatione proxima ante Missam ibid.
De lotione manuum, sacrarum vestium indumento, & significatione, & de processu ad altare 149
In Missa
De quinque partibus principalioribus Missæ 149
De prima parte præparativa ibid.
De secunda instructiva 150
De tertia celebrativa 151
De quarta parte perceptiva 152
De quinta gratiarum activa ibid.
Post Missam
1. Consideratio 154
2. Consideratio ibid.
3. Consideratio 155
4. Consideratio ibid.
5. Consideratio. 156
De quindecim prærogativis sacrosancti sacrificii Missæ 156. & seq.

Collegij Soc. Jesu Paderbornæ 1694.

FINIS.





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


SIDEREI
Tomus I
O.V.
16